Benedicta sit S.S.S. Trinitas

Acta Deffinitorii Provincialis sub Præsidentia N. Patris Joannis a J. Maria Ministri Provincialis in hoc nostro Collegio Luceoriensi Die 9. Mensis 7bris 1803 Aõ celebrati.

Sessio 1ma.

Pro variis negotiis hujus nostræ Provinciæ effectuandis a N. P. Provinciali convocati; omnes nullo excepto ad præfatum Collegium, utpote locum pro celebratione Deffinitorii designatum convenimus, videlicet: P. Romanus a S. Casimiro Deffinitor 1mus, P. Romualdus a S. Joe Nepomuc. Deff. 2dus. P. Nicolaus a S. Paschasio Deff. 3tius. et P. Cælestinus a S. Martino Deff. 4tus. Ubi solito in loco ad Sonum Campanæ hora 9na matutina Die et Anno ut supra post invocationem Spiritus S. et a N. P. Ministro Provinciali nobis perhumaniter Salutatis, P. Fr. Cælestinus a S. Martino Deff. 4tus, qui ad Deffinitorium postcapitulare Theophilopoli Anno elapso celebratum, ob magnam loci distantiam et alias justas causas ex Lithvania pervenire non poterat, circa inchoationem præsentis Sessionis conforme legibus nostris emisit juramentum, — Et quoniam P. Nicolaus a S. Paschasio postulavit se absolvi a munere Secretarii Venerabilis Deffinitorii electus fuit unanimiter præfatus P. Cælestinus a S. Martino, qui rursus jurata fide ad hocce Officium se obstrinxit. Hoc emisso Lectæ sunt literæ a Collegio Romano Catholico expeditæ, et ad N. Venerabile Deffinitorium directæ, tenoris sequentis — Rozkaz Jego Imperatorskiey Mci y Samowładzcy Cało Rossyiskiego. z Rzymsko Katolickiego Duchownego Konsystorza Trynitarskiego Zakonu Prowincyałowi Xiędzu Kapuscinskiemu. Po rozkazie Jego Imperatorskiey Mości Tenże Konsystorz, maiący czyli czytaiący Rapport JW. JX Cieciszewskiego Łuckiego Rzymsko Katolickiego obrządku y Rządcy Kościołow Biskupa y Kawalera.

Lietuvos TSR CENTR. BIBLIOTEKA Mokslų Akademija

w ktorym wyraza, że waszego Zakonu pierwszy Generalny Deffinitor Ruszczyc donosi o Smierci Generalnym Waszego Zakonu Wikarym Stanisławie Łaniewskim w Bereztec-kim Klasztorze a w Łuckiey Dyecezyi zostaiącym, wyra-zaiąc, że po napisaniu Prawideł y Ustanowienia Wa-szego porządku w Rozdziale 39 §. 9. 11. 1. w tako-wych zdarzeniach pierwszy Generalny Deffinitor powi-nien przyiąc na siebie takowy obowiązek y utrzymy-wać go w przeciągu czasu, aż do następuiącego zgro-madzenia Generalnych, czyli wybranych Zakonnych Prałatow, toiest Generalnego Ministra, iako też y Wikarego; lecz takowego Zgromadzenia w teraz-nieyszym czasie uczynić niemożna, dlatego, że nie-ktorzy z Zakonnych Urzędnikow, ktorzy zdolni na obranie Urzędnikow niemasz onych w granicach tu-teyszego kraju. Upraszał zatym o wszystkich rzeczo-nych Dygnitarzów o dołożenie Konsystorzowi z tym zapewnieniem ieżeliby nienastąpiło na mocy ozna-czonych tegoż Zakonu Prawideł umocowanie rzeczo-nego Ruszczyca na Urząd Generalnego Wikarego z przy-zwoitą władzą takowemu Urzędowi przynależącą na trzy lata. Ponieważ y Swięta Apostolska Stolica przedtym pokilkakrotnie w podobnych takowych zdarze-niach zgodnie przepisaney Konstytucyi w Uwagach y trudnosciach Swoich niesprzeczała, y zezwalała dopeł-nienie. Tenże JW. Biskup podpisem Naiaśnieyszego Monarchy Konfirmowanym Dnia 13 Nowembra 1801 Ru w dołożeniu dla Duchownego y Koscielnego Kon-systorza Rzymsko-Katolickiego Obrządku approbował.

Po odebraniu

Po odebraniu takowego Rapportu od owego Ruszczyca niewchodząc w zastanowienie rozpoznania onegoż donosi swym Podpisem zdaiąc się na rozsądek y uwagę Konsystorza, oświadczaiąc: że wyż rzeczony zmarły Generalny Wikary Stanisław Łaniewski aktualnie y niezawodnie d. 25 Marca w Berezteckim Klasztorze zakończył życie, a mieysce czyli urząd ten został dotychczas na Wakansie. Wspomniony tedy Roman Ruszczyc będący iuż po dwa razy nad swemi Bracią Zakonnemi Prowincyałem, zostawał tak na tym Urzędzie, iakoteż y w innych na Niegoż włożonych obowiązkach z nieuprzykrzoną pracą, trudem, y naypilnieyszym Staraniem dopełnienia Obowiązków, zachowuiąc przytym cnotliwe, spokoyne, y pobożne, iak należy Stanowi Duchownemu w Zakonie zostaiącemu Usługi. Zasłużył tym y uważnemi swoiemi postępkami na miłość y wiarę w Zgromadzeniu swoim będący wybranym pierwszym Generalnym Deffinitorem, y w takowym upoważeniu zakończywszy w miesiącu Maju powtornego trycennium Prowincyalski Urząd, z Zaszczytami, podziś dzień zostaie. Rozkazali donieść, y donosi się tym wam Rozkazem, żebyście zezwawszy Zakonnych Konsultorow, y uczyniwszy z niemi zgodne ułożenie, y Konsyderacyą potrzebnieysze rozpatrzenie w prawach waszych do Konsystorza zdania swoie przysyłali, ieżeli też macie w Regułach Zakonu swoiego prawo wybierać sobie Wikarego Generalnego? o czym y JW. Biskupowi Łuckiemu Rzymsko-Katolickich Kościołow Rządcy y Kawalerowi Cieciszewskiemu znać dadzą y dano takowymże Rozkazem Mgo Junii 12 Dnia 1803 Ru — Assessor Kamieniecki Kanonik Sebastyan Nałęcz Orchowski — Sekretarz Antoni Marysiewicz — Guberski Sekretarz Koronko.

Quod mandatum Collegii Romano Catholici, ut maturius disuteretur, visum est Venerabili Definitorio decisionem circa illud ad diem 31 Xbris differre. Jam vero Sessio soluta est ad diem sequentem.

Sessio 2da

Die 30 hora octava matutina. Lecti sunt duo Processus. Primus in causa Patris Ambrosij a S. Nicolao Lectoris in Collegio Antecollensi efformatus a P. Theophilo a S. Martino ejusd. Collegii Ministro, in quo testes jurati perhibent memoratum P. Ambrosium timore Dei posthabito sacrilego fornicationis crimine sese contaminasse, idque cum publico secularium scandalo — Et Alter informativus de fuga duorum Patrum ex Collegio Luccoriensi, videlicet P. Fortunati a S. Mathia in Saulo Locki, et P. Basilii a S. Nicolao in saulo Wierzwinski per P. Jacobum a S.P.N. Felicis Ministrum ejusd. Collegii virtute Constitutionum expeditus. Quibus perlectis Definitorium opinionem de infligenda reis pœna adfuturam cessionem distulit.
Deinde accessus factus ad revidenda et examinanda inventaria, quæ nunc primo, Definitorio sunt exhibita. Perlectum igitur est imprimis Inventarium Collegii Antecollen. Deinde Collegii Luccoriensis. Et Sessio præsens soluta est.

Sessio 3tia

Die eadem currentis hora tertia pomeridiana congregatis omnibus inchoata est Sessio ab examine Processus expediti in causa P.F. Ambrosii a S. Nicolao Lectoris Studii Antecollensis. Visis ac diligenter discussis omnibus et singulis in causa coram nobis actitata contra memoratum P. Ambrosium de delicto contra castitatem, de quo præfatus Pater fuit accusatus et inquisitus, et mature consideratis testium depositionibus

contra

contra prædictum Patrem super memorato delicto, ipsiusque sufficienter auditam cum omnibus suis defensionem Definitorium nostrum hanc pronunciavit Sententiam: Quando quidem Præfatus P. Ambrosius a S. Nicolao per testes integros plene remaneat convictus, quod crimen virtutem castitatis læsivum cum publica sui et Religionis infamia commiserit; eoquod notatus sit ab iisdem Mulierem advocasse, et una cum eadem descendisse ad Sylvam, et deprehensus cum hac ipsa muliere in flagranti delicto, captus denique et ductus cum suo Scorto per publicam plateam, in qua multi utriusque sexus tam Catholici quam Judæi stabant concurrentes ad tam funestum spectaculum. ad ædes D. Capitanei Circuli Antecollensis. Quapropter ut delicta merito plectantur supplicio, ipsum ad pœnas in ordinationibus nostris C. 1. §. 2. n. 1 et 11. condemnandum esse judicavimus, prout de facto condemnamus. Quatenus pro hoc delicto publico disciplina Conventuali flagelletur, ac per integrum annum in carcere sit, et voce ac loco per integrum triennium careat, subeatque alias pœnas in memorata Constitutione expressas. Reservando N. P. Ministro Provinciali facultatem dictam pœnam moderandi; sicut sibi melius in Domino videbitur pro tempore salubriter expedire. Postea facta fuit discussio Processus P. Fortunati a S. Maria in Sæculo Złocki et P. Basilii a S. Nicolao in Sæculo Mierzwinski die 20 Mensis 8bris anni labentis 1002 hora octva Matutina a sua immediata jurisdictione sese subtrahentium, et ad præsens commorantium in Dominio Austriaco. Ex qua inquisitione cum comportum

sit.

sit praefatos Patres vere Apostasiae crimen commisisse. Quapropter Deffinitorium nostrum contra eosdem sequentem pronunciavit Sententiam, scilicet, ut si forte comprehensi fuerint in carcerem projiciantur, et loco priventur; si autem sui miserti propria sponte redierint, exercitia duntaxat spiritualia decem dierum absolvant.

In eadem Sessione lecta fuit resignatio P. Theophili a S. Martino Ministri Antecollensis. Porrexerat hic Emeritissimus Pater similem resignationem ministerii sui Deffinitorio Anno 1802 die 12 9bris Theophilopoli celebrato, sed jussus est permanere in Officio ex eo: quod ipsius resignatio laevi inniteretur fundamento nempe ob infirmam valetudinem nude expressam, et quod deficiente Deffinitore 4 non potuit fieri nova electio. Nunc in laeci Resignanti Modo tamen cum lecta ipsius resignatio non sit amplius ejusmodi difficultate obnoxia, et constet praeterea ex medici testimonio praefatum Ministrum Emeritissimum exigere omnino pro recuperanda sanitate amotionem ab Officio; igitur Venerabile Deffinitorium hanc iteratatam P. Theophili a S. Martino Ministri Antecollensis resignationem acceptavit, et sessionem solvit

Sessio 4ta

Die 11 Mensis et Anni ut supra hora 9na matutina. Vacante Officio Ministri Collegii Antecollensis ob factam et jam acceptatam resignationem P. Theophili a S. Martino, debuisset quidem praesens nostrum Deffinitorium ad mentem nostrarum Constitutionum descendere ad electionem novi Ministri praefati Collegii, quia tamen justae et graves Causae aliter procedere suadebant; idcirco N. Deffinitorium designavit in Praesidem Collegii Antecollensis Patrem Caelestinum a S. Martino Deffinitorem Provinciae.

Deinde ventum est ad decisionem mandati a Collegio Romano Catholico nostro, Definitorio porrecti, et nuper jam lecti: an videlicet habeamus jus aliquod in Constitutionibus nostris eligendi nobis Vicarium Generalem? Considerans N.P. Provincialis cum suo Definitorio varia ordinis nostri statuta, quantum ad ea, quae respiciunt electionem praedicti Vicarii Generalis, singula, quae post diligens examen hac super re in constitutionibus nostris observari poterant, fideliter sunt deprompta, et praesentibus actis inserta, ut suo tempore Collegio Romano (juxta ipsius dispositionem porrigi possint. Porro eorum tenor est ejusmodi — Do Rzymsko katolickiego Duchownego Kollegium od Zgromadzenia Konsultorow Zakonu Jezuitarskiego — Rapport o Spełnieniu Ukazu — Na Skutek Ukazu Rzymsko katolickiego Duchownego Kollegium Dnia 12 Maja Junii 1803 Roku danego pod Nro 4413. nakazującego Prowincyałowi, ażeby zezwawszy Konsultorow Zakonnych, y uczyniwszy z nieni zgodne ułożenie y dokładne rozpatrzenie w sprawach Zakonnych do Konsystorza zdania swoie przysyłali, iżeli maią w Regułach tych Zakonnych Prawo obierać Wikarego Generalnego, Mam honor donieść, że podług onego uczyniono. Zwoławszy bowiem Konsultorow do Klasztoru Polockiego na dzien 9 Septembra Roku 1803 tegoż Dnia zaszłego uskuteczniać Ukaz Rzymsko katolickiego Duchownego Kollegium, a rozważywszy Prawa nasze, co one opiewaią o wyborze Wikarego Generalnego wszystko wiernie przedstawiamy — Zakon Jezuitarski, gdy rozszerzony został po rożnych Państwach Europeyskich z rozrządzenia Klemensa XIV iak pokazuie Konstytucya Cap. 3 §1 nro 1. Cały Zakon podzielony został na dwie Familie. Pierwsza nosi Imię Hiszpana, składaiąca się z Prowincyow w Królestwie Hiszpanskim będących pod tytułem Jezus Redemptoris. Druga Familia Extra-Hiszpana pod tytułem Matris Redemptoris.

prowincyi składaiąca się z trzech Prowincyi, z których Pierwsza
była Włoska pod tytułem S. Jana de Matha, Druga Nie-
miecka pod tytułem S. Josefa, Trzecia w tym Państwie
zostaiąca pod tytułem S. Joachima —— Jak podzielony
Zakon co lat sześć wybierał z tych dwóch Familii Mini-
stra Generalnego Const. C. 39. §. 1. a na Familią, z której nie-
była wzięta Osoba na Ministra Generalnego, wybierany był
tegoż samego Czasu Kommissarz Generalny na Lat trzy, który
po Obraniu swoim wykonywał posłuszeństwo Ministrowi
Generalnemu Const. C. 39. §. 9. Nr. 12. To zaś wybieranie w
tym składzie czynione było; kiedy Osoba iednego Sexennium
wybrana była na Ministra Generalnego z Familii Hisz-
pańskiey, Familia Extra-Hiszpańska miała wybranego
Kommissarza Generalnego; na drugie zaś Sexennium z
Familii Extra-Hiszpańskiey była wybierana Osoba na
Ministra Generalnego a Familia Hiszpańska miała Kom
missarza Generalnego —— Do wyboru zaś generalnego Mini
stra, iako y Kommissarza Generalnego wchodzić powinny Oboy
podług Prawa C. 39. §. 3. Nro 2 następuiące: Prezes Kapi
tuły, który powszechnie bywa Minister Generalny Trzymaiący swoy
Urząd. Definitorow Generalnych Ordinis podług Brevе Alexan-
dra VII. Die 30 Januarii 1658 wydanego Sześciu; Definito-
row Generalnych Familii rownież podług Brevе Klemensa XII
z 10 Maia 1733 wydanego powinno bydź sześciu, Prowincy-
ał każdy z swoiey Prowincyi, Socyusze, którzy za Ministra-
wice Domow wyznaczeni od Kapituły Generalney do wotowa
nia, y Prokurator Generalny, y ten porządek utrzymywał się
aż do Roku 1774... W tym zaś Roku zostawszy wy-
branym na Urząd Ministra Generalnego z Familii Extra-
Hiszpańskiey, z Prowincyi S.o Josefa A. Lex ab Ascensione
Domini

Domini, gdy przy końcu Roku trzeciego wyrokiem Jozefa II Cesarza Rzymskiego nastąpiła extynkcya Prowincyi S. Jozefa Familia Extrahiszpanska, ktora pod ten czas już tylko z Dwoch się składała Prowincyi, niemaiąc wszystkich osob, ktore należą do wyboru Wikarego Generalnego, gdyż Deffinitorowie Generalni y Prowincyał Sekularyzowanemi zostali, ktorzy byli w Prowincyi S. Jozefa, X. Hieronim Kulesza wyrokiem Piusa VI. viva vocis Oraculo zastępywał urząd do pewnego Czasu Wikarego Generalnego — w Poźnieyszym Czasie gdy za wolą y zezwoleniem Stolicy Apostolskiey nastąpił zupełny oddział iedney Familii od drugiey, tak że iuż żadnego wpływu Familia Hiszpanska do Familii Extra-Hiszpanskiey, y nawzaiem, mieć niemiała, na ten czas toiest w Roku 1785. Dnia 23 Apr. mocą Brevis Piusa VI. Papieża X. Alexander Więcławski Pierwszy był nominowany Wikary Generalny Familii Extra-Hiszpanskiey — Po skończonych lat Szesciu obiął ten Urząd rownie na lat szesc X. Stanisław Paniewski wybrany na Kapitule w Brzesciu Litewskim w Roku 1791 Dnia 21 Mca Maja odprawioney. Na teyże Kapitule obrani zostali Czterech Deffinitorow Generalnych Dwoch z Prowincyi Polskiey pod tytułem S. Joachima aci byli X. Roman Ruszczyc, y X. Karol od S. Klary. z Prowincyi Włoskiey pod tytułem S. Jana z Mathy takoż Dwoch, ktorzy byli X. Wicenty od S. Josefa, X. Cypryan od S. Josefa, Prokuratorem zaś Generalnym X. Bazyli od S. Felicyana z Prowincyi Włoskiey w Tych urzędach zostaią, gdy upłynęło lat szesc, ktore się zakończyły w Roku 1797, gdy przez Prawo Monarsze zabroniono zostało czynić iakowe znoszenia się z Urzędnikami za Granicą Rossyi będącemi, zaczym Dwoch Deffinitorow Generalnych y Prokurator Generalny w Prowincyi Włoskiey

znayduiących się

Znayduiących się, na mocy tego Prawa Monarszego nie mogli bydź wezwani na Kapitułę Generalną, a którzy według Konstitucyi zakonney koniecznie są potrzebni do Elekcyi Wikarego Generalnego, y innych Urzędników Generalnych; y na wzaiem: na mocy tego Prawa Monarszego niemogł Wikary Generalny z Dwoma Definitora mi Generalnemi iechać do Prowincyi włoskiey dla złożenia Kapituły Generalney; przeto od Ru 1797 aż do teraźnieyszego czasu wszystkie Urzędy Generalne zostały na Wakansie — Atrakym maiąc my przed oczyma Prawa nasze Zakonne, które kiedykolwiek mowią o wyborze Wykarego Generalnego, lub Kommissarza Generalnego, zawsze wspomina o Familii, na którą jurysdykcya iego rozciągać się powinna, Familia zaś kilka Prowincyi w sobie zamykać musi, y powinna, &c. Zaś zakon Trynitarski w Rossyi znayduiący się, gdy z iedney strony prawem Monarszym został oddzielnym względem znoszenia się od Prowincyi Włoskiey, a w tym kraiu iedna tylko zostaie się Prowincya, y to ieszcze niezupełna przez odpadnie nie od niey kilka klasztorów, które się pozostały za granicami Rossyi, a tym samym y Familia upadła, z drugiey strony gdy z osob wchodzących do wyboru Wikarego Generalnego nie staie ponieważ iedne są za granicą, drugie zaś od kilku lat urzędy swoie zakończyły, przeto dla zupełnego zdania naszego stosowne do Prawa podług Ukazu Rzymsko Katolickiego Duchownego Kollegium, czy my moc z Prawa wybierać Wikarego Generalnego, mieć ma szey mocy. Albowiem prawo Zakonne o Wyborze Wikarego Generalnego. Na takowe okoliczności, w iakowych znay duie się w tych czasach Zakon Trynitarski, nie nie wspomina

Znayduią się

Znayduią się wprawdzie w Zakonie naszym, niektore obowiąz
ki, z ktorych iedne podług Konstytucyi Zakonney, właściwe są
Wikaremu Generalnemu, Drugie należą do Deffinitoryum Gene
ralnego. y tak podług Konst. Cap. 40. §. I. nº. II. VI. VII. Wika
rego Generalnego iest obowiązkiem przynaymniey raz w czasie
urzędowania swego odwyzytować Klasztory w Familii swo
iey znayduiące się. Prezydować na Kapitułach Prowincy
alnych, na Deffinitoryach Generalnych, albo swoią osobą ie
śli iest przytomny, albo przez wyznaczoną od siebie, Kon
fraternie stanowić, wyznaczać Professow Filozofii y Teologii
dla Młodzieży Zakonney, Nauczycielow Duchownych za
dołożeniem się od Prowincyała tey Prowincyi, w ktorey ma
bydź wyznaczony nauczyciel Duchowny Nowicyatu.
Deffinitoryum zas Generalne pod prezydencyą Wikarego
Generalnego między innemi ma moc y władzę złożenia
z Urzędu Przełożonego ktory był kanonicznie wybranym
toiest Ministra ieżeli okaże się bydź niezdolnym do wykona
nia należytego obowiązku mu powierzonego. Tudzież
należy do Deffinitoryum Generalnego tłomaczyć Konstytucyą
ieżeli w niey okaże się iakowe powątpiewanie iak ob
szerniey okazuie Prawo Cap. 39. §. XII. nº. 1. et sequentibus.
To więc wszystko iak się znayduie w Regule y Konstytu
cyach Trynitarskiego Zakonu, nic nieodmieniaiąc ani
przydaiąc Opisawszy, oddaiemy woli y nayłaskawszemu
rozporządzeniu Rzymsko-Katolickiemu Duchownemu Kol
legium, ktore de plenitudine Potestatis dispensuiąc Prawo
albo pozwoli nam na iedną Prowincyą y to niecałą y do
syć ubogą wybrać y przedstawić Rzymsko Katolickiemu
Duchownemu Kollegium Osobę w Urzędzie Wikarego Gene
ralnego, ktoraby wykonywała Obowiązki, iakie Jey pra
wo zaleca; albo ieżeli tey mocy y władzy ktora iest wła

ściwa

sciwa Wikaremu Generalnemu, Prowincyawi z Swoiemi Definitorami, iako zwykł był udzielać Wikary Generalny mieszkaiący w Prowincyi S. Joachima mocy y władzy Prowincyałowi w Prowincyi Włoskiey pod tytułem S. Jana z Mathy zostaiącemu oco dopraszaiąc się ninieyszy Raport podpisuiemy. Datt. etc.

Eadem Sessione. Cum innotuisset nostro Deffinitorio, quod Bibliothecæ singulorum fere Conventuum in Provincia nostra magnam jacturam in libris patiantur ex eo: quod nonnulli Religiosi immemores Excommunicationis Clementinæ, favore Bibliothecarum Religiosarum factæ, libros ex Bibliothecis absque scitu Superiorum extrahunt, et postea apud se detinent etiam ad alium mansionis locum delati; hinc stricte mandat ac præcipit omnibus ejusmodi Religiosis idque sub vinculo Excommunicationis, quatenus unusquisque detinens apud se libros ad alicujus Collegii aut Conventus Bibliothecam spectantes absque requisita licentia; illico eosdem ad suum respective Collegium, aut Conventum remittat, etsi aliqui forte pro Studio necessarii fuerint; extemplo de his Superiorem certum reddat datâ eidem schedulâ Reversali. Quales et quot libros apud se habeat; ne imposterum tales libri ammittantur. Præterea disponit, ut hoc decretum signato Charactere descriptum januis Bibliothecæ a tergo affigatur.

Sessio 5ta

Anno et Die ut supra Dñ 14. Sub tempus hujus ultimæ Sessionis Proposuit P. Cœlestinus a S. Martino Definitor 4tus. novam Fundationem Janovien-

sem

in Districtu Caunensi, quae offertur nostrae Provinciae ab Illustrissimis Successoribus p. m. Josephi Kossakowski Eppi Livoniensis, et signanter ab Ill. Josepho Kossakowski Venatore M. Lituaniae Expostulando videlicet quatenus Definitorium delegaret specialem Plenipotentiam Alicui Religioso nostri ordinis pro ejusmodi nova Erectione acceptanda. Praesens Deffinitorium Nostrum, hoc negotium committere statuit Praefato P. Caelestino Definitori Prov. Cumq nihil amplius ad tractandum superesset, Acta hujus Deffinitorii in praesenti Sessione, prius ut moris est, perlectu propriis manibus subscripsimus. in hoc Collegio nostro Luceoriensi Die 14 7bris Anno 1803.

Fr Joannes à J. E. Ill. Maria
Minister Provincialis mpp

ad haec omnia hic exarata excepta opinione me Subscribo
Fr Romanus ad Casimirum
Def. Smus mpp

Fr Caelestinus a S. Martino
Deffinitor 4tus et ejusd. Deffinitorii Secretarius
mpp

Benedicta sit SSS Trinitas

Acta Definitorij Provincialis sub Præsidentia N P Joannis a JESU Maria Ministri Provincialis in hoc nostro Conventu Theophilopoliensi 1804 die 15 9bris Celebrati

Sessio 1ma

Ad Celebrandum præsens Definitorium in Conventu Nostro Theophilopoliensi prout ad Locum per N P Ministrum Provincialem in Antecedenti Definitorio Luceoriæ Aõ 1803 Regna 7bris Celebrato designatum die 15 9bris 1804 Aõ Convenimus videlicet P Romanus a S: Casimiro Definitor 1mus P Romualdus a S: Joe Nepomuceno Definitor 2dus Pr Nicolaus a S: Paschasio Definitor 3tius Pr vero Cælestinus a S: Martino Definitor 4tus ob nimiam distantiam variaq Urgentia Negotia Collegij Antecollensis prout etiam Præsidens Ejusd Collegij ob magnam difficultatem et viæ resolutionem maximam haud quaquam venire poterat Nos itaq præsentes hora Quarta pomeridiana Aõ et die Supra expressis dato Signo Campanæ ad locum seu aulam Condescendimus factaq Spiritus Sancti invocatione ad electionem Secretarij Definitorij: Qui ob absentiam P Cælestini a S: Martino ut pote Secretarij Definitorij in Antecedenti Definitorio electi: qui electus est in moderna Sessione in Secretarium Definitorij P Nicolaus a S: Paschasio Definitor 3tius Qui jurata fide ad hoc Officium se obstrinxit

Sessio 2da

In hac Sessione Constitit Venerabile Definitorio de Fuga Fris Petri a S: Gregorio in Sæculo Ohorovier de Collegio Luceoriensi in Eodem Collegio Studentis Philosophiæ Sessio fuerat die 16 9bris matutino tempore hora 9na

Sub tempus Ejusdem Sessionis pro Futuro Provinciali Capitulo designavit Venerabile Definitorium Domos duas videlicet Collegium Luceoriense et Brahiloviense ex quibus Unã

attentis modernarum rerum Circumstantiis ad placitum N P Provincialis reliquit eligendam

Sessio 3tia

Praesens Definitorium animadvertens varias disceptationes quoad absolvenda Suffragia pro Fratribus Nostris nec non pro Fundatoribus et Benefactoribus Gallicienses bus ut in posterum tollatur Omne dubium et Charitas Fraterna adimpleatur nec non gratitudo Benefactoribus et Fundatoribus in praefata Gallicia defunctis praestetur statuit in Fundamento Capituli Provincialis Anno 1784 Die 10 Julij in Conventu Berestecensi Celebrati ut pro Suprafatis Fratribus et Benefactoribus Gallicienses Quotannis absolvantur Quatuor Anniversaria in Anno Videlicet Mense 8bri nocturnus in Choro recitatus et Missa Cantata ex Anniversario idipsum fiat Mensibus Februario ~~Martio~~ Junio Septembri ita ut quotannis pro Jisdem Fratribus et Benefactoribus Gallicienses in Quatuor temporibus praefata Suffragia persolvantur in Omnibus Domibus Nostrae Provinciae Loci superiores Obligat Ven: Definitorium simulque decernit ut ex Tabula Missarum Obligationum perpetuarum expungatur ubi Scriptum est Pro F. F. et Benefactoribus Gallicienses Omni mense sacrum unum sed vigore hujus Decreti Definitorij describatur in Eadem Tabula Obligationum perpetuarum Pro Fratribus Nostris et Benefactoribus Galicienses in IV Temporibus Anni Nocturnus recitetur in Choro et et Missa Cantata ex Anniversario persolvatur et nihil ultra

Sessio 4ta

Anno 1804 Die 18 9bris hora 9na Matutina Congregatis nobis ad pulsum Campanae more solito lecta sunt acta Definitorij quibus perlectis Conclusimus Definitorium in hoc Nostro Conventu Theophilopoliensi Die et Anno ut supra et in rei veritatem proprijs manibus subscripsimus

Fr Joannes à Gesu Maria Minister Provincialis mpp

Fr Romanus ad Casimiro Definitor Amus mpp

Fr Nicolaus à S. Paschasio Definitor Ptius et Ejusdem Definitorij Provincialis Secretarius mpp

Benedicta sit SSS. Trinitas.

Acta V. Deffinitorii Ante-Capitularis sub Præsidentia NP. Joannis a Jezu Mariæ Ministri Provincialis in hoc Collegio Nostro Brahiloviensi D. 29. aprilis. anno 1805 inchoati.

Ad præsens Deffinitorium Ante-Capitulare celebrandum tres Solummodo Deffinitores convenimus, scilicet. Pr. Romanus a S. Casimiro Deffr. 1mus. Pr. Nicolaus a S. Paschasio Deffr. 3tius. et Pr. Cælestinus a S. Martino Deffr. 4tus. Quandoquidem Pr. Fr. Romualdus a S. Joë Nepomuc. D. 5. Februarii anni currentis 1805. vitam cum morte commutavit. Itaque

Sessio 1ma.

Die et Anno ut supra hora 9 matutina Postquam convenimus ad Aulam Capitularem, facta de more Invocatione Spiritus S. post Consvetæ Salutationis Officia. Ante omnia ad tenorem nostrarum Constitutionum proposuit NP. Provincialis Officium vacans Deffinitoris Provinciæ 2di. et statim pro nova electione exhibuit Cathalogum Eligibilium; ex quo informati de uniuscujusque graduatione quatuor Sequentes pro remote Eligibilibus destinavimus. nimirum

P. Fr. Gasparum ab Ascensione Dñi.
Pr. Fr. Florianum a Nativitte B. V. Mæ
Pr. Fr. Ignatium a S. Maria de Mercede.
Pr. Fr. Theophilum a S. Martino.

Deinde

Deinde in eadem Sessione lectae sunt Rationes seu Computus Triennales, et nominatim: ex Collegio Luceoriensi, ex Conventu Berezteccensi, et ex Residentia Ryszczoviensi, transmissae, quas omnes Rationes accuratas et omnibus numeris absolutas adinvenimus.

Finem huic Sessioni imposuit lectio Epistolae a P. Edvardo ad praesens Deffinitorium transmissae, ad quam hocce Deffinitorium reposuit P. Edvardo significandum –

1mo Esto, quod Pr Edvardus, prout scriptotenus refert „ non clandestine, furto, sed de die, videntibus Fratribus, accepta a Superiore locali benedictione, e Conventu Orsensi exiverit „ Nihilominus quia Pr Edvardus absque licentia, idest: absque debitis requisitisque Obedientialibus jam ultra Octo Menses extra Claustra permanet; jure merito Anno 1805 die 10 Januarii Veluti Apostata proclamatus, vitandus Excommunicatus nuncupatus per publicas literas a NRP. Provinciali Joanne a Jesu Maria. Factum est hoc in fundamento Constitutionum n. ordinis signanter Cap. 33. §1. n. 1. de Apostatis et Fugitivis disponentium „ Ille reputandus, habendusque est ut Apostata, quantum ad poenam, qui absque licentia Superiorum versatur extra Conventum . . . etiam cum habitu, si per Octo dies extra Claustra permanserit. Iste ergo ipso facto sit Excommunicatus, et pro tali promulgetur a Superiore etc –

2do. Quod attinet expositas a P. Edvardo pro impetranda facultate transeundi ad ordinem Cartusianorum preces.

" Congressus hic noster
candide fatetur " non esse in potestate Deffinitorii deffinire:
Quatenus PP. Cartusiani P. Edvardum ad suum ordinem
recipiant; sed si Pr Edvardus ultronee ad hanc strictio-
rem Regulam se conferre desiderat, quod vix credibile,
siquid in nostra Religione vitam monasticam, quan
quam multo sit levior, sufferre non vult, præprimis o
pus habet ~~depositione~~ coram Deffinitorio nostro deposi
tione testimonii, a PP. Cartusianis, quod illum velint
ad suam Congregationem admittere, obtinendi; Alias nu-
stra Religio præberet Consensum, ut Pr Edvardus tran
situm faciat ad Ejusmodi Religionem, de qua non
esset certitudo, an dimissum absque repulsa accepta=
ret.

3tio. Tandem Presens Deffinitorium P. Edvardum canonice
monet, qualenus memor vocationis Sue illico se
conferat ad locum pro Mansione Ipsi destinatum,
quod nisi extemplo fecerit, noverit se ultra jam
inflictas sibi Censuras, adhuc graviores pœnas in
Constitutionibus nostris Cap. 23. St. n. 5. pro Apostatis et Fugitivis assignatas omnino subiturum.

Sessio 2da.

Anno et die ut supra hora 4. pomeridiana.
Prosequendo N. Deffinitorium Actum inchoatum circa
electionem Deffinitoris IV. Adhunc igitur finem post
invocationem Divini Auxilii hinc factum est scruti
nium per schedulas, ex quo in proxime Eligibiles pu=
blicati sunt a n P. Provinciali Pr. Florianus a Nat.
BV. M. et Pr Ignatius a S. Maria de Meriede. Dein=

de.

Deinde emissum est ab unoquoque juramentum circa eligendum aptiorem et digniorem. Postremo ventum est ad ipsam electionem; in qua, siquidem ex supra-Specificatis proxime Eligibilibus, equalis fuit pro ambobus suffragiorum numerus, hinc ad normam legum nostrarum P. Florianus a Nativitate B. V. Maria, utpote Antiquior in Professione habitus est tanquam legittime electus in Definitorem IV. Quem etiam sic electum statim nominavit N.P. Provincialis, dilata ad sequentem diem, ne si forte ad delegendum occurreret aliquod impedimentum, confirmatione.

Post Lecta sunt duorum Collegiorum, Antecollensis scilicet et Orsensis Carta-Lucentes, quas fideliter et exacte factas comperimus. Et Soluta est Sessio.

Sessio 3tia.

Anno eod. die 30. Apr. hora fere 5ta pomeridiana Congregatis Nobis in Domino ad presentem Sessionem.

1mo Lectus fuit Processus Informatorius de fuga e Collegio Luccoriensi per Fr. Andream a S. Casimiro Choristam in Saulo Plazowski Anno 1803 ætat. 7 mensis Obs. effectuata transmissus a P. Jacobo a S.S. N. Felice Collegii Luccoriensis Ministro. Quo perlecto V. Definitorium decrevit: hunc Processum in Archivio Provinciæ reponendum esse donec predictus Fugitivus, vel ipse in Provincia comparuerit, vel donec non fuerit captus.

2do. In hac ipsa Sessione actum fuit de Confirmatione electi die præcedanea Definitoris; cumque nullum in Eo repertum esset impedimentum. Omnium proinde calculis confirmatus

confirmatus est Pr Florianus a Nativitte BVMæ. in Deffinitorem Provinciæ IV. Quo expeditô, Neo-Electus Deffinitor invitatus fuit ad Sessionem, in qua ubi comparuit, statim conforme legibus emisit juramentum. et Soluta est Sessio.

Sessio 4ta.

Anno eodem ut supra Die 1. Maji hora 9 matutina Dato signo Convenientes ad Aulam Capitularem, Imprimis accessimus ad ordinandum Cathalogum Religiosorum remote Eligibilium pro Prælaturis Nostræ Provinciæ. Attenta igitur Eorundem ætate, graduatione, ac interstitiis formatus est sequens

Cathalogus V. Capitulo Provinciali porrigendus.

P. Gaspar ab Ascens. D.	in Provincialem	Deffininitorem,	Ministrum
P. Florianus a Nat. BVM.	in Provincialem	Deffinitorem	Ministrum.
Pr. Ignatius a S. Maria.	in Provincialem	Deffinitorem	Ministrum
Pr. Romanus a S. Casimiro	in Provincialem	" "	Ministrum
Pr Athanasius a S. Stanislao	in " "	" "	Ministrum.
Pr. Vincentius a S. Laurentio	in " "	" "	Ministrum.
P. Jacobus a S. P. Felice	in Provincialem	Deffinitorem.	Ministrum
P. Melchior ab Ann. BVMæ.	in " "	Deffinitorem	Ministrum
Pr. Gregorius a S. Benedicto	in Provincialem.	Deffinitorem	Ministrum.
P. Dominicus a Patr. BVM.	in " "	" "	Ministrum
P. Cajetanus ab Ass. BVM.	in " "	" "	Ministrum.
P. Zephirinus a S. Stanislao	in Provincialem	Deffinitorem	Ministrum.
P. Nicolaus a S. Paschasio	in Provincialem	" "	Ministrum.
Pr. Antoninus a S. Joe Elem.	in " "	"	Ministrum.
P. Theophilus a S. Martino	in Provincialem	Deffinitorem	Ministrum.
P. Aloysius a Con. BVM.	in Provincialem	Deffinitorem	Ministrum.
P. Antonius a Nat. BVM.	in Provincialem	Deffinitorem	Ministrum.

P. Joannes a J. Maria in " " " " Deffinitorem " Ministrum.
P. Valentinus a Nat. BVm. in " " " " " " Ministrum.
P. Josephus a S. Maria de vic. in " " " " " " Ministrum.
P. Carolus ab Ass. BVm. in Provincialem = Deffinitorem — Ministrum.
Pr Nicolaus ab OO. SS. in " " " " " Ministrum.
Pr. Cœlestinus a S.to Martino in Provincialem " " Ministrum.
P. Guilielmus a S.to Ignatio in " " " " Ministrum.
Pr Bonifacius a S. Adamo in " " " Ministrum.
Pr. Felicianus a S.to Francisco in " " " " Ministrum.
Pr. Georgius a S.to Edvardo in " " " " Ministrum.
Pr. Leo a Nat. BVmæ in Provincialem Deffinitor " Ministrum
Pr Marcellinus a S. Martino in " " " " Ministrum.
Pr. Camillus a S. P. N. Felice in " " " Ministrum.
P. Gaspar a Jesu Maria in " " " Ministrum
P. Joannes a S. Theophila in " " " Ministrum.
P. Secundus a S. Ignatio in " " " " Ministrum
P. Onuphrius a S. Dyonisio in " " " Ministrum
P. Thaddæus a S. Joachimo in " " " Ministrum.
P. Angelus ab OO. Sanctis in " " " Ministrum
P. Æmilianus a S.to Michaele in " " Ministrum.
Pr Leo a S.to Nicolao in " " " " Ministrum.
Pr. Samuel a S. Paulo, indiget dispensationis gratia, in Ministrum.
P. Damascenus ab OO. SS. ex Scholæ Parochialis Professura in Ministrum.
P. Leonardus a Concept. B. V. Mariæ " " in Ministrum
Pr. Lucius a S. Joe Baptista in " " " " Ministrum.

Hac eadem Sessione delatum est Deffinitorio Nostro; quod Pr Fr. Alexander a S. Rosalia Obligationis et Status sui penitus immemor, semper audacter et proterve se gerat, adeo, ut etiam Ipsiusmet N. P. Ministri Provincialis ordinationes non tantum adimplere n̄ satagat sed plane.

sed plane contemnat. Preterea ad aures nostras perve-
nit, quod prefatus P. Fr. Alexander multas sibi arro-
get exemptiones, et libertates; recusat enim frequentare Cho-
rum, Refectorium, et alios Communitatis Actus — Qua
propter visum est Definitorio Nostro decernendum esse,
prout reipsa decernit, ac insuper serio præcipit, ac man-
dat, quatenus memoratus Pr. Fr. Alexander statim pro
primo post Capitulum celebrando Definitorio ad prefata
objectamenta rescribat. videlicet 1mo explicare se de-
bet de isto temerario ausu, quare non obediat „mandatis
Ministri Provincialis? 2do. Ex quo fonte tam mul-
tis ultur exemptionibus et libertatibus, contrarijs vite
communi, a qua sectanda nullus ejusdem Religionis af-
sula eximitur? — Deinde Sessioni impositus est
finis.

Sessio 5ta.

Anno eodem ut supra die 2 Maji. Congregatis nobis
in Domino hora 9 matutina, Perlecte sunt Sum-
me „Rationum Collegij Brahiloviensis, quas notavimus solum in
eo deficere, quod non fuerint exacte conscripte 2dum
regulamen in Provincia nostra usitatum. De cetero autem,
quod concernit fidelitatem, que juxta ordinationem no-
strarum Constitutionum necessario requiritur; invenimus
illas omnino fideliter confectas esse. Et cum preterea
nihil amplius ad agendum superesset. Soluta est Sessio.

Sessio 6ta.

Sessio 6ta.

Anno eod. ut Supra D. 3. Maji. In hac Sessione assumpti sunt ad revidendum Computus Triennales duarum Residentiarum scilicet Camenecensis et Vitebscensis, in quorum 1mo Deffinitorium Nostrum nullum errorem observavit; ast secundum quoad specificationem Summarum, tam fundationalis, quam obligatoriæ, invenit per totum deffectuosum. Proinde ut imposterum juxta exemplar a Deffinitorio porrectum scribatur, P. Præsidenti summopere recommendat. Quo finito soluta est Sessio

Sessio 7ma.

Anno eod. ut Supra D. 4. Maji. Convenientes ad Aulam Capitularem, cum nihil ad agendum super esset, quandoquid rationes Triennales nonnullarum Domorum, nimirum: Krzywicensis Molodecensis Trinitopoliensis Theophilopoliensis Szumbariensis, Brestensis ad præsens Ante-Capitulare Deffinitorium transmissæ non sunt; hinc dictas Rationes futuro Post-Capitulari V. Deffinitorio discutiendas relinquimus et sub finem istius Sessionis, perlectis iis, quæ in decursu istius Deffinitorii pertractavimus, eadem propriis manibus subscripsimus in hoc Collegio Nostro Brahiloviensi D. 4. Maji 1805. Anno. Fr Joannes à JEZU Maria Minister Provincialis mpp Fr Romanus ad Casimiro Def: Primus mpp

Fr. Cœlestinus a S. Martino Deffinitor Ultimus et ejusd. Deffinitori Secretarius mpp

Benedicta sit Sanctissima Trinitas

Acta V. Definitorii post-Capitularis sub Praesidentia N. P. Romani a S. Casimiro Ministri Provincialis in Collegio Utro Luceor. Die 10 Maji 1806. Anno inchoati.

Definitorium praesens esto post Capitulum praeterito Anno celebratum brevi instituendum fuerat, quemadmodum et designatum fuerat a Nobis ut pro die 7 7bris Patres Definitores Luceoriam congregentur, cujusmodi tamen congressum mors P. Joannis a Jesu Maria Definitoris primi praepedivit. Et quia Patres Definitores tam facile convocari nequibant, ut electio in locum p. d. Definitoris (: prout Leges volunt quam primum instituat :) nec tempore a Nobis designato nimirum 8 Maji 1806 absolvi, tum ratione distantiarum loci in quibus manent, tum variarum circumstantiarum iter praepedientium; hinc praedicta electio in locum p. d. Definitoris ad tempus bene visum protrahitur; quia tamen variis circumstantiis exposta lantibus, esto incompletum Definitorium instituit hoc Mense; nam solummodo P. Provincialis, P. Florianus a Nativitt: B. V. Definitor Idus, et P. Melchior ab Annuntiatt. B. V. M. Definitor Illus ad praesens comparemus; Hinc omissa Electione cum quâ expectare decrevimus adventum P. Theophili a S. Martino Definitoris Tertii ad subsequentem Congregationem, ut legitime exequatur dicta electio; accessimus ad alia negotia expedienda.

Sessio Ima.

Die 10 Maji Anni 1806. ad pulsum Campanae congregati, facta invocatione Spiritus S. et salutatione consueta in similibus casibus peracta, accessimus ad examinandum Computus Triennales, qui in praeterito Provinciali Capitulo non sunt exhibiti. Quos Computus tres invenimus: Nimirum Computum Conventus Trinitopoliensis, Theophilopoliensis, et Scumbariensis — Molodecensis vero Conventûs et Krzywicensis restant adhuc examinandi in futurum; nam nec nunc sunt remissi ac praesentati Definitorio — Et in eo finita est Sessio.

Sessio 2da.

Die 11. Maji Anno eodem ut supra, ad pulsum Campanae congregatis Patribus Definitoribus, relecti sunt Computus vulgo Cartaquantae, quae in ante Capitulari Definitorio praeterito Anno non fuerant porrectae: videlicet Conventus Trinitopoliensis, Conventus Theophilopoliensis, ac Residentiarum Vitepscensis et Scumbariensis, quae nunc primo in hoc Definitorio sunt exhibitae — Porro Computus Conventus Molodecensis, et Residentiae Krzywicensis, nec prius, nec modo sunt porrecti — Ex modo exhibitis Definitorio Computis Theophilopoliensis, Scumbariensis, ac Vitepscensis juxta accuratam formam et consuetam facti inventi sunt — Ast Computus Trinitopoliensis, (: qui non accurate ac sincere factus sive studio sive casu apparet :) explicatione indiget; hisce de causis Anno

Nam

Nam inscriptum in eo manet, quod Triennalis Computus exhibetur, id est Computus a 1 Aprilis 1802 Anni ad ultimam Martii Anni 1805, calculus vero tam Perceptarum, quam Expensarum, aliorumq Proventuum ab ultima non nisi Visitatione defertur. 2do. Computando solummodo Censum a Summis Capitalibus 57,440 flor. debuit Conventus percipere 12,000 et aliquot flor. ultra, in Computu vero expositum est, quod perceperit tantum Conventus 7,874 flor. et Assium 10. Alii autem Proventus ex Vita, Grano, Venditione Cremati, manuali Missar. stipendio, quasi nulla Percepta occurrit; quae profecto per Trienium non ad postremum excrevisset numerum. Quapropter horum mendorum explicatio accurata simul cum Inventario (: quod Definitorio porrectum non est :) pro futura brevi instituenda Visitatione desideratur.

Sessio 3tia

Die 13 Mensis et Anni ut supra hora Matutina convocatum per Pulsum Campanae VD ad expediendas ulteriora Religionis negotia, de causis infra ponendis, sequentia pro Dei honore bono Religionis et Utilitate Provinciae Nostrae statuit ac decernit.

1mo Quoniam cum non sine magno cordis sui maerore, ac lacrymabilibus oculis, viderit subaudieritq Venerabile Definitorium, quod quidam Patres, ex junioribus praecipue, extirpata penitus tanquam inutili, ac noxia proprieq saluti minus necessaria, Thliae Moralis notitia, pro examine deponendo in ordine ad excipiendas Christi Fidelium Confessiones, in Consistorio rudes ac peregrini in eadem Scientia compareant, qua de causa approbationes, aut ad valde exiguum et breve tempus, aut omnino nullas obtineant ac lucrent, per quod impraeticatum hucusque in Ntra Religione, dedecus nobis ac Provinciae Nostrae pariant — Hinc VD volens cupiensq tanto malo mederi, ac famae honoriq Provinciae Nostrae succurrere; revocat praeprimis in mentem, hisce Osoribus Scientiae Moralis, necessitatem illius inevitabilem, sine qua procerto juxta effatum Scripturae „ Caeci sunt et duces Caecorum „ et sine qua tam gravissimo se, suosq Poenitentes exponant periculo, ut iuxta Doctrinam ipsiusmet Xti cadant in foveam, id est abyssum aeternae damnationis — Tum deinde statuit ac strictissime praecipit ut nullus ad examen publice deponendum compareat, nisi prius Domi intra Religionem examen instituat, ac per Examinatores Nostri Ordinis examinatus comprobatusq capax omnino, ac bene in Thlia Morali versatus inveniat. — Patres vero Superiores Locales pro suo munere, ac ratione quam reddituri sunt Deo pro sibi commissis, sedulo invigilent, ut causam hujus incapacitatis in suis subditis omnino tollant, illosq ad aquirendam hanece Scientiam omnimode ac quovis possibili modo adigant.

2do Jam dudum in Ordinationibus tam variorum Capitulorum quam etiam quorundam Definitoriorum decretum fuerat, ne ulli Religiosi penes se conservent Annu

Arma, bombardas videlicet, illisq ad suum divertimentum utant, eo quod multi fatales casus inde eveniant, quemmadmodum et iam evenerunt; quibus non obstantibus Ordinationibus reperiunt et nunc nonnulli Religiosi, qui iis libere utantur. Quapropter V. D. omnino prohibet ac interdicit eorum usum. ac PP. Superioribus localibus mandat ac praecipit, ut praedicta Arma si apud aliquem ex Junioribus praecipue reperiant amoveat ac recipiat — Transgressores vero iis utentes, aut reddere renitentes severe puniant — nam alias Superiores ipsi animadversionem non evitabunt.

3tio Quoniam frequens egressus de Claustris, in Religiosis est infinitorum malorum ocasio. ut inquit S. Basilius ad S. Gregorium Nanzian: verba faciens, quia per talem continuam divagationem, Spiritus Religionis tepescit, ac amor mundi, qui per Professionem Religiosam extinctus est reaccenditur, et sic magna dissolutio vitae Religiosae ac morum exoritur, e contra vero omissio salubrium operum consequitur. Ideo V. Definitorium perspectum sibi habens, quod multi Religiosorum, frequenter de Conventibus et quidem absque ulla necessitate egrediantur, ejusmodi frequentes egressus omnino prohibet ac vetat. Patres vero Superiores obligat, ne hunc frequentem egressum e Claustris in post Religiosis permitant, ne tempus frustra et sine ullo emolumento conteratur, quod profecto in rebus non nisi utilibus ac fructuosis insumi debet.

4to. Non est dubium quin Nostri Concionatores juxta leges Ecclesiae conformare se debent Concionatoribus Cathedralibus, praecipue autem juxta Mandata Imperatoria. Concionatori Academico Vilnensi, qui omnes ut ipsa praxis docet Conciones suas de memoria dicunt; Nostri autem e contra praecipue ex junioribus ac recens promotis Concionatoribus, inpracticabilem et utinam non practicandam, legendi Conciones Populo introducunt Consvetudinem, seu potius Comptellam, ea de causa ut otio plus indulgere possint; Decernit igitur V. Definitorium, ut hic abusus tanquam nocivus nostris Concionatoribus, utpote qui nullum emolumentum ex hac lectione Concionum reportant, omnino per Superiores locales de medio tollatur. Si qui vero renitentes hac in parte fuerint, a suis Superioribus irremissibiliter juxta Constitutiones Ordinis, nulla habita ratione Officii poenis consvetis afficiant. Turpe est enim ut Juvenes, qui tam felicis sunt memoriae, sequantur Senum et decrepitae aetatis Virorum morem, quos ut Regius Vates dicit „ dereliquit virtus eorum, et lumen oculorum eorum, non est cum ipsis — Quapropter Venerabile Definitorium rogat omnes Concionatores, eosq per viscera Dei obtestatur, ut ab hoc abusu abhinc abstineant, seq in post Vulgi risui. contemptui ac oblocutionibus variis et quidem non injus-

tis

injustis non exponant. — Reliqua vero statuta utilia Nostrae Religioni, sicut etiam electionem Definitoris cujus sedes vacat, Praesens Definitorium futuro completo Definitorio relinquit. Et sub finem istius Sessionis perlectis iis quae in decursu istius Definitorii pertractavimus, eadem propriis manibus subscripsimus. Lucaniae Die . Maji 1806 Anno.

Fr. Romanus a S. Casimiro
Minister Provincialis

Fr. Florianus a Natte B.V.Mae
Definitor 2dus mpp

Fr. Melchior ab Annunt. B.V.Mae
Definitor 4tus. et Secretarius Definitorij mpp

Benedicta sit SSS. Trinitas

Acta Definitorii Provincialis sub præsidentia N° P.ris Romani à S.to Casimiro Ministri Provincialis in Collegio Luceoriensi Die 13 mensis 9bris 1806 Annô celebrati

Definitorium præsenti hoc mense in Collegio Luceoriensi congregatum est ex plurimis urgentibusq motivis. 1mo Quoniam Pr. Joannes à Jesu post finitum Ministri Provincialis officium Anno 1805, per Capitulum Die 8. mensis Mai, Sessione Capituli secunda in Definitorem Primum electus fuerit, Et tandem Anno eodem 1805 die 7, 7bris diem suum obierit, necessitas poposcebat, ut illico in locum defuncti, alius Definitor eligeretur. Quia vero P. Theophilus à S.to Martino Definitor Provinciæ 3tius in Collegio Antecollensi ad Vilnam manens, propter magnam locorum distantiam, non potuit ad hoc electivum Definitorium conduci, nisi cum magnis expensis, hanc porro ob causam dilatum est Definitorium, donec sese commodior occasio offerret in advehendo Volhyniam P. Theophilo. obtento denique dicti Patris adventu, mox convocati sunt Brahylovià et Berestecô Pr. Florianus à Nativitate B. V. Mariæ, et Pr. Melchior ab Annuntiatione B. V. Mariae Definitores Provinciales. Quibus in unum congregatis, inchoatum est Definitorium Die 13 9bris Anno 1806

Sessio 1ma Matutina

Die 13. 9bris Annô 1806, post factum æris campanæ pulsum congregati insimul cum N. P. Provinciali Definitores, Pr. scilicet Florianus a Nativitte B. V. Mariæ, olim vivente P. Joanne à Jesu Definitor secundus. Pr. Theophilus a S.to Martino Definitor III. et Pr. Melchior ab Annutiatione B. V. Mariæ Definitor IV unaque Definitorii Secreterius. Tandem ad sonantiam legis, invocato à Patre luminum Divino auxiliô, N. Pr. Provincialis ore facundo peracta salutatione, 1mo quia P. Theophilus in primo post capitulari Definitorio absenserat, jussit eum deponere consvetum juramentum, et hoc factô, suum in sessione obtinere locum. 2do Exposuit causas compulsivas cur Definitorium ad hoc usque tempus sit prorogatum circa electionem Definitoris vices mortui Joannis suppleturi. 3tio Demonstravit ad sonantiam Constitutionis primam necessitatem præsentis Definitorii in hoc esse, ut Definitor eligatur, antequam cætera tractentur. 4to Ad hunc effectum distribuit unicuiq elenchum. Per

sonarum

sonarum pro Definitore eligibilium prout sequitur.
P. Gaspar ab Ascensione Domini
P. Ignatius à Sta Maria de Mercede
P. Jacobus à Sto P. N. Felice
P. Nicolaus à Sto Paschasio
P. Zephirinus à Sto Stanislao
P. Aloisius a Conce: B. V. M.
P. Cœlestinus à Sto Martino
P. Carolus ab Assumpt. B. V. M.
P. Antonius à Nativit. B. V. M.
Distributo acceptoq tali Cathalogô, soluta est Sessio

Eodem die Sessio 2da pomeridiana

In hac Sessione nihil ampliùs actum extitit, nisi electio novi Definitoris in locum vacantis officii Definitorialis, quæ hunc in modum est celebrata: Amo Ex porrectis in elencho eligibilium novem personis de super specificatis, per secreta suffragia exiverunt proximè eligibiles sequentes: — P. Gaspar ab Ascensione Dñi. — P. Jacobus à S. P. N. Felice. — P. Nicolaus à Sto Paschasio. — P. Aloisius à Concept. B. V. Mæ. — Tandem iterùm applicatis suffragiorum schedulis, ex præfatis quatuor prodiit omnium suffragiis Pr Jacobus à Sto P. N. Felice, Renuntiatusq est à N. P. Provinciali Definitor favente sibi quaterno votorum numerô. Completa hujusmodi electione, sessionis quoque finis successit.

Sessio 3tia pomeridiana

Dies 14 9bris, quæ fuit in crastinum festi Omnium Sanctorum Ordinis nostri, quoniam ante meridiano tempore totam Communitatem occupatam tenuit Anniversarium, Missa cantata, et Responsorium Libera &c., ideoque matutina sessio fieri non potuit. Sed post prandium circa horam 5tam, videlicet elapso viginti quatuor horarum spatiô post factam pridie electionem, accessit Definitorium ad confirmationem noviter electi Definitoris, assumptisq calculis confirmavit P. Jacobum à Sto P. N. Felice, Sic igitur albis globulis unanimiter confirmatus, statim est invitatus ad gremium Definitorii, inibique de manibus N. P. Provincialis accepit pro suo officio Literas patentes

Sessio Acta matutina

Die 15 9bris in Sessionis exordio, Pr. Jacobus à S.P.N. Felice ut
pote noviter electus Definitor Constitutione præscriptum deposu
it juramentum. Deinde in eadem Sessione 1mo lecta est epist
la plena querimoniarum et incusationis, submissa à Fratribus
Studiosis Brahytoviensibus. 2do Puncta objectionum adversus
Patrem Ministrum Brahytoviensem Pm Stanislaum Concionatorem
dicti Collegii, et Pm Thomam Coadjutoris officium super recenter Pro-
fessos inibi administrantem, ab iisdem Studentibus in uno cum epist
la cooperculo junctim transmissa. 3tio Lecta sunt amba epistolæ à P
Ministro Brahytoviensi allatæ, quarum prima notificat N.P. Pro
vinciali, duos è gremio Studiosorum in nocte profunda, vestitu sæculari
larvatos aufugisse. Nec non quod omnes nominati Scholares continua
morum dissolutione obcecati, eò dementiæ pervenerint, ut non modo su
locali Superiori minimè obediant, minaces manus levent, officiales Comuni
tatis variis excommunicatis prostituant, assiduis otiositatibus torpescant, ac cum
sæcularibus suspectas amicitias continenter habeant, sed etiam past plurima
irreligiositatis et incontinentiæ peccata à semet commissa, iniqua fœderatione
secum uniti, ausi sint omnes in simul è Claustro egredi, ituri ad Illustrissimum
Episcopum Camenecensem cum suis nugatoriis figmentis. Quos tamen Illu
stris Admn Rdus Dnus Decanus in tractu itineris percepit, eorum malevola
intentionem vituperavit, suasitq, ut reverterentur ad Conventum, quod et factum
est. Reversi ad Conventum miserunt suas incusationes ad Illmum Loci Or
dinarium, qui designavit Commissionem, ejusque Executores. In secunda sua
epistola P. Minister N.P. Provinciali detulit: iam fuisse Commissarios Delegatos
ab Illmo Pastore, qui recognita ex utraque parte causa, concluserunt Studiosos
incusatores egisse procauter, et ductu solius malitiæ & perversitatis. Quia ver
in numero malè fœderatorum Studentium duos præcipuos rebellionis auc
tores invenerunt Andream nempe et Antonium, hos mandarunt sine mora
expedire non modo ex suo Collegio, sed etiam ex tota diœcesi. Nichil tamen
decretoriè pro alterutra parte determinarunt, dante rationem, quod Pro-
cessus querulantium Studiosorum sit non juridicè inchoatus, siquidem
dem primam instantiam omiserunt, videlicet primò præmittis faciendum
recursum ad suæ Religionis Provincialem. ——— Hisitaque

omnibus

omnibus perlectis ac maturè ponderatis. Definitorium perhumaniter rogavit N. P. Provincialem, ut pro ratione muneris sui quantò citiùs dignetur Brahytoviam proficisci, et re inter utramque partem sedulò examinata; æfunditùs cognita adhitis testibûs etiam si opus fuerit sæcularibûs. media efficacia applicet, nocentibus pro qualitate delicti pœnas salutares imponat, radices omnis mali evellat, pacem, tranquilitatem, et regularis observantiæ tenorem prout par est introducat.

Sessio 5ta Matutina

Die 16 9bris. Inchoata est Sessio: 1mo à Propositione unius è gremio Difinitorum, videlicet: Quoniam Honorabilis Commissio Delegata ab Illustrissimo Episcopo Camenecensi mandavit, ut quanto citiùs expediretur à Collegio Brahytoviensi Fr. Andreas à S.o Casimiro hanc ob causam, quod ille inter Fratres suos Scholares malitiosæ insurrectionis sit primus auctor, et promotor. Vigore cujus mandati usque Luceoriam advectus est sub assistentia P.s Stanislai Concionatoris, tamen quia laudata Commissio nullam ex Fre. Andrea fecit juridicam inquisitionem, super punctis et obiectionibus adversus P. Ministrum prolatis, quæ tamen omni modè est necessaria ad accuratam et plenam totius causæ cognitionem quam facturus est N. P. Provincialis in Collegio Brahytoviensi cum omnibus ex utraque parte, ideoque oportunum videtur, ut hic præsens Fr. Andreas à S.o Casimiro subeat strictam sub juramento inquisitionem quo ad omnia respectivè obiectionum puncta. Annuit porro V. Definitorium huic propositioni, deputavitò è medio sui P. Theophilum à S.o Martino et P. Jacobum à S.o P. N.o Felice Definitores, qui huic operi satisfaerent 2do Reliquum Sessionis tempus consumpsit in lectione et considerationibus Visitationum à N. P. Provinciali in Domibus Provinciæ habiturum, quas et scriptô, et oretenus referebat coram Definitorio

Sessio 6ta Matutina

Die 17 9bris Tractatum est 1mo Juxta mentem N. Provincialis et factam ab illo saluberrimè propositionem, quatenus pro temporum futuritione certa, stabilis, ac specifica teneatur applicatio Missarum tam relatè a N. P. Provinciali, quam ab ejus Definitoribus, idque in satisfactionem obligationibus Provinciæ, solos nisi Definitores cum suo Provinciali afficientibus. Placitum igitur decretumq̃ est, ut ab hinc unusquisque

Definitor

Definitor in spatio unius integri Anni applicet pro memoria Polanosciana Missas 15, et pro fundatione piæ recordationis Czarnecciana Sacrum unum, in numero 16. Ipse verò Provincialis pro obligatione Oborsciana ad Missas absolvendas 10, nec non pro suffragio Kobylinsciano ad Sacra 6 celebranda obligabitur. 2do Quandoquidem N. P. Provincialis tripliciter personali sua observatione sub tempus factarum à se Visitationum animadvertit, in quanta desolatione fuisset Domus nostra Vitepscensis, qualemq; miseriam, ac grande incommodum Religiosi inibi manentes passi fuissent, nullus autem in tot meliorum annorum decursibus tam felix, ac meritoriæ solicitudinis emulator extitit Superior, qui de Ecclesia et habitatione ex lapide cocto struenda vel leviter cogitasset. Factum tandem est non absque singulari Divinæ Providentiæ influxu, ut excitaretur spiritus P.s Nicolai ab omnibus Sanctis, moderni memoratæ Præsidentiæ Superioris, qui spe in Divino juvamine reposita, cœpit ex muro fabricare Domum habitationis, in cœpto opere progressus est, ac denique consumatum effecit. Pro tali verò non minùs difficili quam laboriosa mansionis structura efficaciter completa, quia sicut coram Deo meritum, et apud homines laudem sibi conciliat, ita Provincia bonorum operum in suis individuis justissima pensatrix, ad gratitudinem P. Nicolao obstringitur, futuram in pectore conservans retributionem. Verùm quia laudatus P. Nicolaus Præsidens debita aliqua pro fundatione contraxit, exposuit supplices N. P. Provinciali, quatenus pro sui muneris auctoritate obligaret Collegiorum, Conventuum, et Præsidentiarum Superiores, ad subministranda aliqua pecuniarum pro posse subsidia. Verùm ubi N. P. Provincialis intimè considerasset, quantis temporum et circumstantiarum angustiis omnes Provinciæ Domus gravissimè præmantur, non est ausus eleemosynam parati æris imponere, sed rogavit V. Definitorium, ut saltem modica Missarum applicatarum oblatione supplicanti P. Nicolao auxiliari non graventur. Quocirca libenter annuit V. Definitorium requisitioni in proiecto N. P. Provincialis ad plenum introductæ, statuitq; sequentem pro suæ Provinciæ Domibus Missarum distributionem, ut ad intentionem Præsidentiæ Vitebscensis indilatè absolvantur. ———

1° Collegium Luceoriense Miss. 100	5° Collegium Orsense — 50	9 Brestensis — 30
2° Conventus Berestecensis M. — 50	6° Collegium Brahilov: — 50	10 Camenecensis 10
3 Conventus Theophilopolien. — 50	7° Conventus Molodecen. — 30	11° Szumbarensis 30
4° Conventus Trinitopoliensis — 50	8° Residenta Ryszczo: 50	

Ejusdem diei Sessio 7ma pomeridiana

In hac Sessione die 17 9bris habita, lectus est supplex libellus ad præsens honorabile Definitorium à P. Cælestino à S. Martino Ministro Vilnensi missus, in quo juxta mentem & præceptivam dispositionem Venerandi Capituli Brahilovia Anno 1805 diebus Mai celebrati statutum est, quatenus Fratres nostri pro variis scientiis in alma Imperiali universitate comparandis mittantur, et locum Conventualitatis suæ in Collegio Antecollensi habeant. Et quantum concernit eorum commodam sustentationem, vestitum, equos, currus, in Academiam bis quotidie vehendis et revendis, papirum, instrumenta, libros lectioni Academicæ oportunos cæteraque omnia ad educationem et conservationem Academicorum necessaria commisit V. Definitorio, ut de his omnibus prospiciat, et dicto Collegio congruentia ad talem effectum subsidia juste decernat, et sufficienter provideat. Porro in hoc ipso fundamento P. Ministri petitio ad Definitorium suppliciter directa constat punctis sequentibus: 1mo Rogat ut V. Definitorium decretivam voluntatem Capituli dignetur ad effectum deducere, talem fundum excogitando, qui annuo quovis et stabiliter provideret, et eam solutionis quantitatem subministrare posset et obligaretur, quæ in victabilibus expensis correspondeat. 2do animo gratitudinis plenissimo commemorat benevolentiam N. P. Provincialis, qui in vim compensationis expensarum Collegii Vilnensis pro Academicis dignatus est contribuere equos et Florenos 700tos, qui tamen nec quartam partem exequant Summæ quam unico nisi anno Collegium expendere debuit. 3tio Nuntiat quod ob dominantem in summo gradu caristiam, omnes utensilium articuli usui humano servientium ad altissimum pretium pervenerunt. 4to et ultimo apponit Rubricam, in qua specialim exprimuntur singula pro Academicis expensa, quæ per hunc unicum annum efficiunt fl. 3, 441 Grossos 26. Nihil quod quam computando pro eorum victu, potu, vestitu, Apotheca, Chirurgo, lignis, luce, lotrice, sutore, smegmate ac aliis. In hoc non postremi momenti negotio per Ministrum Vilnensem insinuato diu deliberans V. Definitorium conclusit denique, et mandative dispasuit, quatenus P. Minister Trinitopolitensis sine mora, aut tergiversatione aliqua contribuat P. Ministro Antecollensi unum mille Florenorum, et P. Ignatius à S. Maria de mercede & provincialis. Trecentos florenos addat ad illos septingentos quos anno 1805 dedit.

Sessio 8va Matutina

Die 19 9bris facta est Sessio, inductæ sunt considerationes circa varia

Lietuvos TSR CENTR. BIBLIOTEKA Mokslų Akademija

ria regularis observantiæ obiecta, in quibus religiositas nostra nostra tam in Domorum Rectoribus, quam cæteris Provincia personis plurimum à tramite rectitudinis desciscere cernitur. Utpote circa meditationes quavis non impedita die habendas. Conferentias morales, Exhortationes et Capitula, Recreationes Studentium, diligentem portæ principalis custodiam, cæteraque plurima quæ Regulæ et Constitutionum integritatem, tepore, et statûs nostri neglientiâ, enormiter ledunt. Prov. Definitorium, cujus muneris est vigilare super observantiam Ordini et vocationi nostræ consentaneam, præcipiendo sub pœna suspensionis præcipit, ut Meditationes à quibus tantopere spiritualis profectus dependet non omittantur, nisi vera et legitima causa obfuerit. Ut Collationes Theoligico-morales in communi habeantur. Ut Patres Ministri et Præsidentes quovis mense bis saltem Exhortationes in Capitulis instituant. ut recreationes cum exitu ad campum Scholasticis in diebus tam Dominicis quam festivis, aut si via sit lutosa nunquam concedant, ut Studiosis extra septa sui Collegii ad recreandum exeuntibus, aut P. Vicarius, aut Magister, aut Professor assistat. Ut Superiores non permittant Religiosis sibi subiectis comparare sibi pallia ad formam sæcularium sub vulgari nomenclatura "Czuyki", et si aliqui jam fecerint, illico recipiant, et his venditis, vel ad alium finem conversis, pallia coloris et formæ convenientis de claustri peculio subministrent. Ut super custodiam portæ principalis ejusq clausuræ Fr. Laicus omnino constituatur, vel si Frater defuerit, committatur custodia portæ alicui morigero senecioni sæculari. Tandem ipsis respectivè Superioribus disponitur, quatenus peculium pro Seminario Universitatis, necnon pro carasea tempestivè colligant, paratumq habeant, ut tempore suo ex solvi et transmitti possit.

Eadem Sessione electus est in Redemptorem P. Nicolaus ab S. Paschasio Præsidens Ryszczoviensis

Sessio Nona et ultima

Manè 21 9bris facta sessione: 1mo instituta est confirmatio P. Redemptoris recenter electi, P. Nicolaus à S.to Paschasio Præsidens Ryszczoviensis 2do Lecta sunt Acta nunc celebrati Definitorii. Quibus perlectis propriis manibûs subscripsimus in hoc Collegio nostro Luceoriensi Die 21 Mensis Novembris 1806 Annô.

Fr. Romanus a S. Casimiro
Minister Provincialis

Fr. Hieronymus à Natte B. V. M. Definitor 1mus

Fr. Melchior ab Annunt. B. V. M. Deff. Pro

Ejusdem Definitorij Secretarius

Benedicta Sit SS.ª Trinitas.

Deffinitorium Provinciale sub Praesidentia N. P. Romani à S. Casimiro Ministri Provincialis in Conventu Berestecensi 1807. Diebus Junii Celebrati.

Ad hoc Deffinitorium congregati sunt Praeside N. P. Romano à S. Casimiro Mnro Provinciali Pr Teophilus à S. Martino Deffinitor 2us Pr Melchior ab Annuntiatione B. V. M. Deff. 3us et Pr. Jacobus à S. Felice Deff. 4us Nam Pr Florianus à Nativitate B. V. M. Deffinit. 1us comparare nequivit propter infirmitatem qua detinebatur eo tempore, deinde litterae convocatoriae ad hoc Deffinitorium missae Brahiloviam per Postam datae ad illum non pervenerunt, unde non habendo notitiam per incuriam Postae non advenit.

Sessio 1ma

Anno 1807. Die 16. Junii Congregatis post pulsum Campanae quaderant Deffinitoribus consultatum est, de translatione Novitiatus Beresteco Brahiloviam qui nimirum Conventus Brahiloviensis jam dudum a potestate cui de jure competebat pro Domo Novitiatus designatus fuerat, et hoc ad effectum ex consensu omnium Deffinitorum deductum est, In Conventu vero Berestecensi Studium Theologiae Moralis tantisper institutum. —

Sessio 2a

Eodem Anno Die 17. Junii Processus Fratrum Sex Clericorum Brahiloviae in Studio Eloquentiae manentium ob quosdam excessus à Pre Teophilo à S. Martino formatus, Brahiloviae legi et titulari inchoatus est.

Sessio 3a

Die 26. Junii Eidem relegebatur et considerationi ac decisioni porrectus e.

Sessio 4a

Die 25. Junii Post maturam discussionem ventum e ad decisionem, decisum proin et Decretum formatum e n ingrossatum quid e hoc loco quaesitis ob longum e interim in separato folio in Archivio Provinciae repositum, in quo unusquisq. pro suo excessu poenalitten subeundo designatam subiverunt; et quoniam spe emendationis futurae cujus jam per aliquod tempus specimen dederunt et emendationem declararunt ideoq. poena solum Spirituales eisdem designatae sunt moniti tamen ut si quod avertat Deus in eosdem defectus deciderint poena duplicabitur in post, et in hac Sessione Deffinitorium finitum est Die 25. Junii 1807. Anno —

Fr. Romanus ad Casimiro
Minister Provincialis
[signature]

Fr. Melchior ab Annunt. B. V. Ma Deffin. Provin.
et Eiusd. Deffinitorii Secretarius
[signature]

Benedicta Sit SSS.ª Trinitas.

Sessio 1.ª

Mense quidem Septembri Deffinitorium praesens institui debuerat attamen tam propter infirmitatem N.P. Provincialis in qua duobus Mensibus et ultra, Brahilovian in quibusdam negotiis et quidem gravioribus commorantem nunc primum Beresteci Mense 9bris adventatem Praesens Deffinitorium institutum est.

Anno Dni 1807. Die 16. Mensis 9bris habitum est in Conventu nostro Berestecensi Deffinitorium Provinciale compositum ex tribus duntaxat Personis, nimirum: N.R.P. Romano a S. Casimiro Ministro Provinciali, suae Provinciae tanquam Praeside ejusdem Deffinitorii, et duobus Deffinitoribus vicinioribus Conventui Berestecensi scilicet P.F. Melchiore ab Annuntiatione B.V.M. Deffinitt. 3.º et P.F. Jacobo à S.P. Felice Deffinitt. 4.º qui post pulsum Campanulae Communitatis congregati sunt. Etenim Fr. Florianus a Nativitate B.V.M. primus Provinciae Deff. nequivit Personaliter adesse huic actui ob Rhumatismi infirmitatem, cui etiamnum succumbit, ac propterea scripto suo ex loco mansionis suae transmisso declaravit Conventum Berestecensem praecaeteris Provinciae Nostrae Caenobiis magis idoneum esse locum pro Capitulo Provinciali Anno sequenti convocando. Pr. verò Teophilus à S. Martino Deffinitor Provinciae 2.us, quum ob nimiam hujus loci à Vilna distantiam, tum ob bene multa negotia in Magno Lithvaniae Ducatu Albaq. Russia sibi a N.P. Provinciali commendata, componenda minime quoq. convenire valuit. Congregatis post invocationem Spus S. proposuit N.P. Provincialis tria praesertim momenta à suo Deffinitorio definienda quorum erat 1.um De eligenda domo pro futuro Capitulo. 2.um De Incorrigibilitate P.F. Joannis à S. Teophila 3.um De fuga è Domo suae mansionis Fris Cajetani à S. Joanne de Cruce Choristae Professi.

Sessio 2.ª

Quo ad primum. Quoniam immineat tempus Capituli Provincialis propterea scire voluit N.P. ad quodnam Provinciae Nostrae Caenobium convocanda sint ejusdem Capituli membra, habitura scilicet in eo vocem activam? Ad hanc quaestionem N.P. responsum est unanimiter: qd ad ejusmodi generis actum ponderatis omnibus ponderandis Conventus Berestecensis designandus est, cui Conventui omnes Provinciae domus, pro more ab antiquo invecto et longa consuetudine firmato, contribuere tenebuntur, pro expensis tempore hujus actus subeundis. De quanto hujus contributionis ab unaquaq. Domo pendendo dignabitur N.P. Provincialis cuilibet Superiori locati tempestive significare.

Quo ad Alter. Quandoquidem post complura adhibita remedia Spiritualia, post crebras Superior. admonitiones, postq. vividas, eorundem adhortationes ad frugem meliorem capessendam

nondum

nondum in Pri Joanne à S. Josepho ei appareat fructus morum: e-
mendatio, quam omnes bene ei capientes optant ac desiderant, proinde
Decrevit praesens Definitorium remedia acerbiora ei applicare. Et-
enim praeter Remidentia et levitatis vitium, cui pro more suo
jam inveterato plus aequo indulgere consuevit, non sine maximo
Lacedaemonium scandalo nuper alte fatus P. Joannes à S. Josepho sa-
tis aperte manifestavit, alia reprehendenda facinora sibi inesse.
Postquam enim indulsit R.P. Provinciali facultatem visitan-
di suum Fratrem germanum, in hoc itinere nimium laxe, immo-
deste, ac irreligiose sese gessit, praesertim in redita a Fratre ad
suum Canobium, recedendo quippe divertit ad Conventu Sophi-
lopolensem, cujus Superiori consignavit manibus ejus Sum-
mam Quadraginta unius Doblonum pro Seminario Vilnensi, hanc
ille Summam in suum usum seu verius dicendo abusui convertit
morabatur quippe sine ullo titulo per aliquot Dies in Grido Hodie,
Tri deinde in Grido Rae Zivalliis, ac tandem in Galicia Regno ad
tres circiter Septimanas, ubique verò cum ingenti ignominia ac
Dedecore sui Ordinis. Cogebatur enim Viden à Magistratibus Caesa-
reo existere sese coram variis Magistratibus Caesareis, tanquam
persona suspecta et vagabunda, qui Magistratus cognito P.
Joannis errore vitaque ejus plus aequo licentiosa, relegarunt eun-
dem tanquam Apostatam à Votis Religiosis ad limites Mos-
coviacos, inde praefecti Telonio Imperiali, postquam cognoverint
esse personam vagabundam mandarunt eidem reverti ad suum
Canobium, dicentes reversus est, rebicti post se ubique licentiosi vitae
vestigia. Maturè proinde, prout praestabat, ponderando praesens Def
finitorium Noctrum Deinos patris Joannis à S. Josepho acta, gra-
vesque ejus excessus, decernit: ut praedictus Fr. Joannes recludatur
in loco aliquo secreto ad tempus bene visum R.P. Provinciali in
hac reclusione examinabit Conscientiam suam quantopere la-
serit suum statum Religiosum, suamque Conscientiam paniteatque
eundem tantam sibi suoque Ordini causasse infamiam. Cum in
fine Tempore suae reclusionis intrabit bis Refectorium cum
disciplina, et culpis dicendis confitendisque palam coram tota
Communitate, hoc initio suae nempe reclusionis et in fine ejus
dem jejunabit in pane et aqua, cetera vero poenitentiae opera
solus ipse sibi determinabit.

Sessio 3a

Quo ad tertium propositum à N.P. momentum, cum jam
manifestum é Sacro hujus Canobii Communitati, et praesenti
Nostro Definitorio: quod Fr. Cajetanus à S. Joanne de Cruce,
Professus in Ordine Nostro Professus, die 10. Mensis praesentis
et Anni currentis 1807 dum è Canobio Nostro Sere-

Secun

stecensi suae mansionis loco nocturno tempore intra horam Septimam et Octavam noctis excesserit, non sine socio pariter Professo, qui tamen altero die reversus est, praedictus autem Fr Cajetanus vestibus ad normam Saecularium confectis, ultra limites hujus Imperii abivit solus. Cujusmodi fuga illi eo gravior est quod perpetrato furto hic in loco suae mansionis iniquo suo itineri sese comiserit. Proinde enixe praesens Definitorium recommendat Pri Ministro locali ut Processum de fuga ejusdem indelate formet, id namq: jubent ac praecipiunt Praelatis localibus Constitutiones Nostrae Cap. 33. § 1. Nro 1. et sequentibus.

Romanus ad Casimir
Minister Provincialis
[signature]

Fr. Melchior ab Annunt. B.V.Ma Definit.
Provincia et Ejusd. Definitorii Secretarius
mp

Benedicta sit SS. Trinitas.

Acta Venerabilis Deffinitorii Ante-Capitularis sub praesidentia R.P. Romani ad. Casimiro Ministro Provincialis in Conventu Berestecceensi die 13. Mensis Junii Anni currentis 1868. inchoati ibidemq. finiti.

Ad hunc Deffinitorii Provincialis actum, qui ex praescripto Nostrarum Constitutionum praecedere debet Capitulum Provinciale celebrandum, convenerunt omnes Patres Provinciae Deffinitores ejusq. Minister Provincialis, quorum nomina sequenti ordine recensentur, nimirum: R.P. Romanus ad. Casimiro Minister Provincialis, Dr Florianus a Nativitate B.V.M. Deffinitor Imus, Dr Sophilus ad Martino Actus, Dr Melchior ab Annuntiatione B.V.M. IIIus. et Dr Jacobus ad. S. Felice Deffinitor Vtus. — Sequenti igitur post horum conventum die, qua erat 13. Junii S. Antonio Paduano Sacra, quinq. ha Persona, hora 3. pomeridiana post sonitum Campanae convenerunt ad Aulam Capitularem ibiq. facta est Deffinitorii Ante-Capitularis.

Sessio Ima.

Qua inchoata erat ab Oratione à Deo postulatoria huic actui assistentiam Spiritus S. ejusq. Coelestia auxilia ad hujus operis finem prosequendum necessaria. Praemissa igitur hac Oratione ad Deum consalutabat R.P. Provinciali per humaniter suos Dres Deffinitores, Jisdemq. tenerrima salutationis officia declaravit, post qua Computus Rationum seu Status Domorum in Provincia reperibilium, ad legendum sunt assumpti. Attamen hac die 13. Junii ob imminentem in Hora et Ecclesia devotionem unius tantum Residentiae Camenecensis Rationum Computus legitime conscriptus perlectus est, et post hanc lectionem Ima hujus Deffinitorii Sessio finem suum accepit.

Sessio 2a

Qua incidit in Diem Dominicam 3 post Pentecosten quoq. Dies erat 14. Junii S. Basilio Sacra. Die hac tempore Matutino decerat Sessio ob Devotionem in Ecclesia ad horam 12. continuatam. Circo hora 3 pomeridiana pulsu Campanae eramus convocati et in unum congregati. Primum in ea Sessione Brahiloviensis Conventus Rationum Computum legendi assumpsimus, in cujus duobus Perceptarum punctis unoq. Expensarum notavimus obscuritatem, quam solus Guardianus Dr

Ange

Angelus Minister Brahiloviensis eludidare, et explicare valebit. Ponitur namq: in relationibus Perceptarum 1º Titulo nimirum in Extra Ordinaria Percepta Summa Florenor: 11,860. Ass: 2. Ponitur 2º Titulo Debita concessa Summa 6084. Flor: Ass: 12. Deniq: in relatione Expensarum Titulo in Extra Ordinaria Expensa ponitur Summa Flor: Poll: 23,204. Ass: 5. Quid esset quidve significaret gemina hæc Percepta, et unde suum haberent originem difficile est in præsentiarum agnoscere, utpote in defectu Libri, cui Summæ Perceptæ inseruntur. Planè quoq: ignotum est Nobis, quid denotaret illa Extra Ordinaria eaq: satis notabilis Expensa 23,204. Flor: Ass: 5. Proinde ut res ejusmodi quæ in Præsentiarum ingens dubium formant, tenebitur Pr Angelus Minister Brahiloviensis 3ª hæc dubia coram futuro N. P. Provinciali enucleare et clara eorundem explicatione in luce ponere.

Eadem Sessione lecti sunt revisi, ac maturè ponderati Rationum Computus Cænobiorum: Luceoriensis, Berestecensis, et Residentiæ Ryszczoviensis, his perlectis sensimus in Nobis non postremum gaudiū animiq: voluptatem videndo hæc Cænobia prospero sui statu gaudere, proinde gratulati sumus iisdem, præcæteris tamen Collegio Luceoriensi cui hoc præcipuè triennio liberaliter Divina Providentia benedixit, auxitq: multa temporalium bonorum incrementa. Præterquam enim quod Collegium ejusq: prædia multis ædificiis et ornamentis utilitatem venustatemq: spirantibus referta sint et provisa, insuper habet istud Collegium Remanentem in Arca Claviū Summam pro futuris suis Expensis abunde sufficientem. Utrumq: hoc præclarum factum merito adscribi debet. 1º Providentiæ Divinæ Regenti mundum, deinde sagacitati, prudentiæ et dexteritati multum commendabili Pris Thadæi à S. Joachimo Ministri ejusdem Collegii Luceoriensis.

Sessio 3ª

Habita est die 15. Mensis Junii, quæ inchoata fuit hora 9. Matutina, continuata autem ad horam undecimam cum dimidia, in qua Sessione lecti sunt et expensi cæterarum Domorum Rationum Computus: nimirum: Residentiæ Brestensis, Szumbariensis, et Crivicensis. Priores duæ Brestensis nimirum et Szumbariensis Residentiæ sat prudenter et solicitè à suis Superioribus reguntur, porrò Residentia Crivicensis multis in rebus claudicat prout patuit tum ex relatione Visitationis ibidem per Prē Teophilum à S. Martino factæ, tum ex Computu Rationum quem Pr Athanasius à S. Stanislao ejusdem Residentiæ Præsidens ad modernum Nostrum Deffinitorium direxit. Direxit namq:

non hujus triennii labentis suæ Residentiæ Rationes, prout debuit, sed direxit et transmisit Rationes triennii Superioris inchoati à die 1ª Augusti Anni 1802. ad diem ultimam Martii 1805. Anni. – Crassum hunc errorem suum tenetur emendare alte fatus Pr Præsidens Crivicensis factum seu per incuriam et inadvertentiam, seu per illusionem iniquam (: de qua tamen non supponimus :) Proinde serio eidem injungit Deffinitorium modernum quatenus novas conficiat Rationes suæ Residentiæ instituendo calculum Perceptarum et Expensarum à die 31. Martii Anni 1805. ad diem pariter 31. Mensis Martii Anni currentis 1808. confectas curabit ejusmodi Rationes indefectibiliter transmittere ad futurum Deffinitorium post Capitulare hoc eodem Anno convocandum.

Sessio 4ª

Habita est eadem die, qua supra hora 3. pomeridiana. In hac Sessione prolixo sermone et ennarratione rerum, quarum notitiam hausit sub tempus suæ Visitationis in Domibus Nostris Lithvanicis, Albaq. Russia jacentibus, quas pro delegato sibi Visitatoris munere Visitaverat Pr Teophilus à S. Martino Deffinitor Provinciæ Xdus, retulit deditq. rationem suorum actuum, quos confecit in unaquaque Domo a se Visitata. Cumq. abunde constitit N. P. Provinciali Ejusq. Deffinitorii Pri Teophilum prudenter omnia constituisse, magnoq. cum Zelo juxta Constitutionum Nostrarum præscriptum in domibus Visitatis sese gessisse, remedia salutaria, quibus Religiosi individua indigebant, præscripsisse quod infirmum erat sanasse, et ad frugem meliorem reduxisse, Ordinationibus in legum Nostrarum fundamento latis easdem Religiosos Communitatis à se Visitatas munivisse, deniq. quos poterat abusus sustulisse, proinde N. P. Provincialis cum toto suo Deffinitorio gratum Eidem Pri Teophilo animum sese habiturum pollicetur gratamq. clarè notorum Ejus memoriam in omnium Nostrum animis perseveraturam appromittit.

Post hæc lecti sunt Computus Rationum, Conventus Teofilopolensis, et Residentiæ Vitebscensis. – Residentia Vitebscensis enumerat quædam ædificia parvi momenti hoc triennii erecta, his ædificiis annumeratur etiam Cænobiolum de Muro erectum comprehendens Cellas 6. et Refectorium. Debetur igitur Pri Nicolao ab OO. SS. Præsidi hujus Residentiæ Vitebscensis grata ab omnibus memoria, quod ab origine fundationis suæ nunc primum glorietur Cænobio quantumvis angusto tamen de lapidibus coctis extructo. – Idem Pr Præsidens Vitebscensis porrigit quædam petita ad resolvendum. Horum notabiliora sunt

1º

1º Quod Summa Obligationis inscriptionis Witkowsciana integra hodie non reperiatur, idq. culpa suorum in regimine Antecessorum. Deficiunt namq. ad complementum Summa Rubelor. 382. Rubelli 82. idcirco ex motivo hujus defectus a Nostris fortassis causati non leguntur omnia Sacra quae fundator hujus Obligationis praescripsit. Rogat proinde Pr Nicolaus ut de ejusmodi defectu sciscitetur Pr Antonius a Nativitate B.V.M. ad praesens Minister Conventus Molodecensis.

2º Periit quoq. Summa Obligationis 200. Imperialium cui fundationi erat annexum onus Celebrandi quovis Anno Sacra 3. rogat proinde idem Pr Nicolaus ut investigent Superiores Provinciae hoc detrimentum, quippe hac Sacra non leguntur pro Anima Fundatoris. Insuper Summa Imperialium 150. habens annexam Obligationem Celebrandi in Anno Sacra 18. similiter periit, nescitur autem quando et cujus culpa. Interim Obligatio hac non absolvitur. —

Quod concernit tria hac puncta futurus N.P. Provincialis suo tempore venturus Vitebscium mature expendet ponderabitq. et quod aequum justumq. Ei videbitur definiet. Porro Obligationi Celebrandi 12. Sacra in Anno ex vi fundationis Szewernowsciana pro Summa 300. Rubellorum standum esse censuit Deffinitorium Nostrum, siquidem mutuo partium consensu est acceptata. —

Quod verò concernit Statum Conventus Teofilopolensis magna in eo apparet contradictio et ambiguitas. Adnotatur enim in Computu Rationum: quod in Arca trium Clavium remaneat Summa ad negotia ulteriora ejusdem Conventus expendenda, Flor. 5,741. Constat autem ex Epistola Pris Samuelis ad N.P. Provincialem scripta, quod nec obulus remaneat pro Expensa ulteriori. Proinde et hac contradictio relinquitur futuro N.P. Provinciali discutienda. Ex Computu Rationum Collegii Trinitopolensis liquide constat quod Pr Minister Trinitopolensis levavit Summam Capitalium 4,000. Flor. Poll. levatamq. expendit in subsidium et auxilium subditorum Krasnensium. Praesens itaq. Deffinitorium injungit serio Pri Ministro moderno ejusq. in Officio Successori oneratq. Eorum Conscientias quatenus Summa Capitalis 4000. Flor. Poll. levata à Domino Swięcicki ex Domus Proventibus, nominatim verò ex Cremato in reali existente congiorum /: ut adnotatum manet 2080 :/ divendendo sive jam divendito colligatur, collecta ad Censum annuum locetur et Massae Summarum Capitalium incorporetur.

Ad extremum revisi sunt Computus domorum Molodecensis et Orsensis, in quibus Caenobia hac satis clarè describunt singula pro rerum sciendarum exigentia.

Sessio 5ª

Finita lectione et discussione Rationum Domorum Hostrad. lectus est Processus formatus à Pre Calestino Ministro Antecollensi de fuga et Apostasia ab Ordine per Fratrem Josephum à S. Constantia commissa quo Processu convincitur satis plenè Fr. Josephus à S. Constantia de ejusmodi Apostasia, in qua perseveravit vix non per integrum annum. Etenim circa decursum unius Anni resiguit à sua Apostasia sponteq. redivit ad sui Ordinis Cœnobium Trinitopoliensem. Quo facto suo promeruit quidem expressas in Constitutionibus Ordinis pœnas sibi infligendas, condolendo interim humanæ ejus infirmitati descendit præsens Deffinitorium ad mitiora, vultq. eundem atq. decernit castigandum forè Spiritualibus Recollectionibus per dies Viginti peragentis, et circa harum finem intrabit Refectorium cum disciplina sese hac flagelando, culpasq. suas palam confitebitur in præsentia Sæ Communitatis.—

Detulit quoq. oretenus Præsenti Deffinitorio Pr Deffinitor Teophilus quod Pr Benedictus à SS. Sacramento, et Fr Melchior à S. Mathia postquam probro et infamia affecissent suum Patrem Superiorem Eundemq. in fama bonoq. nomine graviter læsissent clam ex Residentia Brostoviensi excesserunt, fugamq. causarunt, et nunc primum post aliquot septimanas ad suum Cœnobiolum regressi sunt. Obligat proinde eosdem VV. nostrum Deffinitorium et eorum Conscientias onerat, quatenus famam ablatam suo Superiori resarciat, suaq. nefaria dicta coram iisdem Personis, coram quibus infamia suum Patrem Præsidentem affecerunt reclament. Post hac uterq. eorum per dies duodecim Recollectiones Spirituales agent, per quæ tres dies interpelatos in pane et aqua jejunabunt.—

Hac eadem Sessione Cathalogus remotè Eligibilium confectus est secundum ordinem sequentem:

Pr. Florianus à Nativitte B.V.M. in Provincialem et Ministrum.
Pr. Ignatius à S. Maria de Mercede in Provinciale, Deffinit. et Ministrum.
Pr. Athanasius à S. Stanislao " — " — " — " in Ministrum.
Pr. Vincentius à S. Laurentio — " — " — " — " in Ministrum
Pr. Jacobus à S. P. Felice in Provinciale, Deffinitore et Ministrum.
Pr. Melchior ab Annuntiatione B.V.M. in Provinciale et Ministrum
Pr. Gregorius à S. Benedicto in Provinciale, Deffinitorem et Ministrum
Pr. Dominicus à Patrocinio B.V.M. " — " — " in Ministrum.
Pr Zephirinus à S. Stanislao, in Provinciale et Deffinitore — " — "

Pr. Nicolaus à S. Paschasio in Provinciale, Deffinitorem, et Ministrum.
Pr. Antoninus à S. Joanne Eleemosynario — " — " — " in Ministrum
Pr. Teophilus à S. Martino in Provincialem — " — " et Ministrum
Pr. Aloysius à Conceptione B.V.M. in Provinciale et Deffinit. " — "
Pr. Antonius à Nativitte B.V.M. in Provincialem et Deffinitore — " — "
Pr. Valentinus à Nativitte B.V.M. — " — " — " — in Ministrum
Pr. Josephus à S. Maria — " — " — " — " — " in Ministrum
Pr. Carolus ab Assumptione B.V.M. in Provinciale, et Deffinitore — " —
Pr. Nicolaus ab OO. SS. — " — " — " — " — " — in Ministrum
Pr. Celestinus à S. Martino, in Provinciale, et Deffinitorem — " — "
Pr. Guilhelmus à S. Ignatio — " — " — " — " — in Ministrum
Pr. Bonifacius à S. Adamo — " — " — " — " — in Ministrum
Pr. Felicianus à S. Francisco — " — " — " — " in Ministrum.
Pr. Leo à Nativitte B.V.M. in Provinciale Deffinitorem. et Ministrum.
Pr. Marcellinus à S. Martino — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Camillus à S. P. Felice — " — " — " — " — " in Ministrum.
Pr. Gasper a Jesu Maria — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Joannes à S. Theophila — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Secundus à S. Ignatio — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Onuphrius à S. Dionysio, in Provinciale, Deffinit. et Ministrum.
Pr. Thadaus à S. Joachimo in Provincialem, Deffinitorem et Ministrum.
Pr. Angelus ab OO. SS. in Provincialem, Deffinitorem, et Ministrum.
Pr. Æmilianus à S. Michaele — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Leo à S. Nicolao — " — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Samuel à S. Paulo — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Damascenus à SS. — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Alexander à S. Rosalia — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Casimirus à S. Catharina — " — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Lucius à S. Joanne Baptista — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Stephanus à S. Basilio — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Leonardus à Conceptione B.V.M. — " — " — in Ministrum.
Pr. Wilhelmus à S. Antonio — " — " — " — in Ministrum.
Pr. Benedictus à S. Josepho — " — " — " — in Ministrum.

Sessio 6a

In hac Sessione sexta eaq: ultima omni cum attentione Nostra lectus erat Computus triennalium Rationum Conventus ad praesens Antecollensis, ex quo intulimus: Pre Calestinum à S. Martino hujus Conventus Ministrum perquem diligentem operam ac sollicitam curam impendisse delato sibi isthoc officio. Intullimus enim ipsi soli de Calo datum fuisse: quod calamitate plenos regiminis sui tempore annos feliciter superaverit, quod adversae fortunae casus, quibus toto ferme hoc triennio jactabatur patienter tulerit, quodve dominante ingenti in Lithvania rerum et victualium defectu, et suos Religiosos, quos alebat, percomode sustentaverit, et Canobium suae fidei concreditu, quod per aliquot triennia bene et sapienter rexerat, nulli debitorum oneri obnoxium reddiderit. - Gratam proinde Eidem Universa Provincia Nostra se semper profitebitur, prout etiam nunc Nomine ejusdem Provinciae gratos Nos esse Nostramq: Eidem gratitudinem declaramus.

Statum Nostrae Residentiae Brzostovicensis expendebamus multaq in ea corrigenda esse ~~indigabamus~~ iudicavimus. Etenim dicta Residentia nullam sui status elucidationem seu descriptionem transmisit Deffinitorio moderno Provinciali, quam tamen transmittere tenebatur et obligabatur vi Constitutionum Nostrarum. Accepimus deinde notitiam ex Visitatione ejusdem Residentiae peracta Anno proxime superiori, quod Pr Superior praedictae Residentiae nulla penes se habeat Regestra Perceptarum et Expensarum, nulla Inventaria rerum tam fundi quam per se comparatarum, hinc Obligat Eundem Deffinitorium Nostrum Ejusq: Conscientiam onerat: ut secundum stylum in Nostra Religione receptum curet introducere bonum ordinem solitamq: in Religione Nostra praxim, futuroq: N.P. Provinciali et Deffinitorio adaequatum suae Residentiae statum inscriptis exhibeat, Summas Perceptarum et Expensarum in libro ad id destinando fideliter notet et calculum fidelem de Perceptis et Expensis reddat suo Superiori.

Pro Corronide hujus sessionis porrexit N.P. Provincialis quaedam Petita et postulata porrigenda in separata pagina VV. Capitulo Provinciali, quaq: suo tempore porrigentur Eidem Venerabili Capitulo

Actum hujus Deffinitorii inchoati die decima tertia Mensis Junii Anni currentis Millesimi Octim-

gentesimi octavi, in hac postrema Sessione ejusdem Definitorii perlectum propriis manibus subscripsimus. Die Decima Septima Mensis Junii, ejusdem Anni

In cujus Fidem Subscripsimus

Fr. Romanus ad Casimiro
Minister Provincialis

Fr. Florianus à Natte B.ae
Definitor Trng mpp

Fr. Jacobus à S.to P. Felice Definitor
ac Definitorii Secretarius.
mpp

Ordinationes Venerabilis Definitorii Provincialis post Capitularis sub Præsidentia Rmi P.N. Theophili à S. Martino Ministri Provincialis Luceoriam convocati ibidemq; Diebus Octobris Anni 1808 cælebrati.

Sessio Præliminaris. In qua post Hymnum Veni Sancte Spiritus, cum adjectis eidem Collectis recitatum, declaravit N.P. Provincialis præsentibus suis Definitoribus consueta humanitatis officia suumq; solatium: quod videat eos satis esse sospites atq; ad agendum robustos. — Retulit deinde, verum non sine animi sui merore, quod in quibusdam Cœnobiis Nostris quæ peregre proficiscens invisit, innotuerit Ei Religiosos suos non ex æquo respondere suæ vocationi et spiritus perfectioni, quam Religio ab eis requirit, quod denique quarumdam Domorum Superiores non secundum Leges Nostras gubernent concreditas sibi Communitates quodve fidem Superiores magna ex parte desint suis officiis atq; muneribus circa disciplinam Spiritualem. — Insuper eadem in Sessione demandata est suæ executioni Constitutio Ordinis relata Cap. 40. §. 5. N. 1. quatenus in primo post Capitulum Definitorio Personæ illud componentes præstarent Juramentum servandi secretum de rebus in eo agendis. Præstiterunt autem Juramentum istud præsentes dumtaxat, nimirum N.P. Theophilus à S. Martino Minister Provincialis; Pater Romanus à S. Casimiro Definitor primus, et Pater Jacobus à S. Patre Felice Definitor secundus

Cæteri

Cæteri enim duo, videlicet Pater Cælestinus à S Martino, et Pater Antonius a Nativitate B.V Mariæ ob nimiam distantiam locorum, in quibus suas mansiones habent, nequibant adesse huic Definitorio

Sessio Secunda. Quæ altero Die nona scilicet Mensis Octobris habita fuit. In hac discussæ sunt rationes et motiva: utrum Scholæ Classium inferiorum tolerandæ sunt penes Cænobia Nostra vel non /: de conservandis enim Scholis Paræcialibus nullum est dubium, id namq præcipit Concillium Tridentinum/ responsum est conservandas esse et pro posse Nostro promovendas. Eum in finem ut Præfecti ejusmodi Scholis Præceptores diligentem et fructuosam impenderent operam, Præsens Definitorium declarat eos liberos fore ab assistentia Horo in his diebus in quibus occupati erunt Lectionibus in Schola tradendis, hanc quippe eis gratiam et privilegium indulsit quoque Generale Ordinis Deffinitorium secus autem diebus Dominicis et Festivis, in quibus liberi erunt a Scholasticis occupationibus tenentur prædicti Professores suam dare operam Orationi Mentali in Horo Horisve Cannonicis recitandis in Communi, necnon Confessionibus Fidelium excipiendis in hypothesi quod sint elevati ad hoc munus a locorum Ordinariis

Sessio Tertia Pomeridiana ejusdem Diei in qua N.P. Provincialis significavit suo Definitorio: quod in Residentia Rzyszczoviensi ex Officio instituerit Visitationem, quod ea satis bene et Religiose gubernetur à suo Superiore, qudque per Dei gratiam sufficientem habeat modum sustentandi manentes in ea Religiosos. Legit præterea sua mandata et Consilia pro meliori Residentiæ bono conscripta, eaq Superiori comendavit ut illa intra hanc et futuram Vistationem executioni demandaret. Manifestavit demum: quod Inventaria rerum in Cænobiis reperibilium præter duo transmissa plura desint, ideoq lectio horum et eorum, quæ præstolantur devoluta est ad futurum Definitorium sequenti Anno cælebrandum

Sessio 4ta. Non solum ex Lilleris in hac Sessione lectis, quas Pater Felicianus à S Francisco Minister ad præsens Theophipolensis Definitorio porrexit verum etiam ex relatione N.P. Provincialis patuit: quod Conventus Noster Theophipoliensis existat nunc in extremo suo disordine atq inopia. Nam præterquam, quod miser ille Conventus oneratus sit ære alieno, seu debitis passivis, verum etiam interior ejus status fæde est devastatus, Area ejusdem sine obice et repagulo, Hortus absq sepimento, Stabulum pecuaria aliaq id genus edificia desolata sunt. Singula porro hæc detrimenta secuta sunt ex male gesto officio per Antecessorem moderni Patris Ministri, qui proinde justam promeruit correptionem. Quia tamen non supponimus evenisse isthæc detrimenta ex animi pravitate et cordis malicia sed potius ex virium Antecessoris debilitate et inertia, præstat idcirco declarare eundem fore immunem à correptione, interim hortatur is et omni contentione obligatur, ut quo poterit modo, suam det operam oretq Dominum Deum: quatenus Eo auxiliante suus in officio successor nimium hodie infirmum Cænobium restaurare illudq in pristinum fortunæ gradum evehere possit.

Don:

Ponuntur eo loci Puncta Definitorio ad resolvendum porrecta per Patrem Felicianum à S Francisco Ministrum Thophipoliensem

1mum Inventaria rerum omnium Conventus nulla adinveniuntur, sed cum aliqua mentio incompleta rerum quarumvis adnotatarum invenitur ex Visitatione Generali per Illustrem Cannonicum "Bosakowski" facta, hinc invigilans aliquarum nonnisi rerum cum solum in millena parte adinvenit et causam non inscribit ob dilapidationem plurium rerum quapropter quid agere teneatur resolutionem expostulat

Ad 1mum. Quod Inventaria tum Antiquiora, tum Recentiora non inveniantur, evidens est culpa Antecedanei Moderatoris Cœnobii in defectu hujusmodi remedium aliud adhiberi non potest, nisi ut facti hujus delator nova conscribat Inventaria, inserendo his debito ordine res omnes, quæ ad præsens reperiuntur.

2dum delationis punctum. Invenitur conscriptio in Anno 1799 Die 28 Maji facta, sed præter expressarum rerum copiam multa desunt. Quo ergo dispersa? non adinvenio.

Ad 2dum. Quod multæ res desint insertæ postremo Inventario conscripto Anno 1799 hujus defectus noticia desumenda est ex ore et explicatione Patris Zefirini à S Stanislao et Religiosorum commanentium ibi Anno relato et sequentibus, præcæteris tamen urgeri debet Pater Zefirinus ad explicationem adequatam quibus de causis deficiant nunc res insertæ Diecesano Inventario

3tium delationis punctum. Argentum in parte divenditum extat quidem in Regestris pro Florenis 4700, sed quod libras et pondera absq specificatione cujus etiam generis non expresserunt. Scrinium etiam trium clavium extat sed absque clavi tertio, et quale argentum in ea sit nullus Religiosorum scit etc.

Ad 3tium. Specificatio Auri et argenti pertinentis ad Ecclesiam Theophipoliensem subscripta manu Perillustris Reverendissimi Domini Bosakowski reperitur in manibus Patris Definitoris Romani. Patet vero ex hac specificatione, quænam individua ex cumulo auri et argenti vendita sint pro fabrica Ecclesiæ continuanda. Liquet quoque ex eadem specificatione qualia et cujus speciei individua remanserunt penes Ecclesiam Theophipoliensem. Venturus itaque suo tempore N. P. Provincialis verificabit hoc Regestrum videbitque quid in memorata Arca sit reconditum, interim hæc arca seu Scrinium intacta maneat ad adventum Ejusdem

4tum Delatoris punctum. Religiosi hic manentes omnes fere dissoluti et proprietarii. Custodia portæ principalis relaxata, et ideo aditus Mulieribus patet, quid in hoc luxu tali agendum et quo modo procedendum? indigeo responso. Peculium obveniens pro obligationibus Missarum a multis accipitur et annihilatur quæ præ custodia invigilanti facienda? in rescripto humillime rogat.

Ad 4tum. Si reipsa ita est quod Religiosi ibi commanentes sint obnoxii culpis expressis præcipua debet esse cura et obligatio Patris Ministri, ut a prædictis culpis arceantur et amoveantur. Ideirco det suam operam Pater

Minister

Minister ut juxta prudentiæ suæ donum efficacia adhiberet remedia spiritualia et corporalia. Collectionem Stipendiorum pro Missis recomendabit Patri Dominico utpote Ecclesiæ et Sacristiæ Præfecto, prohibebit vero sua authoritate quatenus nullus alius Religiosus habeat potestatem recipiendi oblata Stipendia. Porro in instauranda Clausura Cænobii custodiaq Portæ principalis zelus Patris Ministri multum laudatur, optatq Definitorium Nostrum ut is zelus et conatus quantocies ad effectum deducatur, Janitor eidem præficiatur saltem, in defectu Religiosi homo secularis sobrius et Modestus

Stum et ultimum Patris Ministri postulatum. Ut Collegium Luceoriense provideat eidem quidpiam de peculio pro expensis suæ Domus in paupertate manentis.

Ad Stum Optaret sibi id Pater Minister Luceoriensis esse in statu satisfaciendi huic desiderio, verum non est hodie in ejusmodi statu. Ob rationes quod fabricam circa Ecclesiam et Collegium inhoavit in quam notabilem expensam subire cogitur, tum quod Collegium istud obligatur in Mensibus Octobri et Novembri tria circiter millia florenorum exponere in onera publica et contributionem ad erarium Imperiale. Dignabitur proinde Pater Minister Theophipoliensis condonare Luceoriensi utpote destituto viribus et potentia hoc præstare auxilium Conventui Theophipoliensi. Recordetur etiam Pater Minister Theophipoliensis, quod suo Conventui stante officio Antecessoris Ejus commodavit iam mille ducentos florenos, deinde modo etiam supplet vices Conventus Theophipolensis et in gratiam ejus solvit Contributionem Seminario Vilnensi, postulatq Pater Minister Luceoriensis ut tam hoc recens quam antiquius debitum nimirum Mille ducentos florenos dignetur Cænobium Theophipoliense suo tempore restituere Luceoriensi.

De abdicatione Officii et resignatione ejusdem sibi ex communi voto et assensu Patrum delati altum sit silentium. Licet enim omne (: ut ajunt :) principium grave est brevi tamen Deus illud alleviabit, dummodo Religiosa Ejus Communitas vitæ suæ integritate suisve precibus id à Deo postulat.

Sessio Quinta. In qua sequentia lata sunt Decreta.

Imo. Ne ex nimia Superiorum conniventia et neglectu Capitulorum alternis saltem Dominicis habendorum Religiosa disciplina collabatur, rigorosè et strictè præcipit Definitorium Nostrum immediatis locorum Superioribus, ut satagant Constitutionem Ordinis Cap. 30 N. 1. relatam, indispensabili executioni demandare, Demandabunt porro eam; si alternis saltem hebdomadis Capitulum cum Fratribus suis tenuerint, culpas, errores et negligentias eorum Paterna charitate et mansuetudine emendaverint, si delinquentes et transgressores publicis etiam (: nisi aliter prudentia dictaverit :) correptionibus et pænitentiis mulctaverint, si demum singulis Mensibus, ut præcipit Constitutio eodem Cap. N. 2. spiritualem collationem vel ejus loco brevem exhortationem fecerint, in qua ageretur de observantia Regulæ, Constitutionum, Cæremoniarum deque executione Ordinationum earum, quæ in Visitationibus Domorum pro more feruntur, vel denique de fraterna charitate, humilitate, patientia, mortificatione aliisve virtutibus, præcipue autem de obedientia suis Superioribus exhibenda, crebro ad suos Fratres sermonem habuerint. Hæc, si ex zelo Regularis Disciplinæ egerint, multum coram Deo meritum sibi, laudem verò suis muneribus atq officiis conciliabunt.

2do

2do Clausura Conobiorum, quæ maxima ex parte dependet à solerti et assidua custodia Portæ principalis, multum enim hæc portæ custodia confert ad famam Religiosorum tuendam bonamq; eorum existimationem, qui illam servare conantur. Præterea servare illam graviter obligant non solum Monasticæ Religiosorum Statuta verum etiam Generalium Conciliorum et Summorum Pontificum Decreta, hæc tamen citra omne fas a quibusdam Domorum Superioribus vilipendi videntur. Proinde in horum memoriam revocat Definitorium Nostrum princeps istud obligationis genus, districte id Eis præcipit onerato Eorum conscientias, ut ubicunq; non adest Januæ principalis custodia indilate ea inducatur et restauretur, eidemq; Janitor præficiatur saltem in defectu Religiosi ad id idonei, vir sæcularis cujus officii esset portæ Conobii continuo invigilare et eandem clausam semper custodire modo præscripto in Cæremoniali Ordinis Par. 3. Cap. 3. §. 4. Ultrumq; hoc Decretum tam respectu clausuræ habendæ in quolibet Conobio, quam respectu Capituli alternis Septimanis commendatur seriæ executioni Superiorum. Remissi autem Superiores in executione utriusq; compellantur severiori ad id præcepto.

3tio Sane intollerabilis inter nos vigescit mos non adeo pridem invectus et præsertim à junioribus Nostris practicari solitus, qui cervices suas obvolvere linteolis ad mentum usque elevatis et collaria indusiorum protensa replicare in collaria Habitûs. Morem hunc statui Nostro Religioso plane incongruentem cupiens Definitorium explodere et de medio Nostrorum eradicare, prohibet in virtute sanctæ obedientiæ et sub præcepto formali omnibus Religiosis Nostris ejusmodi linteola vel stropiola cujuscunq; illa sint coloris in cervicibus gestare, et collaria indusiorum plus justo lata in collaria habituum replicare etenim id olet gustum fastumq; mundanum à quo Religiosi abstinere tenentur et obligantur.

4to Ut mundicies et decentia in Nostris Ecclesiis locum habeant sufficit Præfectis Ecclesiæ et Sacristiæ in memoriam revocare ea quæ præscribit Cæremoniale Nostrum Par. 1. Cap. 2 §. 2. d. 3. hortentur proinde a suis Superioribus ut bene memoriæ suæ mandent ea quæ citatis paragraphis præscribuntur. Et quoniam ad conservandum ejusmodi in Ecclesia et Sacristia rerum Sacrarum nitorem non sufficit scire tantum ea quæ ad obtinendum hunc finem sunt ordinata animentur proinde ii ad quos id pertinet ut harum sacrarum ædium Præfecti ipso opere complectant quæ in Cæremoniali legerint.

5to. Experientia edocemur, quantis nunc adversæ fortunæ casibus exercemur, quos ideo fortasis permittente Deo experimur quod obsequia Nostra, quæ ex munere vocationis præstare tenemur Deo, non sint oculis Ejus grata et accepta. Admonemur igitur Fratres ut quotidiana opera Nostra, quæ facimus, provenirent ex gratia Dei et charitate Ejusdem. Crebro igitur immediati Superiores suadeant id subditis suis, ut eorum opera fundentur in Dei amore tanquam unico eorum principio, tum ut satagerent devenire ad perfectionem sui status per media, quæ satis copiose præscripta habemus ad quod juvabit eos si studium Orationis et Recollectionis rerum spiritualium vigebit in eorum Conobiis, si spiritualia exercitia accuratè et fructuosè quovis Anno ab unoquoq; agentur, si modestiam et pietatem ubiq; fovebunt, si erga suum institutum quod per Dei gratiam profitemur merito ferentur amore, si demum in Missarum Sacrificiis, Communionibus, Horisve Canonicis Divinum orabunt Numen, ut

sibi

sibi suaq Provinciae clemens sit atq propicium. Eum in finem singulis Diebus post Trysagion, quod in Choro post Horas Matutinas dici consuevit addatur Antiphona de SSma Trinitate Te Deum Patrem ingenitum etc cum & Benedicamus Patrem et Filium etc. et Oratione: Omnipotes sempiterne Deus. Secunda Oratio ad B.V. Mariam Concede nos famulos tuos etc. 3tia ad Sanctos Patres Nostros: Deus qui per Sanctos Patres Nostros Joannem et Felicem. et Oratio pro amovenda tribulatione Ne despicias Omnipotes Deus populum tuum in afflictione clamantem etc

Ultimo enixe recomendat Definitorium ut hoc pos preces Cannonicas additamentum quotidie in Choro mane recitetur. Recomendat insuper ut haec sua Decreta quovis Mense in Capitulo Coventuali legantur et executioni demandentur.

Fr. Theophilus à Sn Martino
Minister Provincialis

Fr Romanus ad Cosmos
Definitor Trius

Fr Jacobus à S. Fr. Felice Definitor et Definit.
Secretarius

Benedicta sit SSS Trinitas

Acta Deffinitorii Provincialis sub presidentia N. P. Theophili a S.to Martino Ministri Provincialis in hoc Nostro Conventu Berestecensi D. 23 Mensis Xbr Anno 1809 celebrati.

Convocati ad presens Deffinitorium a N. P. Ministro Provinciali pro expediendis quibusdam Provincie negotiis nimirum: P. Romanus a S. Casimiro Deffinitor 1mus P. Jacobus a S. P. N. Felice Deffinitor 2dus, P. Antonius a Nativitate BVMe Deffinitor 3tius, et P. Celestinus a S. Martino Deffinitor 4tus; Convenimus omnes ad Domum nostram Berestecensem, utpote ad locum pro celebrando Deffinitorio destinatum. Atque ibidem constituti statim postera luce Die scilicet 25 Xbris post sonitum Campane descendimus ad Aulam Capitularem, et inchoata fuit

Sessio 1ma

In hac Sessione Congregatis supra-specificatis Omnibus Noster R. P. Provincialis, qua Deffinitorii Preses pro innata sibi oris facundia plenam tenerrime significationis et paterne benevolentie peregit consalutationem, ad quam nomine Deffinitorum P. Romanus a S. Casimiro Deffinitor 1mus perquam humaniter respondit — Peracta salutatione, invocatoque a Patre luminum Divino auxilio — Primo P. Antonius, et P. Celestinus, qui superiore Anno Deffinitorio post-Capitulari ob nimiam locorum distantiam presentes adesse non poterant, conforme legibus prestiterunt juramentum — Secundo exhibita sunt ad legendum et examinandum Inventaria Conventuum scilicet: Antecolensis, Camenecensis, Tiritopoliensis, Residentie item Vitebsciensis. Tantum in istius ultima Domus Inventario Deffi

nitorium

nilominum notavit defectum, quod scilicet non fuerit a Succedaneo Superiore juxta usitatum stylum subscriptum; requirit itaque ab eod. dicta omissionis causam — Tertio demum lecti sunt Computus triennales Residentiæ Civicensis, quos videns Definitorium nunc accurate conscriptos, hinc recommendat solum R.P. Provinciali, ut inquirat de Summa 1000 florenorum. Atque in hoc positus est Sessioni finis —

Sessio 2da

Die ead. qua supra hora 3tia pomeridiana, Congregatis omnibus, inchoata est Sessio a revidendis ulteriobus Inventariis Conventuum. Relecta igitur sunt Inventaria Conventus Molodecensis una cum Inventario rerum in ejusd. Ecclesia reperibilium, et Inventarium Residentiæ Ryszcroviensis — Hæc duo immediate specificata Inventaria, facto examine, satis clare, et fideliter, atque justa exigentiam scripta esse Definitorium deprehendit. Jam vero reliquorum lectionem ad sequentem Sessionem distulit —

Sessio 3tia

Habita est die 24 9bris, qua inchoata fuit hora 9na matutina. In hac Sessione accessus factus ad legenda cæterarum Domorum Inventaria, nimirum: Collegii Lucoriensis Conventus Brestensis, Conventus Theophilopoliensis, Residentiæ Szumbarensis, et Collegii Brahiloviensis. Et licet Definitorium de illorum fidelitate non dubitet, postulat nihilominus, ut Registrum Collegii Brahiloviensis de argenteriis Ecclesiæ sub Nro 30 venturus suo tempore N.P. Provincialis verificet, videatque, quid in memorata Arca sit reconditum?

Sessio 4ta

Hæc Sessio habita est ead. die, qua supra hora 3tia pomeridiana — In hac Sessione retulit N.P. Provincialis acta Visitationum, tum illarum Domorum, quas pro delegato sibi Visitatoris munere P. Cælestinus a S. Martino Definitor Provinciæ in alba Russia et per Diœcesim Minscensem visitaverat, tum earum, in quibus Ipse personaliter per Lithuaniam ex officio instituit Visi-

tationem

lationem. Ex qua relatione patuit, quod Collegium Orsense in miserrimo statu versetur. Nam ratione Processus juridici, in recuperandis ereptis sibi Bonis non solum ingentibus debitis est gravatum, sed ipsa quoque argenteria Ecclesiæ manent jam oppignorata, idque sine scitu Communitatis. Hinc præsens Deffinitorium exisse obtestatur P. Superiorem, ut singula argenteria oppignorata comodet, et pro futura memoria curet eadꝫ juxta relictam sibi in visitatione dispositionem libro Decretorum Communitatis inscribi—

Sessio 5ta.

Hæc Sessio habita fuit Die 25 7bris hora 9. matutina—
In hac Sessione N.R.P. Provincialis dedit rationem actuum, quos confecit visitando Residentias Ryszczoviensem et Camenecensem, atque Collegium Brahiloviense, et quæ pro majoris Boni incremento conscripsit præcepta, tam pro Superioribus, quam eorundꝫ Vicariis, cum injuncto onere ea omnino executioni demandandi— Item profuso sermone recensuit res gestas in negotio P. Casimiri Sielecki Ministri Brahiloviensis, ad quarum notitiam devenit in decursu habitæ Visitationis— Nam Imprimis exhibuit Deffinitorio et coram eo legit Scriptum 13 Acusationis „puncta" contra P. Casimirum Ministrum Brahiloviensem complectens, transmissum sibi a P. Illo N. D. Jutkowski Vexillifero per Suum Œconomum D. Raszynski Die 9. Julii 1809 Anno— Deinde ratione dictarum delationum contra P. Casimirum, lectæ sunt Inquisitiones una cum depositionibus testium factæ 21. Mensis Julii 1809 Anno— Tandem lectæ sunt literæ Illustrissimæ Commitissæ Sophiæ Potocka Consortis Illustrissimi pie Defuncti Fundatoris Collegii Brahiloviensis, in quibus commina-tur prædictam Domum omnes gratias in recenti sibi concessas amissuram, nisi extemplo ab illius regimine ammoveatur ejusdꝫ actualis Minister P. Casimirus a S. Catharina—

Sessio 6ta

Die eadꝫ ut supra hora 3tia pomeridiana. V. Deffinitorium. prosequendo res gestas „ex porro" P. Casimiri Ministri Brahiloviensis, accessit ad

legendum vari[illegible] Ipsius objectiones, quas porrexit ad manus N.P. Provincialis
ideque contra P. Angelum Procuratorem Provincie, et adversus P. Camillum
suum Vicarium — Postmodum lecta sunt immediate incusatorum Pa-
trum data explicationes; P. quid Vicarii quoad omnia respective Objec-
tionum puncta; P. Autem Procuratoris quoad aliqua duntaxat; quo-
niam ob prolixitatem earund; illarum lectio ad futuram Sessionem di-
ferri debuit —

Sessio 7ma

Quæ habita fuit Die 26. Xbris hora 9. matutina sumpsit exordium ab
inchoata pridie lectione responsionum, quas P. Angelus Procurator Pro-
vincie ad memoratas P. Casimiri Ministri Brahiloviensis objectiones
scripto-tenus dedit in quatuor seorsivis Chartis — Immediate et in an-
terioribus Sessionibus pro et contra P. Casimirum relatas scripturas, quo
niam hoc loci ingrossari nimis longum foret; propterea Deffinitorium
decrevit: quatenus in Archivio Provincie in suis Originalibus
reponantur — Post hoc significavit N.P. Provincialis, quod Convi-
ctus Vdebscensis, cum sua erectione, per suum Auctorem cassa-
tus, et annihilbatus sit. Die 9na Januarii Anno 1809 —

Sessio 8va

Primum Sessionis hujus tempus die ut supra hora 3tia pome-
ridiana impensum fuit considerationi relationum, quas circa
Visitationem in Conventu Theophilopoliensi habitam N.R. Pater
Provincialis scripto et ore-tenus pro plenaria informatione coram
Deffinitorio exposuit — Postea ventum est ad lectionem oppositio
num, quas evomuit perversam caput P. Izydori Federowicz, ad-
versus suos olim immediatos Superiores, et exinde ad eorund respon
sa, quas scripto-tenus transmiserunt N.P. Provinciali. Ex quibus
liquido constat: P. Isidorum esse hominem inquietum, malevolum
et nihil aliud mereri, quam ut a consortio hominum, fratrumque
excludatur, et carceribus perpetuis includatur — Tandem pro corona-
de istius Sessionis lecta sunt duæ Epistolæ P. Antonii Mixie
wicz, directæ ad N.P. Provincialem, in quibus contendit suam
Professionem fuisse invalidam, et supplicat circa hac nego-
tium

tium indilatam institui de suis Commovibus signanter ex P. Francisco a S.to Josepho Calasanz, inquisitionem, seque ad Domum Novicia tus quantocius remitti. Sed circa ejusmedi desideria Deffinitorium nil quidquam decrevit: sperat quippe memoratum Religiosum tandem aliquando ad meliorem frugem redditurum —

Sessio 9na.

Initium huic Sessioni Die 27 7bris habita dedit lectio Epistolæ, F. Theophili a S.to Casimiro Lazarewicz Alumni Theologiæ Collegii Orsensis, a NP. Provinciali presenti Deffinitorio exhibitæ, cujus cardinale argumentum est: pretensa Professionis nullitas — Hac lectione finita assumpta est ad legendum epistola a Fratribus Collegialibus Orsa transmissa, plena querimoniarum contra suam cohabitationem Orsæ ad aliquot jam annos, absque ulla mutatione prorogatam, et referta incusationibus habentibus pro objecto, grave atque nimis durum Sui P. Superioris regimen — Postremo lectæ sunt litteræ P. Caroli immediate relatorum Studentium Præsidis, in quibus sub nexu conscientiæ declarat, et notificat Nostro Patri Provinciali, memoratos Scholares tractari in cunctis juxta consuetum Religionis morem, et ductu solius malitiosæ perversitatis ad Supremum Provinciæ caput confugisse —

Sessio 10ma

In hac Sessione pomeridiana hora 3tia & ut supra discussa est causa P. Casimiri a S. Catharina Ministri Collegii Brahilo viensis, qui sub Actu visitationis ejusdem Conobii ex Officio institutæ diebus mensium Julii et Augusti Anni currentis 1809 coram N. P. Provinciali agente hujus Conobii visitationem, accusatus est de pluribus culpis et defectibus suis, et quidem 1mo de inconvenienti suo Statui et muneri Cremati et Cerevisiæ dispensatione seu venditione, in Officina suæ Domus populo ad Divina agenda ipsa die SS.æ Trinitati sacra congregato, utique non

sine

sine præjudicio et damno hæredis Bonorum Brahiloviensium — 2do Quod missos ab hærede loci Officiales, ut impedirent hanc dispensationem potuum, læsive calumniaverit, variisque contumeliis affecerit. 3tio Quod sine scitu et permissione Aulæ miserit 20ginti homines, quasi executores extorquentes a Synagoga Brahiloviensi debiti in rem sui Conventus refusionem — 4to Quod cum Hærede loci Perillustri D.o scilicet M. Jukowski continuas fere altercationes, et inimicitias foverit, palamque easdem quandoque manifestaverit 5to Quod certa documenta faventia Subditis Brahiloviensibus præjudiciosa vero Hæredi bonorum Brahiloviensium direxerit per P. Vincentium a SS. Apostolis ad Acta publica incorporanda iisæ Actis. Quod factum multum offendit Perillustrem Hæredem — 6to Quod murum solide instauratum a Suis Prædecessoribus, partemque sui Cænobii ambientem excusserit, et diruerit — 7mo Quod Chorum et Refectorium nunquam fere frequentaverit, cæterisque Actibus Communitatis nullam prorsus præsentiam sui præsliterit — 8vo. Quod Perceptas Domus suæ in sua duntaxat Cella, et pænes se, non in Arca 3um Clavium, ut leges nostræ præcipiunt, retinuerit, et pro suo libitu, suoque videri easdem Perceptas expenderit — Hæc postrema domestica sunt, et quasi privata, superiora autem, ex quo publicum Offendiculum causabant, cum innotuissent Ille Sophiæ Comitissæ Potocka Fundatrici Nostræ coacta est literas comminatorias ablatione suarum a nobis gratiarum scribere ad N. P. Provincialem, cujusmodi literæ hunc præseferunt tenorem „ - Mosci Xięże Prowinciale! — Maiąc doniesienie o wychodzeniu z granic praw klasztornych X. Ministra Klasztoru Brahiłowskiego, przez co w dochodzie Dziedzica Miasteczka Brahiłowa znacznie czyni uszkodzenie, a przez wdawanie się, co do niego nienależy, czyni w Ekonomicznym urządzeniu niespokoyność, obligowałam WJPana Leszczynskiego, aby Jmieniem moim, Dzieci moich, Jmieniem Graffa Szczęsnego Potockiego Pasierba mego, a wszystkich z Linii Fundatorskiey Kosciola Brahiłowskiego pochodzących WWMć Pana Dobrodzieja

drodzieja prosił o weyscie szkrupulatnie w postępowanie tegoż X. Ministra Brahiłowskiego klasztoru — Lecz iak mnie W. Jm Pan Leszczynski uwiadomił, że Waćpan Dobrodziey zdawałeś się powątpiwać, aby to mowił z Obligacyi moiey, dla tego więc listownie czynię do niego to zgłoszenie y proszę: abyś w mieyscu tego Xdza Ministra innego przed wyiazdem swoim z Brahiłowa instytuować raczył. Jeżeli WD. niechcesz, abym wraz z Dziećmi moiemi usunęła tę przychylność y dobro czynienie dla klasztoru Brahiłowskiego, czego dotąd w znaczney części dawałam dowody. Oddaię mie SS. Modlitwom Jego zostaiąc Wię Pana Dobrodzieja Uniżoną Sługą — Zofia Potocka — Dnia 28. Julii R. 1809 Tulczyn — Igitur quum relectis ejusmodi literis, tum ex depositione Testium juratorum circa præsens negotium P. Casimiri Ministri auditis, volens nolens NP. Provincialis permotus est, et quasi coactus est memoratum P. Casimirum a S. Catharina adpræsens Ministrum Conventus Brahiloviensis, a sui officii executione suspendere vigore Constitutionis C. 40. §. 6. N. 7. hancque Suspensionem suo Definitorio habito in Conventu Berestecensi declarare — Deffinitorium porro mature omnibus pensatis, quæ erant pensanda hanc Suspensionem in P. Ministrum Brahiloviensem latam suo judicio approbavit, ratamque habuit — Jmo depositionem ex Officio, utpote male gesto per P. Casimirum urgebat, simulque sincero corde condoluit promeruisse P. Casimirum ejusmodi pœnam sibi inflictam. Rogavit insuper N. P. Provincialem, ut ad abolendam hanc labem mansionem P. Casimiro in alio Provinciæ nostræ Cœnobio designaret, in quo feliciorem sibi præstolaretur sortem

Sessio XXma

Habita est Die 28 7br. hora 9 matutina — In hac Sessione proposuit N. P. Provincialis duo Officia Ministrorum vacantia Collegii scilicet Orsensis, et Conventus Molodecensis. Et facta de more invocatione Spiritus S. emissum est ab unoquoque Electorum juramentum circa eligendum aptiorem

et digniorem

digniorem. Deinde pro hac nova electione exhibitus fuit Catalogus eligibilium, et mox factum est scrutinium per Schedulas. Ex quo quatuor sequentes pro proxime eligibilibus publicati sunt nimirum: — P.J. Carolus ab Ass: B.V.M.

P.J. Æmilianus a S. Michaele

P.J. Josephus a S. Maria

P.J. Stephanus a S. Basilio

Postremo ventum est ad ipsam electionem, et cecidit sors supra

P. Carolum ab Ass. B.V.M. pro Collegio Orsensi

et P. Æmilianum ab S. Michaele pro Conventu Molodecensi — Idque omnium suffragiis

Quos ita Electos statim nominavit N.P. Provincialis, dilata ad sequentem diem, ne si forte ad detegendum occurreret aliquod impedimentum, Confirmatione et Sessione

Sessio 12ma

Quæ 29 Jbris habita fuit. In hac Sessione actum fuit de Confirmatione electorum die precedanea Ministrorum, elapso post factam electionem 24 horarum spatio. Cum itaque nullum in Eis repertum esset Impedimentum, omnium proinde calculis Confirmati sunt — P. Carolus ab Assumptione B.V.M. in Ministrum Collegii Orsensis — Et P. Æmilianus a S. Michaele in Ministrum Conventus Molodecensis — Et in eo finita est Sessio —

Sessio 13tia

Ad quam Die 30 Jbris pulsu campanæ convocati sequentia pro commodo regularis observantiæ et utilitate boni communis tulimus Decreta —

1mo Ut quæcunque expendibilis summa ex quocunque titulo ac fonte proveniens, nunquam apud Superiorem in privato

recinatorio

reclinatorio deponatur, sed semper Proventibus Domus in Arca trium clavium investiatur, nec inde privata authoritate, in consultis, ac insciis iis, ad quos de jure spectat, per solum Superiorem extrahatur, sed si urgens necessitas hujusmodi extractionem poposcerit, id semper fiat cum Consiliariis, ac in præsentia eorum sub certa quantitate extracta, pro necessariis Domus exigentiis expendatur—

2do. Propria experientia edocet ac convincit, quia quamprimum minoribus Domorum deteriorationibus tempestive non obviatur, major pedetentim sequi assolet ruina, quæ majores post se trahendo expensas, majora omnino in bono communi causare solet detrimenta — V. Deffinitorium certam hac in parte habendo notitiam, præmonitos vult esse Superiores, ut indemnitati Domorum regimini suo commissarum consulendo, de tempestiva sartorum tectorum reparatione sint vigiles, ac solliciti, utpote persvasi, quod hac laudabili ac necessaria cura, plurrima pro spirituali et temporali Claustrorum bono profluere solent emolumenta—

3tio. Ven. Dfrium plurium Capitulorum et Dfriorum instando sancitis, Omnibus Domorum Superioribus præcipiendo præcipit, quatenus, occurrente cujusvis Religiosi morte, Habitus, thoraces, ac cujusvis generis amictum et suppellectilem sine mora transmittere curent ad Cœnobia Probationis; succurrendo et consulendo extremis indigentiis et miseriis Superiorum, qui præter consvetas, ac in aliis Domibus, expensas, particularibus subsidiis destituti, Novitiis ferme nudis ad Domum Probationis venientibus, tam pro tempore illorum in Noviciatu existentiæ, quam etiam emissa Professione ad Domum recenter Professorum egressuris, omnia quæque necessaria suppeditare coguntur— Proinde Ven. Dfrium iterum iterumq;

omnes

Omnes Superiores exhortatur ac obstringit, ac sub gravissimo consientia onere precipit, ut, sepositis quibusvis rationum pretestibus fraterne charitatis ac extreme indigentie motivo duti, hujusmodi ordinationem exactissime exequi, ac instantanee ad effectum deducere satagant—

4to Rescivit Ven. Dfrium, quod in quibusdam locis muri totum Claustri ambitum circumdantes proprio quorundam Superiorum ausu privataque authoritate diruti extiterunt— obviando ulterioribus hac in parte ruinis, prohibet ac interdicit Superioribus, ne absque scitu, et consensu eorum, quibus de jure competit, disjicere presumant, disjecti vero ac diruti, prout Brahilovie contigit, illico reparentur, et restaurentur—

5to Gravissima rationum momenta induxerunt Ven. Dfrium, ut P. Provincialem obligaverit, quatenus in sua visitatione uniuscujusq; Domus Summas Capitales conscribat, et adequatum earum Elenchum suo tempore porrigendum fieri curet—

6to Siquid Provincia tam pro exantlatis laboribus, quam pro quibusvis prestitis Officiis et subsidiis ad prestandum grate mentis affectum sese obstrictam sentit; hinc Ven. Dfrium nomine totius Provincie hujusmodi grate mentis testimonium sensatis cordibus insculptum, suis quoque Actibus pro eviterna memoria investitum esse voluit Emerissimo pluries Ministro, et Deffinitori, ac demum Provincie Scriptori Rtmo P. F. Floriano a Nativ. BVMe Qui Summam 2000 florenorum Polon. Collegio Brahilovie nulla annexa obligatione, sed ex mera fraterna charitatis liberalitate, ad annuum Censum elocandam, consignavit, donoque obtulit—

7mo Patuit VDfrio, quod Ceroficine vix ac ne vix aliquem usum fructum a plurium annorum decursu Conobiis adferebant— Patuit quoque ex sanctis Visitationum easdem Ceroficinas hinc et nunc bene ac pro futuro utiliter dispositas, et ordinatas extitisse: onerat proinde conscientias Superiorum, eisque strictissime mandat, et precipit, quatenus studium et sollicitudinem suam, pro augendo bono Communi manifestaturi, in tali ordine et regimine Ceroficinas conservent et retineant, ut in respectivis Visitationibus per P. Provincialem est dispositum et intimatum—

Cumque preterea

Cumque praeterea nihil amplius ad tractandum superesset, proinde sub finem istius Sessionis perlectis iis, quae in decursu praesentis Deffinitorii sunt Acta, eadem propriis manibus subscripsimus In Conventu Nostro Berestecensi Die trigesima Ybris Millesimo Octingentesimo Nono Anno.—

Fr. Theophilus à S.o Martino
Minister Provincialis
m.p.

Fr. Romanus ad Casimiro
Definitor Imus
m.p.

Fr. Caelestinus a S. Martino Dess.r 4.
et ejusdem Deffinitorii Secretarius
m.p.

Benedicta sit SSS. Trinitas.

Acta Definitorii Provincialis sub praesidentia Rlmi in Christo N.P. Theophili à S. Martino Ministri Provincialis celebrati in Collegio Luceoriensi die 24. et seqq. Mensis Octobris, 1810. Anni.

Ipso die S.o Raphaëli Archangelo sacra 24. Octobris post campanae pulsum hora secunda cum dimidia pomeridiana congregati erant in locum rebus à se gerendis destinatum N.P. Provincialis, P. Romanus à S. Casimiro, et P. Jacobus à SP. Felice Definitores, caeteri namque duo Definitores, videlicet: P. Caelestinus à S.o Martino, et P. Antonius à Nativitate GVVMariae ob locorum distantiam et multifarias viarum incommoda absentes ab hoc Actu erant. — Proinde N.P. Provincialis, in sua suorumq. duorum praesentia Definitorum, praemissa Spiritus S.ti invocatione, modernis Nostris Consultationibus aperuit campum. Imprimis autem, paucis quidem, permoventibus tamen verbis suae Provinciae declaravit statum satis languidum, et infirmum fore eum ob diminutum in nobis erga Deum fervorem, ac regularis disciplinae zelum promovendum. — Post haec quaesivit N.P. Quis noster foret sensus de Sociis primis ad Capitulum electis in superiori hujus triennii Capitulo, num scilicet P. Casimirus à S.a Catharina olim Minister Collegii Brahiloviensis, et P. Feliciaeus à S.o Francisco Minister antehac Conventus Theophilopoliensis reputari possint pro Sociis legitimis ad Capitulum futuro anno celebrandum? Ii namque quà Ministri locales Collegii et Conventus electi erant in Socios primos. Responsum est negativè, idq. in fundamento Constitutionis Ordinis, quae legenda est C. 40. § 4. n. 15. quae disponit: Ut Socii ad Capitulum primi sint Ministri noviter electi, et supponit: cum plena sui officii jurisdictione ejusdemq. executione. Quoniam verò nec P. Casimirus à S.a Catharina antea Minister Collegii Brahiloviensis, nec P. Feliciaeus à S.o Francisco olim Minister Theophilopol.s polleant num jurisdictione, et tantò minùs ejusdem executione in Domibus praedictis, proinde neuter horum potest Capitulum ingredi, nec vocem activam in illo habere. Horum namque primus, scilicet P. Casimirus à S.a Catharina, ob sua

delicta in eo reperta, sub tempus Visitationis ejusdem Collegii suspensus est à suo Officio, utpote obnoxius et convictus de suis erratis et culpis, postq latam hanc Suspensionem ejusdem ab Officio, regimen Collegii Brahiloviensis commendavit N.P. Patri Angelo Provinciae Procuratori, cujusmodi factum luculenter evincit P.m Casimirum nunc non posse nominari Mnrum Collegii Brahiloviensis, et quod inde sequit, Socium legitimum ad Capitulum imminens.

Similiter P.r Felicianus à S.o Francisco desiit esse Mnr Conventus Theophilopol.s, cui Officio hoc Triennio annexum erat munus Socii ex primis secundi, desiit inquam: cum Illrimus Loci Ordinarius Luceoriensis, ex motivo quorumdam ejus actorum in Processu Juridico expressorum, instaret omnibus modis urgeretq Litteris suis ad N.P. Provlem datis die 1. Mensis Junii curr.s anni amotionem ab Officio Ministri P. Feliciani à S.o Francisco, urgebat autem adeò, ut N.P. Prolis coactus iisdem Litteris fuerit eundem P. Felicianum amovere à regimine Domus Theophilopol.s deinceps continuando, et designare eidem conventualem mansionem in Conventu nunc nostro Brahiloviensi. Igit cum ob praedictas causas duo illi Patres caeteroquin et ex alia parte omni respectu et veneratione dignissimi nequibant interesse Capitulo Provinciali futuro anno celebrando, vocemq activam in illo habere, inde est, quod modernum Definitorium alios Socios ex primis primos eligere decrevit, idq in fundamento Constitutionis Ordinis relatae C. 40. § 4. n. 17. quae sic legit: "Si per mortem, aut aliam quamvis causam Socius aliquis pro suo munere non possit accedere ad Capitulum, Definitorium Provinciale tempore apto eligat Socium locò illius."

Sessio Secunda.

Die 25. Mensis et Anni altè fati, post campanae pulsum hora nona cum dimidia matutina, instaurata fuit haec Sessio, in qua N.P. Prolis explicuit suo Definitorio statum Domorum suae Provinciae, praecipuè autem Domorum, Conventuum, et Collegiorum, quae suam existentiam habent in M.D. Litt.ae Albaq Russia. Recensuit quoque in hac et pomeridiana Sessione suas eorumdem Domorum Visitationes ex suo Officio factas. Ex qua relatione intulimus miseram esse earumdem Domorum existentiam, ob rei domesticae carentiam et personarum Religiosarum inopiam. Finivit autem hanc suam relationem sequenti post meridiem Sessione tertia.

Sessio Quarta.

Quae facta erat die 26. ejusdem Mensis et Anni, quae tota consumpta est in quaerendis et inveniendis legitimis personis, quae eligi possent in Socios primos et secundos, necnon in determinanda Domo Capitulari.

Sessio Quinta.

Sessio ijthaec inchoata est post campanae pulsum hora tertia pomeridiana, in cujus initio reliquae Conventuum Visitationes inclusivè ad Coenobii Camenecensis Visitationem lectae sunt. Deinde ad Sociorum ad Capitulum electiones accessit Definitorium praesens. Ad effectum hujus electionis porrexit N.P. Prolis quatuor Ministros Conventuales in superiori Capit.° electos, nimirum: P. Onuphrium à S.° Dionysio Brerestecensis Conventus, P. Thaddaeum à S.° Joachimo Lucerniensis Collegii, P.m Leonem à S.° Nicolao Antecollensis Conventus, et P. Guillelmum à S.° Antonio Trinitopol.s Collegii Ministros. Prolixè deinde deliberatum est: Utrum necessarii ad Capitulum Socii ritè eligi possent à praesentibus tribus duntaxat Electoribus, post impensam autem huic negotio deliberationem, ac discussis pro et contra rationum momentis, responsum est voce unanimi affirmativè, invitendo plurium Definitoriorum praxi, nominatim autem Definitorii in Conventu Thomassoviensi celebrati ao 1774 die 9. mensis Novembris, ad cujusmodi Definitorium tres nonnisi congregati Electores, elegerant duos ad Capitulum Socios, unumq Definitorem Provincialem, post resignationem P. Valentini à S.° Hermenegildo admissam. — Facto igit elegibilitatis scrutinio, proximè elegibiles in Socios primos evaserunt PP. Ministri suprà relati. Porro in Socios secundos ex secundis proximè elegibiles evaserunt P. Zephyrinus à S.° Stanislao, et P. Aloysius à Concept.e B.V. Mariae. Emisso igit ab unoquoque Nostrûm juramento circa eligendos Scrutatores votorum, accessimus ad eosdem eligendos. Proposuit autem P. Romanus à S.° Casimiro in primum Scrutatorem N.P. Prolem, deinde N.P. Prolis in secundum Scrutatorem P. Romanum à S.° Casimiro Definitorem primum, tandem in tertium P. Jacobum à S.P. Felice Dfrem, omnesq propositi juramentum emiserunt. In Pronuntiatorem Eligendorum propositus fuit N.P. Prolis.

His omnibus praemissis, accessimus ad electiones Sociorum ex quatuor propositis in Socios primos, ex quibus votis duobus electus est in primum Socium P. Onuphrius à S.° Dionysio Mnr Brerest.s, in secundum P. Thaddaeus à S.° Joachimo Mnr

Collegii Luccoriensis votis tribus. Tandem in Socium secundum ex secundis electus est schedulis tribus P. Zephyrinus à S. Stanislao Ex-Nunc. Post completam hanc electionem dominus N.P. Provincialis formali suo Præcepto mederus Electores, ut si aliqua infecta Sibi electio impedimentum, ab quo suo non possent fungi Officio, illud intra horas 24. detegerent.

In hac ipsa Sessione Domus Capitulares pro futuro Capitulo Provinciali duæ sunt determinatæ, nempe: Collegium Luccoriense, et Conventus Theophilopolitanus.

Sessio Sexta.

Quæ habita est die 27. Octobris ante meridiem, in qua lectum erat Postulatum P. Leonis à Nativitate B.V. Mariæ Superioris Residentiæ Camerinensis, qui optat assensum Nostrum sibi suæque Communitati efflaturum, ut domus Arcem à suo Cœnobio distantes nihil ferme eidem Cœnobio fructificantes vendi possint. Postulato huic annuit quidem Definitum nostrum, servatis tamen servandis, nimirum: Teneri prius Rm Superiorem Residen. Camerin. porrigere humillimas preces Illmo Loci Ordinario Suo, et de manibus ejusdem præstolari pro vel contra resolutionem. In hypothesi autem affirmativæ resolutionis, injungit P. Superiori Camerinensi moderno, ut enumerandum pro duabus hisce Arcibus Quantum collocet in Censum annuatim pendendum, et incorporetur Summis Capitalibus ejusdem Residentiæ.

Alterum Postulatum in eadem Sessione lectum erat non sine gemitu cordis Nostri porrectum à Dno Carolo à Sta Cæcilia Superiore Conventus Arcensis, qui conquerit de extrema Cœnobii sui egestate et gravaminoso Juris Processu, quo præmit miser Conventus ille prius in Jubernio Theologiensi, nunc in Senatu Petropolitano, flagitat proinde præsidia sibi suæque Cœnobio subsidia. Cupiens idcirco Provincia Nostra secundum suam posse opitulari misero huic Conventui pro inevitabilibus in Processum Juris expensis, apprimitur levare Summam Capitalem 5000. Florenorum Polonicalium, levandamque quantocyus fieri poterit, consignare Conventui huic Summa fundationali spoliato. Et quoniam idem Conventus oneribus etiam Missarum gravatur, proinde Provincia Nostra susceptæ obligationem celebrandi et applicandi pro omnium decremento Missarum Sacrificia 1240. sequenti ordine.

N.P. Provis cum suo Socio Sta	100.
PP. Offres quatuor — Sacra —	200.
Collegium Luccoriense Sacra —	200.
Conventus Brestec.s Sta — —	100.
Conventus Theophilop.s Sta — —	60.
Residentia Slumbarensis Sta —	100.
Residentia Rysnaviens.s Sta —	100.
	860.

Latus — 860.

Conventus Rutecollens.s Sta —	20.
Collegium Trajitopol.s Sta —	120.
Conventus Molodecen.s Sta —	60.
Resida Civica.s Sta — — —	60.
Brestensis Sta — —	60.
Babinovec.s Sta — —	30.
Vitebscensis Sta — —	30.

Jamdiu Sacra ut supra 1240.

~~[illegible] Definitorii [illegible] Nostrum Definitorium Die 31. Mensis Octobris [illegible] pomeridiana~~

Sessio Septima.

Habita est hora tertia post meridiem die 27. Octobris. Ex quo Emeritus Provinciae Definitor P.r Florianus à Nativitate B.V. M.ae obtulerit Conventui Nostro Brahiloviensi 2000. flor. Pol.m à suis personalibus Benefactoribus collecta, justam proinde ab eodem Conventu meretur gratitudinem, perpetuamq. sui benefacti memoriam. Memoriae hujus aequitatem praesens Definitorium Nostrum approbando decrevit: Ut post sera fata ejusdem Rlmi Patris pro illius anima celebrent et offerant quatuor quovis anno Missarum Sacrificia legenda in IV. Anni Temporibus. Cujusmodi recens Obligatio incorporari debet perpetuis Obligationibus ejusdem Conventus, quemadmodum altè fata 2000. florenorum Polonicalium incorporata sunt Summis Capitalibus dicti Conventus.

Ante terminum ejusdem Sessionis, post elapsas 24. et amplius nonnihil horas ab electione Sociorum, subsecuta est confirmatio eorumdem per Suffragia secreta data ab Electoribus.

Sessio Octava.

Habita ante meridiem diei 31. Octobris, diebus namque 28. ob diem Onomasticam P.o Ministri hujus Collegii, et 29. eo quod N.P. Provincialis multum erat occupatus postae epistolarum expeditione, 30. autem die ejusdem Mensis pariter nequivit haberi Sessio partim ob matutinam in Ecclesia devotionem ad horam 12. inclusivè protractam, partim verò ob Actum Scholasticum post meridiem habitum. Unde octava haec Sessio expedita est die 31. Octobris tempore matutino, in qua decem in folio paginis comprehensus de vita et moribus P.s Isidori à S.P. Joanne de Mattha lectus est Processus, finita verò ejus lectione non immeritò suborta est in animis nostris opinio: Quod is Religiosus haud tolerari deberet in sacro Ordinis nostri Instituto, toleratur tamen exemplo caelestis Patris nostri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Quotquot enim sunt vitiorum genera, tot ferè reperiri in uno P.e Isidoro, abundè declarat Processus illius conscriptus per P.m Secretarium Provinciae à N.P. Provinciali ad id deputatum. Facimus hic mentionem quorumdam duntaxat malefactorum ejus, nam recensere omnia ejus malefacta omnesque excessus, longum nimium foret. Adducimus igitur ea tantùm ejus delicta, de quibus authoritate Vilnensium Episcopi sat permoventer monitus erat et correptus die 12. Mensis Julii labentis anni 1810., et quae in Testium depositionibus contra eundem P.m juramento firmatis referuntur. Referuntur autem: Quod altè fatus P.r Isidorus post habita obligatione suis Superioribus obediendi, constanter obluctatur

iisdemq repugnat; quod seclusa eorumdem licentiâ extra Cœnobii clausuram crebro egrediat, egressus per viarum compita domosq sæculares divaget, divagando autem in iisdem manducat et bibit; quod ex usu Sacramentorum Ecclesiæ nullum spiritualem fructum præseferat; quod Sacrificium Missæ, neglecta omni compositione, devotione et reverentia eidem debita, celeriter nimium legit celebratq; quod status sui Obligationibus in nullo ferme puncto correspondeat satis; quod externis æquè ac domesticis frequentissima præbeat offendicula; quod Senioribus et bene meritis Religiosis, quibus justa debet reverentia, nullum præstet honorem, quinimo passim cum veteranos Patres, tum juniores suos fratres, pro sua crassa inurbanitate et malitia, probris convitiisq, non modò verbis, verùm etiam scriptis afficit. Recentissimum facti hujus argumentum est, siquidem diebus Mensis Septembris porrexit Illmo ac Rmo Stanislao Lachnicki Locumtenenti Episcopi Vilnensis plenas malitiæ et pravitatis litteras graviter denigrantes nomen famamq complurium Ordinis nostri personarum, in quarum numerum retulit etiam personam N.P. Provincialis, eundemq mendaciter accusat et insimulat, fortassis ea propter, quod pro suo munere atque officio paternè reprehendat ea in illo, quæ sunt adversa vocationi et statui P. Isidori, ea verò urgeat ab eo, quæ sunt consentanea spirituali perfectioni ejus. — Ut igit P. Isidorus proclivior sit ad bonum et remotior à malo, consulto Domino Deo, præsens Definitorium statuit ac decrevit sequentibus remediis curare spiritualem ejus, quo laborat, morbum, applicandis per immediatum suum Superiorem, cui idem Definitorium præcipit: Ut postquam receperit Decretum istud, eoq notificato toti Communitati capitulariter congregatæ, illico P.m Isidorum convictum de culpis atque excessibus per Testes in Processu specificatos in carcere occludat, maneatq ibi occlusus ad futurum Capitulum Provinciale, incluso autem, per integrum hujus pænitentiæ tempus, quotidie non alia alimenta præstabit, quàm primum duntaxat et ultimum ferculum, et portionem ad fercula panis. Hoc pænitentiæ genere conet ille pater eluere sua scelera et peccata, quibus ab exordio vitæ suæ Religiosæ constanter obnoxius est, eluendo autem atque ea plangendo cum desiderio quasi denuo incipiendi vitam religiosam, illud constanter apud se statuens et subinde repetens, quod Regius Vates crebrò repetebat: Et nunc, quæ est expectatio mea, nonne Dominus? et substantia mea apud te est, "si delicta juventutis meæ emenduvero, et Legibus tuis vitam meam conformavero."

Eadem Sessione lectus erat Processus per P. Angelum Superiorem Conventus Brahiloviensis confectus, ex motivo: Quod duo Fratres Clerici studio Eloquentiæ operam dantes die 16. Mensis Maji labentis Anni

nocte jam profunda de corpore suae Communitatis clam avolarunt, Fr nimirum Angelus, et Fr Canutus; quoniam verò in eo Processu multa scienda ad causae adaequatam cognitionem desiderent, idcirco postquam sufficientius formabit ille Processus, eorum finaliter discutiet finemque suum obtinebit.

Similiter Processus factus per P. Jacobum Definitorem de actis et moribus trium juniorum Religiosorum eo loci manentium suspendit ad futurum Definitorium ob justas judicio Nostro causas et rationes.

De Capitulo Provli convocando anno futuro, visum est moderno Definitorio, ut illud nonnihil differat, ad diem scilicet 20. Mensis Maji sequentis anni, idque propter aquarum excessum ac vim luctosam, quae passim contingere solet in Mense Aprili et initio Maji.

His statutis solutum est Definitorium die 31. Mensis Octobris hora pomeridiana quarta cum dimidia.

Fr. Theophilus à S.o Martino

Minister Provincialis

[signature]

Benedicta sit SSS. Trinitas.

Acta Venerabilis Definitorii Provincialis Ante-Capitularis sub præsidentia N. R. P. Theophili à S.o Martino Ministri Provincialis in Collegio Luceoriensi die duodecima Mensis Maji currentis Anni Millesimi Octingentesimi Undecimi inchoati, ibidemque finiti.

Ad hunc Definitorii Provincialis Actum, qui ex præscripto Nostrarum Constitutionum præcedere debet Capitulum Provinciale celebrandum, tres convenerunt Patres Provinciæ Definitores, ejusque Minister Provincialis, quorum nomina sequenti ordine recensentur, nimirum: N. P. Theophilus à S.o Martino Minister Provincialis, P.r Romanus à S.o Casimiro Definitor primus, P.r Jacobus à S. P. N. Felice Definitor secundus, P. Antonius à Nativitate B. V. Mariæ Definitor tertius. Nam P. Cælestinus à S.o Martino Definitor quartus infirmitate detentus pro ipsa Actus Reassumptione pervenire nequiverat, et usque die decimaquinta Maji hora duodecima meridiana pervenerat. Sequenti igitur post illorum conventum die, quæ erat duodecima Maji, quatuor hæ personæ horâ decima matutina post sonitum campanæ convenerunt ad Aulam Capitularem, ubi facta est Definitorii Ante-Capitularis

Sessio prima.

Huic initium dedit consueta atque tenore Legum præscripta Oratio, qua à Patre luminum humillimis votis peropportunam benedictionem, atque pro felici tam gravis et momentosi negotii exitu necessaria exposcebamus auxilia. Pro accepta itaque praxi, præmissa Spiritus sancti invocatione, N. P. Provincialis diserta fandi copiâ tenerrima salutationis et apprecationis officia P. P. Definitoribus perhumaniter contestatus est. Mutuis autem resalutationis votis præstitis, Ven. Definitorium prosequendis operibus suis sese accinxit. In hac porro Sessione assumptus est ad legendum Triennalis Computus Domûs Orsensis, quo discusso, porrecta fuit ad legendum epistola, quam

N. P. Provincialis in negotio P. Fr. Caroli à S. Caecilia ad Illustrissimum Mohiloviensem Metropolitam Stanislaum Siestrzencewicz Petropolim direxerat, atque etiam responsum, quod idem Illmus Archiepiscopus transmisit. Quibus peractis, Sessio ad pomeridianas horas est soluta.

Sessio secunda.

Quae eadem die, duodecima nempe Maji horâ tertiâ pomeridiana inchoata fuit. Porro ad pulsum campanae congregati, assumpsimus ad legendum Rationes seu Computus triennales Domorum Berestecensis, Luceoriensis, Brahiloviensis, et Szumbarensis, quas quidem Rationes cum omnimoda exactitudine et fidelitate conscriptas reperimus, praeprimis tamen gavisi et gratulati sumus, dum easdem à Collegio Luceoriensi porrectas legimus. Super hanc certè Domum, specialem et manifestam providentissimae beneficentiae Divinae benedictionem animadvertimus. Praeterquam enim, quod et in Ecclesia, et in Claustro totoq ejus ambitu, et in praediis permulta aedificia jam de novo à fundamentis erecta, ac pulcherrimè adornata, jam peropportunè restaurata deprehendunt; praeterquam, quod tam cella pennaria, quàm quaevis esculentorum servatoria omnibus annonae necessariis abundantissimè provisa cernuntur; ipsa trium clavium Arca sufficientem pro futuris suis expensis habet Summam realem, praeter illam, quae ex retentis Provisionibus brevi recipienda speratur. Haec omnia munificentissimae imprimis, ut innuimus, Divinae Providentiae liberalitati adscribenda veniunt: verumtamen non postremam, imo justissimam ac perennem apud omnes aequi boniq aestimatores grati animi testificationem jure merito vendicat indefessa solicitudo, prudentia, ac perquam laudabilis dexteritas et solertia vigilantissimi per bina triennia Moderatoris P. Thaddaei à S. Joachimo, cui dum Provincia omnia hujus Domus incrementa, ornamenta et emolumenta in acceptis refert, aeviternam porro à supremo bonorum omnium Largitore et Remuneratore pollicet et precat retributionem. — In eadem denique Sessione lecta est notificatio (vulgò Rapport) P. Leonis à Nativitate B. V. Mariae Praesidis Camenecensis, in qua urgentissimas indigitat rationes, quae eum praepediunt ac retinent intantum, ut Ven. Capitulo, (utpote primus ex secundis Socius) nullatenus adesse valeat. His finitis, Sessio in crastinum est soluta.

Sessio Tertia.

Præmissis præmittendis, hæc Sessio initium sumpsit die decima tertia Maji horâ media decima matutina, ac ad meridiem duravit. In hac Sessione lecta est Charta quenta Collegii Antecollensis. Qua quidem discussa, determinavit Ven. Definitorium, quatenus Summa 40000. fl.m Poll.m eidem Collegio à Celsissima Puzynina appromissa et oblata, hucusque tamen nihil quidquam fructificans, neque spem aliquam præseferens, ex Cathalogo Summarum expungatur, atque in futuris Domus Rationibus non ponatur. Præterea in eadem Sessione unicuique ex PP. Definitoribus porrectus atque lectus est Cathalogus personarum remotè elegibilium, secundùm sequentem ordinem:

P. Florianus à Nativitate BVM. in Murum, Dfrem, et Prolem.
P. Romanus à S.o Casimiro in Ministrum
P. Jacobus à SPN. Felice in Ministrum et Provincialem
P. Melchior ab Annuntiatione BVM. in Murm, Dfrem. et Proclem
P. Gregorius à S. Benedicto in Murm. Dfrem, Plem.
P. Dominicus à Patrocinio BVM.æ in Murm.
P. Zephyrinus à S. Stanislao in Murm, Dfrm. Plem.
P. Antoninus à S.o Joanne Eleëmosynario in Murm, Dfm.
P. Theophilus à S. Martino in Ministrum et Definitorem
P. Antonius à Nativitate BVM.æ in Murm, Dfrm, et Prolem.
P. Aloysius à Conceptione BVM.æ in Murm, Dfm. Plem.
P. Valentinus à Nativitte BVM.æ in Murm, Dfrm.
P. Guillelmus à S.o Ignatio in Murm.
P. Nicolaus ab OO.s SS.s in Murm. Dfm.
P. Cælestinus à S. Martino in Murm, Dfrem, et Provincialem.
P. Bonifacius à S.o Adamo in Murm, Dfrem.
P. Felicianus à S. Francisco in Murm, Dfrem.
P. Antonius à S.o Laurentio in Murm.
P. Marcellinus à S. Martino in Murm, Dfm.
P. Leo à Nativitte BVM.æ in Murm, Dfrm, Prlem.
P. Secundus à S. Ignatio in Murm.
P. Joannes à S.a Theophila in Murm.
P. Raymundus à SS.s Regibus in Murm.

P. Damascenus ab O. SS.ti in Murcia.
P. Æmilianus à S.to Michaële in Murcia.
P. Florentius à S.to Petro de Alc. in Murcia.
P. Camillus à SS.N. Felice in Murcia.
P. Onuphrius à S.to Dionysio in Murcia Lector. Theol.
P. Jaspar à SS.mo Nomine Jesu in Murcia.
P. Benedictus à S.to Josepho in Murcia, Lector.
P. Norbertus à S.to Leone.
P. Thaddeus à S.to Joachimo in Murcia, Lector. Theol.
P. Angelus ab O. SS.ti in Murcia, Lector. Provincialem
P. Leo à S.to Nicolao in Murcia, Lector.
P. Leonardus à Conceptione B.V.Mæ in Murcia, Lect.
P. Stephanus à S.to Basilio in Murcia.
P. Lucius à S.to Joanne Baptista in Murcia.
P. Carolus à S.ta Cecilia in Murcia.
P. Guillelmus à S.to Antonio in Murcia, Lector.
P. Casimirus à S.ta Catharina in Murcia, Lector.
P. Aquilinus à S.to Victore.
P. Hilarius à S.ta Anna.
P. Ambrosius à S.to Nicolao.
P. Clemens à S.to Vincentio.
P. Thomas à SS.mo Nomine Mariæ.
P. Ignatius à B. Michaële
P. Leopoldus à S. Joachimo.

Et perlecto hujusmodi Cathalogo, Sessio ad pomeridianas horas fuit soluta.

Sessio Quarta.

Habita est eadem ut supra die, horâ tertia pomeridiana. In hac Sessione legebat Processus in hoc nostro Collegio Lucoriensi formatus contra fugitivos Fratres Felicem à SS.mo Nomine Jesu, et Bonaventuram à S.to Jacobo Clericos, necnon contra F.rem Valentinum à S.to Stanislao S.æ Th.æ Studentem, qui prædictorum Apostatarum complex et correus esse convincitur.

Quia porro in diem decimamquartam Maji inciderat Dominica sexta post Pascha, hinc propter concursum populi, ac devotionem in Ecclesia usque ad meridiem continuari et protrahi solitam, Sessio haberi non poterat, et ad sequentem feriam secundam soluta fuit.

Sessio Quinta.

Habita fuit hæc Sessio horis matutinis, inchoata nempe horâ nona, et ante meridiem finita. In hac Sessione lectæ sunt triennales Rationes sive Computus Residentiæ Vitebscensis. Tum accinxit se Ven. Definitorium ad legendam ac discutiendam Notificationem Rapport vocitari solitam, à P. Stephano à S.to Basilio Conventus Orsensis Præside transmissam in gravi negotio Litis, quæ circa totam ejusdem Conventus Fundationalem Summam cum Celsissimo Principe Lubecki ac P.M.D. Brzozowski Petropoli disquiritur et agitatur. In hac porro Notificatione prædictus P.r Præsidens Stephanus instantaneè N.P. Provincialem orat et exposcit, quatenus pro manutenendo ac ad felicem effectum deducendo difficili hujusmodi Processu, in charta regio signo impressa expediant, ac in personam cujusdam optimæ et integerrimæ mentis Viri P.M.D. Antuszkiewicz dirigantur, ac Orsam transmittantur Literæ Plenipotentiales, unà cum Subsidio pecuniario, quod pro laudato negotio prosequendo urgentissimè est necessarium, cùm interea Domus Orsensis in extrema penuria et egestate existens subeundis tam magnis impensis prorsus est impar. Resolutione ad hujusmodi petitum ad ulteriorem Sessionem prorogata, accessit Ven. Definitorium ad legendam Epistolam, quam P.M.D. Piotrowski ad N.P. Provincialem Babinoveciis direxit. In hac porro Epistola præfatus dominus pium suum declarat intentum, quòd pro re Babinovecensis Residentiæ tam pro sustentatione Nostrorum fundationalem, quàm pro suffragio animæ suæ Obligatoriam Summam inscribere in animo habeat. Resolutionem piæ hujusmodi intentionis Ven. Definitorium ad beneplacitum et decisionem Ven.s Capituli immediatè celebrandi reservavit. — Tandem lectum fuit scriptum F.s Cajetani à Spiritu S.o Professi in Antecollensi Probationis Domo Clerici, in quo ille Professionem suam irritam ac invalidam fuisse denunciat. Hoc quoque negotio decisioni imminentis Capituli relicto, Sessio finem accepit.

Sessio Sexta.

Ad hanc Sessionem horis pomeridianis celebrandam pervenit ipsa ferè duodecima hora decimaquinta Maji P. Cælestinus à S.to Martino Definitor Provinciæ quartus. Post fraternam salutationem, horâ tertia ad pulsum campanæ congregati opus nostrum prosequebamur. In hac Sessione lectæ fuerunt Rationes seu Computus triennales Domorum Trinitopoliensis, Camenecensis, et Prestensis. — Postea accessit Ven. Definitorium ad decidendum negotium in matutina Sessione propositum. Nimirum ad prosequendam Litem Petropoli agitatam, intuitu vindicandæ Conventus Orsensis fundationalis Summæ, Litteras Plenipotentiales tam P.i Carolo à S.ta Cæcilia, quàm P.M.D.o Antuszkiewicz ad manus P. Stephani à S.to Basilio Præsidis transmittendas Ven. Definitorium decrevit. His peractis Sessio in crastinum soluta.

Sessio Septima.

Hæc Sessio die decimasexta Maji ad consuetum campanæ pulsum horâ media nona inchoata ad semiduodecimam diei horam duravit. Quia porro post fata P.o Nicolai à S.to Paschasio Præsidis Ryszczoviensis quà primi ex secundis ad imminens Capitulum Socii, secundus ex iisdem in Definitorio Mense Octobri elapsi anni 1810. celebrato in primum electus P. Leo à Nativitte B.V.M.æ Præses Camanecensis, remittendo Litteras convocatorias, justas allegavit rationes, quæ eum à procinctu arcerent, quia nempe propter gravia negotia juridica in variis Subselliis circa integritatem Summarum fundationalium eotum ventilanda, nullatenus pro imminenti Capitulo comparere possit, alter verò seu secundus ex secundis Socius P. Zephyrinus à S.to Stanislao gravi hydropis infirmitate lectulo affixus esse compellat: hinc pro complendo necessario Vocalium numero porrectus est elenchus personarum in Socios ex secundis proximè elegibilium, videlicet P.r Gregorius à S.to Benedicto, P.r Aloysius à Conceptione B.V.M.æ P. Valentinus à Nativitte B.V.Mariæ, et P. Marcellinus à S.to Martino. His completis, Sessioni finis impositus.

Sessio Octava.

Habita est horâ tertia pomeridiana, eadem 16.a Maji die. In hac Sessione ex propositis matutino tempore quatuor personis in Socios ex secundis proximè elegibilibus, nempe P. Gregorio

à S.to Benedicto, P. Aloysio à Conceptione B.V.M.ae, P. Valentino à Nativitate B.V.M.ae, et P. Marcellino à S.to Martino, electus est omnium schedulis in primum ex secundis Socium P. Marcellinus à S.to Martino. In secundum verò ex secundis Socium itidem omnium schedulis electus est P. Gregorius à S.to Benedicto. Post completam porro hanc electionem obstrinxit N. P. Provincialis formali suo Praecepto modernos Electores, ut, si aliquod inesset Sociis electis impedimentum, ob quod suo non possent fungi Officio, illud intra 24. horas detegerent. — Cumq. praeterea nihil ad agendum remaneret, Sessio in crastinum soluta.

Sessio Nona.

Haec Sessio die decimaseptima Maji horâ nona matutina inchoata ad undecimam duravit. In hac Sessione Ven. Definitorium, quae in Sessione quinta discussit, ea, post maturam deliberationem, decisivè sanxit et determinavit. Annuendo nimirum justae petitioni et remonstrationi P.is Stephani à S.to Basilio Domicilii Orsensis Praesidis, tam subsidiarium commeatum, quàm expeditionem Litterarum Plenipotentialium decrevit, quas quidem Litteras ad jure in Dirigenti Senatu agendum ac negotium Conventus Orsensis Petropoli prosequendum in personam P. Caroli à S.ta Caecilia, et P. M.D. Antuszkiewicz subscribendas ac Orsam expediendas esse censuit.

In hac eadem Sessione, lecto informativo Processu in causa F.is Canuti ab Annuntiatione B.V.Mariae S.tae N.ae Religionis Clerici Professi, qui anno elapso 1810. in Mense Majo ex Conventu Bruhiloviensi se proripiendo apostasiae crimen perpetraverat, post aliquot autem hebdomadas ad domum parentum suorum perveniens, per Superiorem localem requisitus ad eundem Conventum sponte remeavit, ac tandem mandatô N. P. Provincialis ad Collegium Luceoriense directus et transmissus, probabilia resipiscentiae et emendationis indicia praeseferre deprehendit. His proinde motivis Ven. Definitorium, licèt aliàs juxta praescriptum Canonum ac pro tenore Legum, justas pro scandaloso apostasiae crimine extendere ac infligere potuisset poenas, nihilominus pa-

terna in Domino charitate ac indulgentia permotum, ad mitiora condescendendo, in spem futuræ emendationis, injungit, decernit et mandat, ut præfatus Frater Canutus octo dierum spatio à Superiore locali designando Spiritualia Exercitia peragat, atque humillimis obsecrationibus et gemitibus Divinam Majestatem deprecetur. Cæterum prædictum Fratrem Canutum seriò incitandum et Canonicè præmonendum esse duximus, ne hac benigna Sæ Matris Religionis clementiâ abutatur, imò potiùs Divinæ vocationis suæ, ac strictissimæ in extremo judicio reddendæ rationis memor, illud Spiritus Sancti Oraculum Eccli 12. Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni, perpetuò in memoria retineat, atque huic Divinæ doctrinæ mores suos conformando, exuat veterem hominem cum actibus suis, et induat novum, qui secundùm Deum creatus est; discat in Sacra Religione bene vivere, et sanctè mori, quod est negotium negotiorum maximum; non præbeat aures mendacibus et scandalosis persuasionibus, non acquiescat iniquis ac seductoriis carnis et sanguinis illecebris; habeat gustum librorum et rerum spiritualium; evitet omni conatu otium, applicet se cum omni diligentia et alacritate studiis litterarum, ne, à statu sui rectitudine et perfectione devians, animæ suæ pretiosissimo Domini nostri Jesu Christi sanguine redemptæ irreparabilem ruinam ac perpetuum detrimentum patiatur. Has paternas monitiones bene perpendat, ruminet, ad effectum deducere satagat, ac in bonum, pium et honestum Religiosum evadere conetur. Aliàs enim (avertat Deus!) in casu recidivæ et incorrigibilitatis, comminatur Ven. Definitorium, quia promeritas ac rigorosas pœnas absque ulla spe veniæ et dispensationis subire compelletur. — His definitis, Sessio post meridiem soluta.

Sessio decima et ultima.

Sessio isthæc inchoata est post campanæ pulsum horâ tertiâ pomeridiana, ejusdem ùt immediatè dici. In hac Sessione, post elapsas 24. et ampliùs nonnihil horas ab electione Sociorum, subsecuta est eorumdem confirmatio per secreta Suffragia data ab Electoribus. — Præterea quod in matutina Sessione definitum, id in moderna ad effectum deductum, quod nempe propter negotium Domicilii Orsensis Petropoli prosequendum missi sunt Orsam fl. Pol. 2000.

Cumq praeterea nihil aliud speciale ad deliberandum decidendumq superesset, finem huic Definitorio imposuimus, Actaque praesentia prius, ut moris est, relecta subscripsimus in hoc nostro Luceoriensi Collegii die decimaoctava Mensis Maji, Millesimo Octingentesimo Undecimo Anno.

Fr Theophilus à Sto Martino
Minister Provincialis

Fr Romanus ad Casimiro Defi: Amus

F Antonius à Nativitate BVMariae Deffinitor et ejusdem Deffinitorii Secretarius

Benedicta sit SS. Trinitas.

Acta Venerabilis Definitorij Provincialis sub Praesidentia N.R.P. Coelestini a S. Martino Ministri Prolis in Conventu Brachiloviz D. 24. et Sequentibus Mensis Novembris 1811. Celebrati.

Sessio Prima

Hae Sessio initium sumpsit D. 24. Novembris hora tertia pomeridiana, qua sonante post pulsum Campanae N.P.S. Provincialis, ac duo Provinciae Definitores P. Thadeus à S. Joachimo, et P. Marcellinus à S. Martino (: nam duo reliqui nempe P. Theophilus a S. Martino et P. Onuphrius à S. Dionysio ex tunc absentij premissa vigore Legum intimatae Spiritus S. invocatione facta per N.P.S. Provincialem Salutatione praescripta per Leges Sacras juramentum emisere. His pro electis lectae sunt Patentes Triennales Dominum Theophilum S. Nicodemi et Privilegij, quae ab immemorabili Capitulo Mensae Majoris in Collegio Lucor celebrato non fuerant transmissae. Post hanc lectionem successit Definitorium ad deputandum Definitorii Secretarium cujus Electio ad futuram Sessionem determinata, atq; Sessio ad diem vesperam est soluta.

Sessio Secunda

Die 25 Novembris. Quandoquidem matutino tempore propter Devotionem S.tae Catharinae ad mentem usq; protractam Sessio haberi non potuit, proinde hora 3.ia pomeridiana post solitum campanae pulsum precario, ut moris Spiritus S. invocatione facta, Definitorium accessit ad Electionem Secretarii Definitorii praesentis, cujus quidem Electionis sors accidit super P.F. Marcellinum à S. Martino ut puto Definitore Provinciae quartum, qui illius praescripti per Leges praestitit juramentum.

Post modum N.P.S. Provincialis duos proposuit è nostris nempe P.F. Camillum a S.P.N. Felice, et P.F.m Dumesnenum a Lunetis ad eligendo unum ex his in Chronistam Provinciae quae quidem Electio pro accepta forma et canone Legum ad futuram Sessionem est dilata.

In continuatione porro ejusdem Sessionis N.P.S. Provincialis non nulla proposuit, quae pro bono Provinciae moderamine omni quidem ex parte necessaria, ac ipsimet Legum Sanctis praescripta et demandata, contrarij tamen et peregrina intendo aut seu potius abusum neglecta ac vilipensa esse deprehenderat. Ut circa notitiam et exercitium quae ad bonum regimen Triennalium regimen Inc. 1.ae Regulae Cap. 29. et Constitt. Cap. 30. superioribus Vocalibus et Communitati, quorum unde Deputatis

Constitutis injunctum, circa Sacrificia quæ a perpetuis et Stipendiatis
aliisve Obligationibus superesse valeant, non generice ad Thesaurum
Curiæ explicanda, sed cui intentione N.R. Provinciales absolvendo
ejus specifice transmittenda: circa manuales Missas Stipendia
quæ si superflua interdum ac residua, a necessariis Domus obligationibus
minuerit Superiores locales nil aliéni et extranei participent
sed N.R. Provinciali consignent et transmittant, vel non
gravabiliter eidem residuum stipendiorum numerum notificent, ut
ea suis Domibus magis indigentibus distribuat. Circa Capellanias Religiosorum, ne scilicet Superiores locales absq. certa et
peculiari facultate N.R. Patris subditos suæ jurisdictioni Sacerdotes
ac Curiæ Dynastes seu Parochialium Rectores pro totius anni
spatio consignare audeat. Circa Munuscula utensilia et quævis
residua post obitum Ministri Fratris a aliter Provinciæ Prælatus
ne scilicet ea Superiores locales a suis nutu ac libitu et
lingere, distrahere alijs partim audeant, sed eis in presentia Consiliarior et Graviorum Patrum obligatis, ac de jure notificent
ejus ac mentem Constitt. Cap: XO. §VI.

Quas quidem salubrimas ac menti et spiritui Legum
per quam conformes N.P.S. Fratris prejuditiones V. Definitorium
specifice reassumendo volensq. eas necessarias robur et exercitium
habere statuit ac definivit.

2do Animadvertendo V. Definitorium cum dolorosa cordis amaritudine palpabilem tam in Superioribus Localibus quam
in Consiliariis circa bonum commune ministerium et negligentia undo innumera pullulent et causant detrimenta, dum
ex una parte Superiores Locales circa commissum curæ et solicitudini suæ Christi Patrimonium non ut fideles Villicos et
Dispensatores se gerunt, sed tanquam Absoluti Principes et filii
Prodigi post habitis Virorum prudentium ac bene Religioni faventium consiliis, cum malesuadis phitonicis et prodilectionis complicibus congregata, ac laboriosæ illuta Fratrum suorum subsidia, et quævis ac manu influenta usus fructus, nedum Diœcesanis verum etiam secundarijs exaniunt, et dilapidant, ac suis vesanis
inordinationibus cretenus et scriptoriis commorefacti, varias eorum
persuasiones, ac legitimas comminationes conculcare, deluerere
et explodere nil verentes, ex altera vero parte Consiliarii et Communitatis Secretarii a plurimis subquisiti et electi ac proinde vitæ fautores ac diligentiæ cooperatores, manifestum bonis
communibus detrimenta ne dum sticis oculis intuentes ac frigida
mente respiciunt, verum etiam consentiunt dilaudent et clandestine
vel vere esto legitime instituti a sit debitis Superiorum patato
minime arridentes in judiciis Superiorum animis sunquam
eruditi, imo salubrimis persuasionibus minime suffragantibus,
semper vilipensi, rejecti, atq. acerbis persecutionis machinationibus
afflicti, vix aliquando os aperire præsumunt, et pulchra bonis communis Dispendia ac famæ Religiosæ prostitutionem in silentio
deflere cogunturs. Hijs profecto mœrentissimis V. Definitorium Justo

motivis prejudicando Boni Communis integritati ac emergentibus malis obviando revocat pregnomis huyusmodi superioribus, tamen de tuori Codici, tum Decretor Sacre Sedis Apostolice Oracula, suis locis attente legendo, discutiendo, salubriter nuncianda ac ad proprium uniuscujusq Conscientie medicamen necessario applicanda. Vult Etiam, ac precipiendo sub obtestatione ac interminatione Divini Judicii precipit, injungit et mandat quatenus Superiores tu Sacre Nre Regule Cap 29 tu Constitutionu Ordinis Cap 30. Cap HO § 10. Cap HO § 12 legant relegant, corde habeant, et paterna sollicitudine in promptu manu tenere, et exequi curent. Quod vero attinet Conciliarios hic in omni qua parest validitate ac fidelitate, attento tenore et eod effectu deducere satagant, quod ad cor officiu Constitutionu Ordinis Cap 29 § 2. jenita et injuncta manent, scientq quod si in hac munere sui parte desides, aut adulationis v cuniventie pretextu, vel vero malevole repugnationis, et perversa nota ducti, aliquis detrimenti causa abstinent, proscriptos vigorade quim penas a N R Provinciali infligendas subire benecuntur et ab officior suor exercitio amoveri merebunt.

2do Statuit preterea V Definitorii quod Superiores in quibuscum Provincie Domibus, postquā ad decursū ejus Libel monesis Perpetuis Convictualibus et Stipendialibus Obligationibus satisfecerint residua Missar Sacrificia ad thesaurum Calcarie applicari faciunt nolentes animadvertere quod nonnulla Provincie Domicilia totū fere subsistentie sue sumpsi in oblatis Missar Stipendiis habeant, vix ergo interdum intra unū alterū mensē sufficere queat alicunde vero his officinatibus vix ac nevix urgentissimis victus et amictus necessitatibus satisfacere possunt. Proinde V Definitorii justa maturā deliberatione obstringit Superiores Locales, ut si quas ex dictis redditibus ut supra onoribus superfluerint libere Missar Sacrificia ea ad N R Provincialis intentione applicari, et quanta citius eidem transmitti faciant, quatenus eor numero magis indigentibus Provincie Calcarie fraterna Charitate succurrere ac opitulari valeat.

3tio Latuit quoq V Definitorii quod quamplurimi Domorum Superiores in partitione Stipendior Missarū fraterna Charitati deesse deprehendunt, dū Specifica Stipendia, e suis unicuibus residuagubus intra unum altenumve Mensē satisfacere negueunt alienis et extraneis pueris eadem distribuere volunt. Huic Charitatis defectui obviando injungit V Definitorii Superioribus, ut si forte residua et suae Communitatis numeris excedentia Missar Stipendia habuerint, ea e patrimoniis suis Provincie Domibus magis indigentibus assignari faciant, vel vero N R Provinciale hoc quanto residui Stipendii indicate certiorem faciant, Specificum quantū eidem tempore Visitationis reddituri, ut sic et Justitie et fraterne Charitatis legibus fiat satis.

Ito Statuit insuper ad notitia V Definitorii, quod nonnulli Superio-

res locales limites sue Jurisdictionis supergredi deprehendunt, dum subjectos sibi Pectores propria authoritate in Curiis Dynastar aut Parochialium Rector etiam p totius Anni obsequiis obeare presumunt debita apud N.B. Provincialem haud obtenta ac ea facultate, nec aliqua circa hujusmodi negotiu notificatione antea perfrivè facta. Abusive hujusmodi prauis pactiq ac Ecclesiasticis Sanctionibus et Legum tamen manifeste adversat, ac legitime Jurisdictionis authoritat derogare convincit: Unde V. Definitorio Annuis ejusmodi Capellanias interdicit, atq Superioribus localibus injungit, ut in similibus omnigentilis exceptis brevi aliquot septimanar mora ad N.B. Provincialem recursu faciunt, et p obeundis ad annua obsequia Religiosis facultatem in scriptis impetrent et obtineant.

6to Denique presumptione quorundam Superior, qui ni ea que sui muneris et juris nonnunt sese intromittere non verentur justa reprehensione limitanda V. Definitorio eidem commendat, ac strictiq injungit, ut si quandoque Ministrum q Definitor Provincialem aut quemcunq ex Emeritis Provincia Patribus seu Prelatis ecclesiasticis obire contingat, eor mentibus, scripta ultimitia, et quarumvis supellectilem residuq attingere suppremere et sui juris facere neutiquq presumant, sed eidē in presentia Consiliarior ac Emeritor et Provinciq Provincia Patru sigillo munitis et bene clausis, qd cui de jure ex mentem Constitutionum Ordinis Cap HO §6. competit restituem reddant quave ratione ea distrahi et classificari debeant ab ea Dispositione et mutitia expectent.

Sessio Tertia

Hac Sessio 27 Novembr post pulsu campana hora nona matutinu inchoata, qd media duodecima antemeridiana durauit. In hac Sessione ex suffectis 25 Novembr Patribus, suffragantibus totius Definitorii votis et calculis P. Camillus a S.P.N. Felice in Chronotegam Provincia electus est.

In hac Sessione. V. Definitorio innovat ac in suu robore et valore permanere vult Decretu V. Definitorii Brolii 1809. Anu in conventu Brixiens celebrati circa peculiu ex quibusvis fontibus obveniens in Area triu clauiu reponendu, atq inde ad ejq Constitutionis nu extrahendu, ejq ad mentu et tenore Constitt. Ord Cap 29. §2. n 2. Reverenter in mentu ac Superioribus localibus qd strictiq sirnu observantia commendat precepti Constitutu Cap II §3 n4. ubi hac formalia verba leguntur, Eleemosyna recepta p Missis Capellaniis nomuniis, Patrimatibus dictis, et Sepulturis pecuniis nullatenus in totu vel in partem (: etiu consentiente Conventu) expendant, sed ad Cenu annuum reditus imponant... Ad hoc ut hem rit sedulo custodiat pecunia imperlita p Missis, et reliqua in hac Constitutione enumeratis. Precipimus in virtute S. Obedientia ac sub Gravi pcepto, Omnibus Religiosis tam Electis qua Subditis et cuilibet in particulari, quod de dicta pecunia non investitur nihil ex ea expendant, etia titulo mutui, ac bene quocunq. Superiorq contrafaciens privetur sit Officio suo, etiu vocis qua Arater voce et loco per triennio.

Vult etiam ac precipit V. Definitorio Dispensat omnibus et singulis Domus Superioribus quatenus Decretu in immediato co-

pitulo Provinciali 20 Maii Luceriæ celebrato circa Collationem Spiritualem ac Titulo Mensali, circa frequentationem Chori, circa Mentem et vocalem Orationem ac his similia, Statuta Regularia primo munia et exercitia in omnibus cubi Discrimine Domicilii observari faciant.

Exhortat Insuper, ac iter ideo, obstringit V. Definitorii Superiores Domos quas circumeant Animarum cura habeat, ut certiores ac, quo impermultis Capitulor, Definitorior et Canonicas Visitationum Sanctis disposita et ordinata maneant fideliter et amussim exequi curent, ut semper in Ecclesiis Parochialibus, ubi major frequentia populi ac puerorum et puellarum numerosior fieri solet concursus, Diebus Dominicis et Festivis horis justa exigentia temporis ac secundum prudentem Superior dispositionem Sacramentalis Catechetica Doctrina omnino tradat ac peragatur laudabilis hujusmodi praxis jugiter exerceat et retineat cum hac tamen communi Theologor et Affectur Sententia, quod Definitiva Sacro Sancti Concilii Tridentini Authoritate Parochiæ Ecclesiis injuncta ac Cogente munera. Quæ quidem munia ac Parochialia quovis obsequio minime Sacerdotes impedire debent, quo minus ab exercitio horæ Canonicæ præscripto tempore in communi recitandæ absque Gravamentis hic ac quibusvis debitibus minime obstantibus omnibus Chori et Ecclesiæ functionibus præsto esse et assistere teneant.

Innotuit V. Definitorio quod in quibusdam Provinciæ Domibus Religiosi humeris non sunt provisi amictu ac cæteris necessariis unde ut obtineant et V. Definitorii Superiores, qui huic suæ Obligationi defuisse convincuntur, ut sub expectanda justa R. P. Provincialis reprehensione sine mora subjectis suæ Jurisdictioni Religiosis ea omnia subministrare curent, quæ ad honestum et decentem suum convenientia amictum sunt necessaria. Aliter enim peccant et relegant Cap. 40 § 10 Constitutionum et præsumitur, ne tuti quod circa subjecta sibi individua in Spiritualibus et Temporalibus extendere debent charitate et vera diligentia, qualiter sint culpabiles ac eo ipso punibiles in gravissimis munerib sui partibus negligentes esse deprehendat.

Animadvertendo V. Definitorii ex quanta difficultate non nulli Superiores Conventuum suis Domibus compareant, solvendæ hujusmodi angustiis opportunum adhibere remedium paternalis circumstantiis sibi majori huc in parte adesse judicat. Declaret ergo ac decernit quod ad eundem compareant Domibus in Prosecturæ Lugovij, Caransebes, et Orsovæ situatis Ministri Provinciales Domibus autem in Prosecturæ Ujvarensi, Gradiscensi, Mariasensi, Mehadiensi et Utiebesz existentibus Ministri Antistites Deputati, qui hujusmodi fraterna charitate obsequia subire nō gravabunt.

et pote quor Claustrum in prestinum jacent distantia a loco in
quibus Curatus comparuit protestus strictissime teneri Dictos Domos
rum in indigitatis Effectuis reluctetur Superiorum obligat, et volen-
tes hacce fraterna Charitas beneficentia sui et ejusdem tempestive
et celeri more primo rempe statum triennii sui Anno nicdicteto
reliqui pecunia, quo quantitate Curatus sibi necessario exigit
Patribus Antecolis et Bratislavii Ministris consignari et trans-
metti omnino curent, cui hic necessario ac tempestivo mutuo
emptione eandem pecunia quantitate Magistro Fabricis illius
tradere teneant.

Sessio Lucensis

Die 29 Mensis Novembris. hora Nona et media matutina
post consueta campane pulsu inchoatu. In hac lecta est Inven-
tarium Collegii Anticoli a Superiore loci transmissu et perlectu.

In hac eadem Sessione sancitu est quatenus Superiores loca-
les postquam a N.R.P. Provinciali aliquod mandatu sive Offici-
orum recommendatione (vulgo Zalocenia) in Scriptis obtinue-
rint et recegerint, sine mora de receptione ejusdem per Lit-
teras Epistolares sub sigillo Aquile notificatione (vulgo Rapporto)
eidem dirigere, et transmittere teneat, cum id bonus Ordo et
communis in Regimine prudii omnino exigere convincat.

Intimat quoque et precipit Superioribus locabilis ut si ca
ut urgentissimus quidpiam evenit negotii, aut extraordina-
rius, et majoris momenti continget casus, qui communis Uni
cuit rei familiaris et domestica incrementu detrimentu
quomodolibet concernere videat illicu vel ordinaria (vulgo
Rapporto) N.R.P. Provinciale certiori reddere no intermittat.

Huic denique Constitutioni Ord. Cap. HC 31. manifestem
si quant et declarant Pater Generalis cu Consensu Provincialis
in qualibet Provincia Designet Domus Novitiatus necessa
rius p educatione Novitiorum et semper sint segregate a fre
quentia et concursu secularium et semel Designate non relin-
quant sine gravi causa. Ministri autem Dicte Domor provide
tos sint et observantes, et qui rum fuerint (vulgo Mastri) Ma-
gistri Novitior et Professor, aliunde vero unquam Decreta De-
finitorii Generalis Ordinis sub Precidentia N.R.P. Jos. Pio
Stanislai ab Assumptu Bl. Mariae Vicarii Generalis Ordinis
Anno in Collegio Nostro Lucensi die 12 Junii a 1794 celebrati,
Conventus Bratislavii p Domo Probatorii Communi dest-
gnatus non pauca Novitior numeru ex ad emissionem Pro
fessionis aliquot annor intervallo sustentabat. hic quoque
et nunc ob juventutem Religiosor majori curarum pro ob-
undis Ecclesie functionibus ac Debita Chori et Divinis
Mysteriis Assistentia indiget numero, et interea in Scholis
Viricensibus et Parentibus no longe ab hac Claustro Dilla
tibus numerosissima Alumnor reperiat frequentia, unde
eximia p Statuta Ecclesiastica et Regulari imperarent pos-
sunt subjecta: his proinde gravissimi momenti Cuita mo-

vis V. Definitorii volens et paucitati Religiosorum in hac Domo consulere et boni communis integritati ac totius Provinciae emolumento prospicere definitivè statuit ac decernit, ut in hoc Conventu Brahilovii Domus Probationis instituatur et manuteneatur. Pro vero Brahilovii Conventus Ministrum Vigilantissimum summopere exhortatur ac obstringit, ut pro augendo apud Deum meritorum cumulo, proque singulari Religionis amore ac propensissima erga bonum commune voluntate, omnem exhibeat curam, omniq. instet solicitudine, ut in diebus ejus, et merito et numero fidelium Dei Cultorum turba succrescat et augeatur. — Et quod vel maximè hac fecere videtur, est istud, quia Illmi Fundatoris Successores et Nepotes fecerunt, equidem meliorationem Fundi, hac tamen cum conditione, ut ad mentem Primigenii Fundatoris in hoc Claustro Brahilovii Personae Religiosae tredecim maneat et persistat.

Sessio Quinta et Ultima

Eadem Mensis Novembris currentis 1811 Anni 29 Die horis pomeridianis ad solitum Campanae pulsum instituta fuit haec ultima Sessio in qua cum nihil praeterea ad agendum superesset, hinc ultimam operi apponendo, ut Actus canonicè inchoatus et continuatus Canonicum quoque sumeret conclusionem Secretarius Definitorii pro more et acceptu praesi consurgens omnia ejusdem Sancita omnesq. Ordinationes a Capite, ad calcem usque de verbo ad verbum legit. Qua lectione finita Actus conclusus et Canonicum manuum subscriptione confirmatus extitit. Die Vigesima Nona Novembris Millesimo Octingentesimo Undecimo Anno.

Fr. Caelestinus a S. Martino
Minister Provincialis mpa.

In absentia Pris Definitoris 1mi
Fr. Thadaeus a Sto Joachimo
Definitor 2dus.

Marcellinus à S. Martino mttae
Dfr 4tus, et ejusdem Definitorii Secretarius

Benedicta sit S.S.S. Trinitas.

Acta Venerabilis Definitorii Provincialis sub praesidentia N.R. Patris Caelestini à S. Martino Ministri Provincialis in Conventu Berestecensi die 27. et seqq. mensis Junii 1813. celebrati.

Sessio prima.

Haec Sessio initium sumpsit die 27. mensis Junii hora nona matutina, in qua quidem ante omnia P. Onuphrius à S.o Dionysio Definitor Provinciae tertius, utpote qui Definitorio Post-Capitulari diebus Novembris 1811. anni in Conventu Brahiloviensi celebrato aberat, juxta tenorem Legum nostrarum juramentum praestitit. Tum post invocatum Spiritus Sancti lumen et auxilium, N.P. Minister Provincialis praesentes Provinciae Definitores, nempe P. Thaddaeum à S.o Joachimo 2dum, P.m Onuphrium à S.o Dionysio 3tium, et P. Marcellinum à S.o Martino quartum Definitorem eggregia consalutatione allocutus, rationem reddidit, quibus de causis praesens Definitorii Actus hucusque differri debuit. Bellici nempe tumultus, communes clades et direptiones, injuria temporum, distantia loci, ac tandem nunquam sat deflenda mors unius è gremio Provinciae Patrum membri, P. nempe Theophili à S.o Martino Emeriti Provinciae Ministri et actulis ejusdem Definitoris primi, insuperabilem obicem posuêre, quod necessarius ac aliunde rigore Legum praescriptus hujusmodi Provinciae consessus ad hanc usque moram nullatenus celebrari potuit. — Facunda hujuscemodi allocutione finita, factus est accessus ad electionem Secretarii Definitorii, pro quo quidem officio duos N.P. Provincialis proposuit, P.m scilicet Onuphrium tertium, et P.m Marcellinum quartum Provinciae Definitorem, atque per secreta suffragia P. Marcellinus electus, illico praescriptum pro munere Secretarii in manus N.P. Provincialis quà Definitorii Praesidis juramentum emisit. Praelimineribus hujusmodi requisitis ad exitum deductis, declaravit N.P. Provincialis, primas Definitorii partes esse, ut ante omnia electioni Definitoris manus admoveatur, prinsquam alia pertractentur. Proinde ad hunc effectum, unicuique ex Electoribus porrexit et distribuit elenchum personarum ad id muneris elegibilium,

ninirum: — P.r Romanus à S.o Casimiro.
P. Gregorius à S.o Benedicto.
P. Melchior ab Annuntiatione B.V. Mariae.
P. Aloysius à Conceptione B.V. Mariae.
P. Valentinus à Nativitate B.V. Mariae.
P. Bonifacius à S.o Adamo.
P. Felicianus à S.o Francisco.
P. Leo à Nativitate B.V. Mariae.
P. Camillus à S.o P.e N.o Felice.
P. Guillelmus à S.o Antonio.

Et distributo hujusmodi Elencho, Sessio finem accepit.

Sessio Secunda.

Eadem, ut supra, die, post solitum campanae pulsum, Sessio haec horâ tertiâ pomeridianâ initium sumpsit. In illa praemissis praemittendis vigore Constitutionum praescriptis, factus est accessus ad electionem Definitoris in locum vacantis officii Definitorialis. Porro ex porrectis in elencho matutinae Sessionis decem personis, per secreta suffragia proximè elegibiles patuerunt sequentes: — P. Romanus à S.o Casimiro; P.r Melchior ab Annuntiatione B.V. Mariae; P. Gregorius à S.o Benedicto; P.r Bonifacius à S.o Adamo. — Applicatis autem iterum suffragiorum schedulis, ex praelibatis immediatè quatuor personis cecidit sors super P.m Romanum à S.o Casimiro, atque favente sibi quaterno votorum numero, renuntiatus est à N.o P. Provinciali Definitor Provinciae quartus. — Completa istiusmodi electione, lecta fuerunt nonnullarum Provinciae Domorum Inventaria, scilicet Collegii Antecollensis et Luceoriensis, Conventus Berestecensis, et Residentiae Skumbarensis. Et his finitis, Sessio in crastinum soluta extitit.

Sessio Tertia.

Die 28. mensis Junii, post solitum campanae pulsum, hora octava ad mediam matutina haec Sessio instituta fuit. In hac Sessione lecta fuêre Inventaria Domorum Trinitopoliensis et Molodecensis. Quia porro in Inventario Conventûs Molodecensis posita erant debita passiva per emeritum ejusdem Domus Ministrum P.m Aemilianum à S.o Michaële contracta fl. pol. 557 gr. 14 aequivalentia, quorum aliqua acsi jam Credito-

ribus restituta praefatus P. Ex ministeri in Registris Domus adnotaverat, interea tamen Dicti Creditores cum schedulis advocantes restitutionem suorum debitorum à Successore instantanee requirunt: hinc P. Emilianus in Adiunctionibus nisi prius concludis committendum erit, quatenus planum hac in parte faciat explicationem.

Praeterea lecta fuit P. Antonii à Nativitate B.V. Maria Ministri Orsensis notificatio (vulgò Rapport) die 10. Febr. anno elapso 1812. scripta et ad N.P. Provincialem directa, ubi inter alia supplicabus apud N.P. Provincialem agit votis, ut, quandoquidem Domus Orsensis absque ullo hic et nunc existente fundo, emendicato duntaxat sustentat pane, atque in hisce angustiis posita, nedum prosequendo gravissimos negotii, quod Retroposit ab aliquot annis agitatur et quotidianas exposcat impensas, verùm etiam exolvendo pro Generali Seminario Vilnensi Concernenti prorsus impar est, ut, ingeram, N.P. Provincialis, perpensis cum Ven. Definitorio afflictus istius loci Domus circumstantiis, hac saltim in parte eidem subvenire et opitulari dignetur, ut eam à debita pro dicto Seminario contributione tantisper relevare, atque per alias Provinciae Domos pro temporis exigentia dispartiri velit. N.P. Provincialis una cum Ven. Definitorio post maturam hac in parte deliberationem, definitivè statuit et decrevit, ut Domicilia Provinciae nunc speciatim designanda, pro nostra ac exigentissimam fraternae charitatis testificatione, ad requisitionem N.P. Provincialis suo tempore in scriptis transmittendam, eam pecunii quantitatem suppeditare ac enumerare obligent, qualis à Conventu Orsensi pro hujusmodi exigentia desideratur. Desiderat autem quantitas quinquaginta duorum Rublonum argenteorum et Copionum quinquaginta. Eaque consignare eam tenebuntur

Conventus Berestecensis	Rub. 5.	—
Collegium Lucecoriense	Rub. 5.	Cop. 50.
Conventus Brahilowiensis	Rub. 5.	—
Conventus Theophilopol.s	Rub 10.	—
Collegium Mariecolleuse	Rub. 7.	—
Residentia Crivicensis	Rub. 5.	—
Residentia Szumbarensis	Rub. 5.	—
Residentia Rybnicensis	Rub. 10.	
Est	Rub 52.	C. 50.

In hac denique Sessione propositum fuit petitum N.P. Provinciali à moderno Residentiæ Camenecensis Præside P. Gregorio à S. Benedicto, oretenus porrectum, circa onera Missarum ab antiquo contracta et duorum mittium numerum excedentia; ut huic urgentissimæ necessitati unà cum Ven. Definitorio prospicere ac opportunum remedium apponere dignet, cum præterea dicta Residentia pecuniariis quoque passivis debitis aliquot Florenorum millia æquivalentibus prematur. Ven. Definitorium cum omnimoda ac ut par est debita circumspectione animadvertens, de strictissimo hic agi conscientiæ nexu et ligamine, cupiens, ut et justitiæ, et fraternæ charitatis fiat satis legibus, et æquissima omniq ex parte necessaria sacrosanctæ Decretorum Sedis Apostolicæ authoritati præstet obedientia, neve piæ Christi-Fidelium defraudent voluntates; simili quoque ut suprà pacto definitivè statuit, et mox nominatim exprimenda Provinciæ Domicilia ad certum Missarum pro re Camenecensis Ecclesiæ successivis mensibus absolvendarum numerum obligat et adstringit, videlicet:

Conventus Berestecensis Miss.	400.
Collegium Luceoriense	352.
Conventus Brahiloviensis	100.
Conventus Theophilopoliensis	200.
Conventus Molodecensis	100.
Residentia Brestensis	100.
Residentia Crivicensis	100.
Residentia Szumbarensis	100.
Summa Missarum	1452.

Cumq nihil præterea ad agendum superesset, Sessio ad pomeridianas horas soluta fuit.

Sessio Quarta.

Eadem, ut suprà, die, horâ tertia pomeridiana hæc Sessio inchoata fuit. In hac N.P. Provincialis proposuit, quod, quandoquidem anno elapso P. Jacobus à S.P. Felice Collegii Luceoriensis Minister eotum in vivis superstes, jam instantaneis precibus multoties N.P. Provincialem molestavit, jam denique scriptotenus renuntiationem sui Officii in manus ejusdem d. 24. mensis Septembris anni elapsi in manus ejusdem porrexit, his autem urgentissimis N.P. Provincialis compulsus motivis, P. Marcellinum a S. Martino Prvæ Dfrm dicti Domicilii Præsidem tantisper designavit: hic porro et nunc scisitatur, velitne V. De-

fideitorium ad Canonicam nostri Juvinistri electionem accedere, vel vero designatum à se in numero Præsidis remanere. Et conformiter ad regulam et dispositionem N.P. Prioris duo Definitores, unus nempe S. Thaddæus, et secundus P. Theophilus reposuere, ut designatus à N.P. Rho P. Marcellinus Dfr tertius remaneat, et ad imminens usque Provinciale Capitulum officium Præsidis suppleat et exerceat.

His peractis, accessit Ven. Definitorium ad confirmationem electi in hesterna pomeridiana Sessione Definitoris quarti P. nempe Romani à S. Casimiro. Cum porro nihil spatium exigiat quatuor horarum nullum circa hanc electionem patuit impedimentum, hinc in mane hodierna Sessione concordibus omnium votis et calculis præfatus P. Romanus à S. Casimiro Definitor quartus confirmatus extitit. Et his perfectis, Sessio in crastinum soluta.

Sessio Quinta.

Dies 29. mensis Junii. Hodie, propter solemnitatem Sanctorum Senatus Apostolici Principum Petri et Pauli, matutino tempore Sessio haberi nequibat. Post meridiem vero horâ tertiâ post solitum campanæ pulsum, congregatis omnibus Vocalibus, P. Romanus à S. Casimiro utpote Neo-electus et confirmatus Provincia Definitor tenore Legum præscriptum emisit juramentum. — Cum porro in locum P. Romani à S. Casimiro e Redemptore Provincia in Definitorem ejusdem hic et nunc electi, necessarii substituendus ac eligendus esset Redemptor, tanquam necessarius pro futuro Capitulo Vocalis: hinc pro adjuvando hujusmodi officio duos N.P. Provinciales petiverit, P.m scilicet Gregorium à S. Benedicto, et P.m Leonem à Nativitate G.V.M.æ Facta vero globulorum Vocalibus distributione, quinquenni votorum et calculorum suffragio electus est in Redemptorem Provinciæ P. Gregorius à S. Benedicto hic et nunc Residentia Camerinensis Præsidens. — Completo autem utroque Confirmationis et Electionis ritu, Sessio in crastinum soluta.

Sessio Sexta.

Die 30. Junii hora octava matutina hac Sessio initium sumpsit. In hac Sessione lectus ac discussus fuit Supplex Libellus per P. Felicianum à S. Francisco Ven. Definitorio porrectus. Completa porro ejusdem lectione et discussione, resolutio in separato folio eidem data et transcripta fuit. Quo facto, Sessio soluta.

Sessio Septima.

Eadem, ut supra die, hora tertia pomeridiana hac Sessio inita fuit. In qua præprimis, quod attinet Decretum formatum tempore Visitationis 1809. anno Berenci peracta n.° 10. positum, Ven. Definitorium variis cum vicis pernotum sanxit illud è præfato Visitationum Libro eliminandum fore.

Praeterea innotuit Ven. Definitorio, quod in quibusdam Provinciae Domiciliis nonnulli Religiosi nostri usque adeò excelsae ac Divinae vocationis suae immemores esse deprehendunt, ut ipsasmet etiam frugalitatis et honestatis regulas transgredi non vereant, dum in civitatibus et oppidis mansionis suae non modò, contra manifestam S.ae N.ae Regulae prohibitionem manducare et bibere praesumunt, verùm etiam contra omne fas, extra Claustra, in domibus privatis, leges temperantiae et sobriettis excedere, atque eadem publico scandalo, cumq maximo Religionis et Ecclesiae dedecore sese inebriare impudicè assolent. Proinde sub obtestatione Divini judicii, ac sub gravissima et comminatoria animadversione, injungit ac praecipit Superioribus localibus, ut verbo et exemplo suis subditis praeeundo, enormissimo ac teterrimo hujusmodi abusui obviare, pravam ham consuetudinem ex cordibus et moribus subjectorum eliminare, contumaces et refractarios severè corripere omnimoda solicitudine satagant. Revocet quilibet Religiosus sibi in mentem, et ante oculos habere evitatur, quid hac in parte curiga virtutum prudentia, quid honestas, quid aequi boniq ratio dictat et insinuat; quid denique ipse Legum nostrarum Canon praecipit, et disponit. Legant utique, ruminent, et prae oculis obversent formalia Constitutionum Cap. 18. verba tenoris sequentis: "A Religiosis, praesertim Discalceatis, valde aliena est intemperantia et ebrietas: propterea, quilibet in hac materia defectus magnopere reprehendi et puniri debet. Quare, si quis (quod Deus avertat) ebrius aliquando deprehensus fuerit, si acciderit sine scandalo, paena culpae gravis puniat per sex dies; si cum scandalo, sit incarceratus per tres menses, et privatus loco et voce per annum unum."

Postquam modernis afflictuosissimis rerum ac temporum circumstantiis variae intercessisse debuerant vicissitudines et permutationes; hinc V. Definitorium omnibus Superioribus locorum iterum iterumq commendat et injungit, ut Computus seu Rationes triennales tempestivè confici, ac ad ultimam Februarii anni futuri scriptas et subscriptas absque mora Luceoriam dirigi et transmitti curent; cum instantaneam hujusmodi expeditionem, et bonus rerum ordo, et accepta praxis, et praeprimis, diversae, ut innuimus vicissitudines omnino exposcant ac urgeant.

His finitis, Sessio in crastinum soluta.

Sessio Octava.

Haec Sessio die prima mensis Julii a.c. ad solitum campanae pulsum horis pomeridianis instituta fuit. In qua quandoqui-

~~[illegible] ad Canonicam novi Ministri electionem accedere, vel vero [illegible]~~

dem nihil jam ultra ad agendum superesset, hinc ultimam operi apponendo manum, ut Actus Canonicè inchoatus et continuatus Canonicam quoque sumeret conclusionem, Secretarius Definitorii pro more et accepta praxi consurgens, omnia ejusdem Sancita, omnesq Ordinationes à capite usque ad calcem de verbo ad verbum legit. Qua lectione finita, Actus conclusus et Canonica manuum subscriptione confirmatus extitit. Die prima mensis Julii. Millesimo Octingentesimo Decimotertio anno.

Fr. Calestinus a S.re Martino
Minister Provincialis - mpa.

Fr. Thadaeus a S.o Joachimo Definitor
Amus

Marcellinus à S.to Martino Definitor tertius, et ejusdem Definitorii Secretarius.

Benedicta sit S.S.S. Trinitas.

Acta Venerabilis Definitorii Provincialis sub Praesidentia N.P. Caelestini à S.o Martino Ministri Provincialis in Conventu Theophilopoliensi die 18. et seqq. mensis Novembris 1813. Anno Celebrati.

Sessio Prima.

Haec Sessio initium sumpsit die 18. mensis Novembris hora nona ad mediam matutina. In qua quidem invocato praeprimis Spiritus S.ti lumine et auxilio, N.P. Provincialis duos duntaxat praesentes Provinciae Definitores P.m nempe Onuphrium à S.o Dionysio hic et nunc jam primum, et P.m Marcellinum à S.o Martino in praesentiarum secundum Provinciae Definitorem, innata equidem ac perelegante facundia, est simul lachrymabili voce consalutavit. Duos inquam solummodo Definitores ac flebili voce affatus est, quandoquidem duo è gremio Nostri, scilicet P. Thaddaeus à S.o Joachimo primus die 4. Octobris Criviciis, et P. Romanus à S.o Casimiro quartus Provinciae Definitor die 3. Novembris anni labentis Beresteci è vivis excessêre, totamq. Provinciam tristi ac lugubri dolore affecêre. Porro postquam fraternae teneritudinis officiis justisq. lachrymis et doloribus satis datum est, illico ad ea factus est accessus, quae Canone Legum praescripta manent. Itaque praemissis praemittendis, quae Constitutionum Cap. 39. §. 5. indigitata deprehenduntur, post electionem ac depositionem juramenti Secretarii P.s Marcellini à S.o Martino, N.P. Provincialis declaravit, primas Definitorii partes esse, ut ante omnia ad electionem Definitorum procedatur, priusquam ad alia manus admoveatur. Proinde ad hunc effectum, porrectus est unicuique elenchus personarum ad id numeris elegibilium, nimirum

P. Melchior ab Annuntiatione.
P. Gregorius à S.o Benedicto
P. Aloysius à Conceptione.
P. Antonius à Nativitate
P. Valentinus à Nativitate.
P. Bonifacius à S.o Adamo.
P. Felicianus à S.o Francisco.
P. Leo à Nativitate.
P. Camillus à S.o P. Felice.
P. Aemilianus à S.o Michaële.
P. Benedictus à S.o Josepho.
P. Guillelmus à S.o Antonio.
P. Leonardus à Conceptione.
P. Leo à S.o Nicolao.
P. Angelus ab Ob. Sanctis.
P. Stephanus à S.o Basilio.

Distributo personarum remotè elegibilium elencho, illico porrectæ fuerant schedulæ pro facienda proxime elegibilium electione, atque per secreta suffragia proximè elegibiles patuerunt sequentes: P. Aloysius à Conceptione B.V. Mariæ — P. Antonius à Nativitate B.V. Mariæ, — P. Valentinus à Nativitate B.V. Mariæ, — P. Camillus à S.P.N. Felice.

Et his peractis, Sessio ad pomeridianas horas soluta.

Sessio Secunda.

Eadem, ut suprà, die, hora tertia pomeridiana hæc Sessio initium sumpsit. In hac præmissis præmittendis, quæ Canone Legum præscripta manent, accessit Definitorium ad electionem Definitorum in locum vacantium Officiorum Definitorialium. Porro, quandoquidem ex porrectis sedecim remotè elegibilibus personis, per secreta suffragia in matutina Sessione quatuor proximè elegibiles pro eligendis duobus Definitoribus patuerunt, proinde in moderna pomeridiana Sessione applicatis iterum secretorum suffragiorum schedulis, ex prælibatis quatuor personis cecidit sors super Patres Aloysium à Conceptione B.V. Mariæ et super Antonium à Nativitate B.V. Mariæ actualem Ministrum Orsensem, quorum uterque favente sibi bino votorum numero, Pr quidem Aloysius à Conceptione B.V.M. in tertium, Pr verò Antonius à Nativitte B.V. Mariæ in quartum Provinciæ Definitorem electus, mox à N.P. Provinciali renuntiatus extitit. — Completa hujusmodi electione, in hac eadem Sessione Domus Capitularis pro celebrando futuro Capitulo Provinciali est determinata, nempe Conventus Prerestecensis. —

De Capitulo Provinciali convocando anno futuro, visum est moderno Definitorio, ut illud nonnihil differatur, ad diem scilicet vigesimam tertiam mensis Maji anni sequentis 1814. idque propter nimiam aquarum eluviem ac viam lutosam, quæ mense Aprili et initio Maji passim contingere solet.

Postquam ex duobus secundis ad Capitulum futurum sociis, primus, nempe Pr Gregorius à S.o Benedicto in Redemptorem Provinciæ electus extiterat, in locum ejus, remanente uno, alter hic et nunc eligendus foret: quia verò ad tenorem Constitt.m Ord.s Cap. 39. § 2. n. 5. Definitorium absentibus neoelectis Definitoribus ad quasvis alias electiones faciendas accedere prohibetur; interea verò ob nimiam loci distantiam re-

curvos ad eosdem est perquam difficiles, ac multò magis ad
easdem eorundem ad locum et Domum Definitorii provehi im-
possibilis; hinc Actio praefati secundi ex secundis Socii
ad subsequens Definitorium suo tempore celebrandum prorogat.

In hac eadem Sessione lectus fuit sequens Libellus
à Fratre Norberto à S.to Josepho S.ae N.ae Religionis Laico
Professo V.i Definitorio porrectus, ubi praefatus Frater hu-
millimis exorat votis, ut quandoquidem triginta et amplius
annis varia officia in Domibus Provinciae sibi demandata et
commissa laboriosè exercendo, vires suas jam multum attri-
vent et exhauserit, ut, inquam, annuente sibi V.o Definitorio favore
et respectu, ad tenorem Legum Cap. 24. n. 2. ab officiis
tabula immunis et exemptus esse possit. V.m Definitorium et
fraternae charitatis tenoritudini sese accommodando, et fragilitati
virium condescendendo, et justitiae placitis cooperando, ne-
mini ac resolvit: Equidem ad complementum 30.ta annorum
tenore Legum Cap. 24. n. 2. praescriptorum duo adhuc
videnti deficerari anni, siquidem praefatus Frater Norbertus
ab anno 1777. quo Habitum sumpsit, 36. dentaxat hucusque
numerat annos, quos in Religione transegit; quia tamen per-
numerat annos, quos in Religione transegit; quia tamen per-
numerat annos, quos in Religione transegit; quia tamen per-

Ad absolvenda quotannis et pro anima P. Thaddei à S. Joachimo applicanda Octo Missae Sacrificia iis mensibus teneat, in quos VV. Tempora non incident, haeque ex parte Definitorii annuitam et consensum desiderabat. Ven. Definitorium manifestatum N. P. Provincialem erga communem Religionis bonum propensionem animadvertens, ne dum gratissima mente tam piam animum prosequitur, sed libentissime annuit et consentit, ut juxta mentem et voluntatem N. Provincialis praefata 200. Hungaricalium Summa pro re et commodo Domiciliii Januensis ad annuum censum ducatur, cum annexa praelibata pro anima P. Thaddei obligatione.

His peractis, Sessio in crastinum soleta.

Sessio Tertia.

Hora nona matutina Die Decimanona Novembris hanc Sessionem initium dixit. In qua, pro bono Domorum regimine ac Regularis disciplina manutentione, nonulla statuta sunt

1m Obviando nonnullis querelis, quae inter Superiores et subditos passim exoriri, mutuamq; pacem interturbare solent, revocat Definitorium Decretum Ven. Definitorii Generalis Lucconia 1786. Die 24. Maji celebrati de tenore sequente N. 2do "Clare omnibus patet inconmoditatem Religiosorum, cum maxima eorum injuria et laesione fraterna charitatis, exinde frequenter provenire, quod PP. Superiores locales persuasum sibi habeant, si fabricas non continuaverint, aut pecunias collectas non religerint, nullam promotionem ad Officia Religionis unquam habituri. Proinde Nostrum Definitorium pro nostri PP. Superiores locales, ne vitare promotionis singulariter provenire ex majori DEI gloriae promovenda, ex Regulae, Constitutionum ac Caeremonialis observantia, ex pace inter Religiosos conservata, ex commoditate quo ad victum et amictum Religionis praestita, non autem ex constructione fabricae, aut ex collectis pecuniis, sive si aliqui Superiores cum injuria Religiosorum pecunias collectas religuerint, non ne vitandi sperare, sed poenam timere debebunt."

2do Quandoquidem in Officiis Visitationibus ac epistolaribus relationibus innotuit, quod in nonnullis Provinciae Domiciliis, ac speciatim Brescia, Vicebsi, et in Summa aliqui Religiosi, vocationis suae immemores, nedum inhoneste, ast perversas sectas salsae se gerant, interea veri neque N. Provincialis, neque Definitorium officiosam ac legalem hac in parte informationem minime nanciscentur: hinc innovat Decretum ejusdem Ven. Officii Generalis praelibato 1786. Lucconiae celebrati, ubi sic disponitur. N. 10. "Religiosus culpas ex gravioribus, aut gravibus à quopiam commissa fuerit, omnino tenetur ad tenorem Constitutionum

Cap. 40. § 9. N.° 7 scripto recipiant Superiores locales
cum testimoniis et conventionibus pro futura informationis
Processum substantient, alias enim ipsi Superiores, ut ves
officio non satisfacientes si ejusdem Constitutionis potestas
Suspensionis non affligant." Jungit proinde D.mus
P.r Superioribus localibus citatarum prodijsse Romanum
ut contra subditos suos irreligiosè vere gerentes, nullaq
emendationis et resipiscentiæ notam præseferentes, illico pro-
vidum Processum efformare ac N.P. Provinciali quanto-
cyus transmittere non intermittant, pro necessaria provincia-
rum pœnarum in delinquentes extensione.

2.° Instruit Ven. Definitorio abusum ac prorsus profanum
praxis, quod aliqui Religiosi, qui, cogente necessitate, ex
voluntate suorum Superiorum circa Exteras Parochiales,
vel in Curiis Dynastarum pro Capellanis destinantur,
omnes proventus et quascunque obventiones, imo ipsamet
Stipendia sibi appropriare, missasq pro se videri applica-
extensive
re non verentur; pecunia autem sibi undecunde obven-
ente, contra dictamen recta conscientiæ abutentes, corrupa-
tam sibi vestes secularissimas pathetice spirantes, uti
vulgo Camyki, Surduty, Halsatuchi, etiam in colore à statu
suo prorsus differunes, comam ad instar secularium nutriunt,
negotiationes cum curribus et equis exercent, aurigas
sibi conducunt, subordinari renuunt, Superioribus suis
proterve resistunt, ac his similibus vitiis conspue scatent,
ut ne externe quidem aliqua Religiosorum signum pre-
se ferre appareant. Videant hi fatues à spiritu Sanctipsi
norum Patrum suorum degeneres ac prodigi filii, videant
et considerent, quid in Decretorio die supremo Regularium
Statutorum Legislatori ac inexorabili Vindici Christo respon-
debunt, qualemve et quam horrendam apud justissimum
Judicem æternæ reprobationis sententiam pronunciantur.
Videant, legant et ruminent, quid hac in parte Decreta Sum-
morum Pontificum obloquantur ac desiniant. Desipiendi hore,
ac non prosipio genio et philautiæ favendo, sed rectum timorata
conscientiæ tramitem sequendo, animadvertant, quid in re tam gra-
vis momenti Theologi, quid Canonistæ sentiant, quamq con-
ruinatoria ac veritati perosa censura contra Proprietarios
anathemata evomant et fulminent. Ex permultis Canonum
Ecclesiasticorum Oraculis duo nonnisi adducimus, quæ corda-
tum et sua salutis solicitum virum movere, et ab enor mi
proprietatis vitio deterrere omnino debent, quæve R.P. Mi-

chaël à S.ta Catharina Tomo 2. Tract. 4. Cap. 1. Sectione
colligit. — "A vitio proprietatis non excusat Religiosus, quando ali-
" quid retinet cum licentia Superioris, non libere sed quasi coacte con-
" cedentis; ea quæ timet Religiosus illum, qui Prælato non permittente
" magnas fundit querelas, et contentiose murmurat, tanquam injuria
" affectus; quia licentia hæc non est voluntaria, sed per timorem coacta...
" Peccat Religiosus contra paupertatem, qui de licentia Superioris
" abit rebus ita abundantes, ut Religiosi aliqui patiantur necessitatem;
" quia ita faciendo fiunt injuriam aliis, cum bona Monasterii pro
" indigentibus communia sint. — Prælatus nec solus, nec cum Capi-
" tulo permittere potest Religioso, ut bona ex quacunque causa aut titulo
" provenientia, in usus quoslibet varios, aut illicitos expendat, aut
" superflua, vel pretiosa, qua statum regularem dedecent, penes
" se habeat; sed uterque tenus Prælatus licentiam dans, tenus
" subditus ea utens, voti paupertatis prævaricator existit."
Quia porro hæc iniqua praxis et abominabilis detestando palpabi-
lem sapit proprietariorum et Sacris Canonibus per omnia adver-
sando, immunera in spirituali et temporali bono parit detrimenta;
Ven. Patres in concussis ac momento sistimis in dictum negotium de-
cernit, ac sub obtestatione Divini judicii, sub comminatione
gravissimarum pœnarum Legum Canonicarum infligendarum ipsis
ac injungit Superioribus Localibus, ut si quando à Mendo Pau-
cho, vel à quopiam ex insignibus Civibus Religiosi nostra Je-
suitibus occurrat obligatio, qua Religiosum nostrum pro diuturni-
ori temporis spatio pro Capellania exposcat, conductio aut an-
ticipatio permittente N.P. Provinciali id quidem facere va-
leant, non aliter tamen, nec sub alia conditione, nisi ut illis de
emolumenta pro illius vel illorum servitio peculio quantitate
conveniant, eamq; redditibus Conventus investiri faciant. Religio-
sum autem pro dicta Capellania destinando ea duntaxat quæ ad ho-
nestum amictum et supellectilem necessaria suppeditare om-
nino teneant, quæ vigore Legum et pro accepta in Provincia
praxi præscripta manent, non veri quia aliqui super exigeam
placere, ac secularismi genio indulgere videntur.

Sessio Quarta.

In hac Sessione bini pomeridianis inchoata, lecta fuit Sen-
tentia per P. Romanum à S. Stanislao Kazanowski Schola The-
ophilopolitanis Professorem ad Mentem pertectum. In hoc Postulato
exponit præfatus Pater, quia Anno 1811. die 1. Novembris Jesuitis
N.P. Ignatius Rothanyuez Summam 2000. fl. Pol. seu 300. Ru-
bellionum argenteorum pravis pro re et interesse hujus Schola im-
scripsit, atque Chyrographo suo asseruit, cum imposita sibi et Suc-

ceperibus sicis obligatione, et à tertio d. Januarii ca-
ni vegentis ad 1812. Provisionem pro G. à centum quadra-
ris solvere obstringuntur; interea vero ipso jam secundus
à prefato terarino anno ad finem vergat Schola tamen de pre-
fixa ac determinata sibi Provisione nihil quidquam hodie
Dnum percepit; humillimis proinde exorat votis, quatenus V.
Dnum percepit, humillimis proinde exorat votis, quatenus V.
Dnum urgentissimis pauperculæ Scholæ exigentiis opem
ferre ac designatam sibi portionem peculii certiorem pro
futuro reddere dignetur. V. Dnum, cum debita animadver-
sione perpendendo, ut, salva boni pauperatis integritate, et
pia Genevosi Dnatoris intentioni fiat satis, et bono Schole
omnia meliori modo prospiciatur, Canonem præmissis Legum C. I.
§ 3. n. 5. in medium adducit: — "Quando Dnum Ille conce-
vit alicui facultatem acquirendi pecuniam aliquam, sive à pa-
rentibus, vel propinquis specialiter relictam pro religionis suis
usibus et necessitibus, intelligat hujusmodi licentia cum expres-
sa conditione de eo, quod singulis annis tempore actorum
visitationis rationem reddat suo Provinciali de expensis à se
factis, et quantitate pecuniæ extractæ, et sibi redditæ ex
Arca trium clavium, in qua custodiri debet, sub pœna priva-
Eadem Sessione proposuit R.mus Provincialis quod D. Gaspar a Jesu electus minister molodecensis, transmisit quidem resignationem dui officii sub die 20 Maii 1815 quae cum scripta fuit tam polonice quam latine non consueta forma causae resignationis non fuit allata ideoque retro D. Gaspari remisit R.mus Provincialis, molodecii dicendae — praecaventes, ne quando resignationem formalem V. Definitorius non transmittit, hinc V. Definitorium D. Gaspari a Jesu ejusque officium ut quandocumque molodecium se transferat officiumque Vicarii Capituli, ministri loci ejusdem susceptis, regimen laudabiliter absq. nota gerere satagat ne adversarii seu externi inveniant causam calumniandi vel sinistre de nobis judicandi, quod facile praestabit si in hac domo sub ejus regimine stricta disciplina religiosa observabitur —

Eadem Sessione proposita fuerat causa D. Mariae a S. Joanne de Dei sed cum V. Definitorium ad manum non habet processum in ejus causa formatum proinde ad futurum Definitorium decisionem circa hoc negotium reservat —

Lecta etiam fuerunt litera D. Isidori a S. Joanne Demalda. Consistorio petenda aliqua quaedam ejus scripta cujus tamen ejus personam tangentia concernentia sunt plurima — Hinc V. Definitorium obligat Vicarium Provincialem ut synoptica causam ejus dilucidando Definitorio vel per se vel per constitutum Commissarium ad resolvendum proponat — Sessio soluta ad crastinum. —

Sessio Tertia —

Die 2a Julii Hac Sessione Electi hesterna die Definitores D. Isidorus a S. Adriano in Fortium — et D. Casimirus a S. Catharina in quatuor post Vigintis graduum horarum spatium nullo delecto impedimento omnium calculis sunt confirmati — Postquam proposita fuit electus Chronicla Provincia pro quo officio sunt nominati D. Fr. Felicianus a S. Francisco, et D. Fr. Benedictus a S. Joseph —

Hac in Sessione lecta fuit constitutio Legum Nostrarum Cap: 21. §. 5. N. 2. de tempore sequentis „Titulus Doctoris ac Magistri et hujusmodi „si nostrorum praetextus tamen ante ingressum Religionem illis „gradu et titulo fruerentur nec illius intuitu aliquo immunitate

Liber

libertateq in Ordine Nostro gaudeat." Cum tamen mandati Imperatoria omnino exigunt ut promovendi ad officia in Ordine imo ad ipsum Praesbiteratum habeant testimonium Universitatis seu aliquem gradum Academicum hinc V. Definitorium posse ac debere obtemperare mandatis Imperatoriis decernendo Testimonia ac Dyplomata etiam pro gradu Doctoratus suscipere et ad hos obtinendos examen deponere permittit iis qui a NP. Provinciali licentiam in scriptis habebunt, haec cum cautela quod neq gradus Doctoris, neq aliud eiusdem generis praeminentia seu praelatura extra Religionem adepta aliquam exceptionem vel privilegium in Religione habebit sed omnes considerabuntur tanquam alii Religiosi ac si talem non haberent gradum imo Testimonia talia ac Dyplomata in Archivio Provinciae conservari debent et tunc extradentur quando necessitas exigerit ad deponendum in Collegio Spirituali vel alio Superiore dicasterio —

Fuit lectum petitum Fratris Canuti ut possit e statu Clericali transire ad statum Laicalem quod V. Definitorium non acceptavit decernitque ut maneat in Statu Clericali —

Exposuit NP. Provincialis Beneficentissimam Gratiam Illustrissimi Jacobi Ignatii Dederco Episcopi Minscensis Equitis variorum ordinum qua prosecutus est NP. Provincialem Petropoli variorum negotiorum experiendorum causa commorantem. Id circo V. Definitorium cum Summa Gratiarum actione exhibendo grati animi testimonium duraturam in suo Ordine memoriam pollicetur. Nunc vero NP. Provincialis recomendabit Omnibus Religiosis praeces fervidas fundendas tam pro incolumitate Illustrissimi Praesulis, quam pro felici negotiorum Eius successu —

Revolvendo animo multa beneficia quae tam Ordo noster quam principue Provincia nostra Polona a Patribus Societatis Jesu in acceptis habet, nam Nostris Patribus in Poloniam pergentibus ad invitationem serenissimi Regis Poloniae Joannis Tertii Reverendus Generalis Societatis Carolus de Noyole Romae dedit Literas Recomendationales pro benigna ac humanissima receptionem nostrorum a Patribus Societatis Jesu in Polonia existentibus aliaq innumera benevolentia ac charitativi subsidii documenta novissime vero cum NP. Antonius a NBVMae Siewernowski Provincialis retulit quanta humanitate benevolentia ac charitate a Reverendissimo Thadaeo Brzozowski Generali Societatis Jesu Petropoli ac ab omnibus Patribus ibidem manentibus sit exceptus

accepta

accepta hac notitia à NP. Provinciali V. Definitorium nomine totius Provinciae Summam gratiarum actionem Reverendissimo Patri Generali Societatis Jesu totique eorum Ordini pro multiplici Beneficio documenta transmittendum statuit ac in Libro Decretorum Definitorii ingrossari decrevit. Rogando Reverendissimum Generalem ut hac grati animi documenta benigne suscipere dignetur —

Exhibitum fuit V. Definitorio officium proprium et Missa de B. Michaele à Sanctis à P. Benedicto a S. Joseph conscriptum quod V. Definitorium per humaniter excepit cum tamen difficilis est recursus ad sacram Congregationem cuius est aprobari ideoq in Archivio Provinciae dictum officium reponi mandavit —

Summa ℔ 5,00 apud per Illustrem M. Dnum Grabowski in Litvania locata cum Documento dato Collegio Nostro Antecolensi hac Summa cum ad Provinciam pertinet hinc Collegium Antecolensi annuum censuum NP. Provinciali solvere obligatur — Sessio soluta in erasmum =

Sessio Quarta —

Die Tertia Julii Proposita fuerat hesterna die electio Chronistae Provinciae ad quem duo candidati ad eligendum assumpti nempe P. Felicianus a S. Francisco et P. Benedictus a S. Josepho, electus igitur P. Benedictus a S. Josepho omnium suffragiis —

Lectum fuerat petitum P. Isidori a S. M. Joanne Dematta ut possit personaliter adesse in Definitorio ac oretenus suam promovere causam et de obiectis rationem reddere. V. Definitorium non annuit ejus petitis cum idem P. Isidorus a S. P. Joanne inscriptis porrexit duos suplices Libellos ad Illustrissimum Officialem hinc in scriptis debet explicationem suae causae exhibere cum ipsi a NP. Provinciali omnia contra ipsum testimonia communicata fuerunt attamen P. Isidorus nonconformiter veritati detulit in suo petito quod ipsi nulla scripta communicata fuerant — Decrevitq V. Definitorium nullas oretenus explicationes P. Isidori admittendas esse. —

Ad petitum P. Onuphrii a S. Erasmo — cum V. Definitorio satis perspectae notum sit quod P. Onuphrius Magister Novitiorum ac Lector promeruit sua cura, solicitudine, ac non in pigro labore circa Educationem ac instructionem tam Studentium tradendo ipsis Praelectiones Philosophicas, quam Novitiorum instruendo ipsos in spiritu ac Disciplina Religiosa nec non tradenda Rethorica, ut habeat pro sua necessitate aliquod subsidium — hinc eidem P. Onuphrio concedit Quatuor in Mensa Missas vel ad suam Intentionem applicari, vel praeiisdem Missis Stipendium accipere, dum modo ex negligentia non omittat Sacrificia

Missae

omissa et tunc ex concessis Sacrificiis omissa supplebit ad devotionem Ss. Martini a Ss. Agnetis Donati ad annum unicuique petitum ut post obitum ejus suffragia consueta fiant V. Definitorium animadvertendo quod per tot annos sine nota Religiosi prostitit et seque. Decrevit ut suffragia Lege Ordinis prascripta aliis in Religione Professis Laicis per Provinciam fiant. Monitus tamen ut Religiosi ad laboriosi reliqum vita spatium traducat.

Lecta fuerunt litera D. Martiani a Ss. Joanne Evangelista de ponendo aliquod subsidium matri ejus in misera etate existenti V. Definitorium Vp. Provincialem obligavit ut provideat de possibili matri dicti Fris Martiani cui iam centum florenos sunt transmissi per Vrm. Provincialem. Sessio soluta est in crastinum.

Sessio Quinta

Die 25ta Julii Hesterna die electus in Chronistam P. B. Benedictus a Ss. Josepho elapsis 24. horis confirmatus omnium oculis.

Lectum fuerat Decretum Consistorii Vilnensis in causa P. Isidori ac Joann. Donatta Decisumque est apponi ad alia ejus scripta.

In hac Sessione statutum est ut Decreta Definitorii Provincialis anno 1811 in 24. Septembris et sequentibus celebrati sub Presidentia P. Celestini a Ss. Martino Ministri Provis in Conventu Brahilovienssi Sessione Secunda recognoscantur, ac si nunc lata essent, ad servandum declarentur, quæ sunt sequentia. 1mo ut circa integritatem boni communis legant Decreta Sacra Sedis ac prascripta Ss. Regula cap. 29. Constitutionum cap. 30 cap. 40 § 10 ac § 12 Ano ad Consiliarios legant Const. Ord. cap. 29. § 2 Quod si Rectores dumorum hac in parte fuerint desides, refriegarii vel protervia nota ducti et aliquius detrimenti causa extiterint, a Vrm. Provinciali pœnis lege prascriptis ac amotione ab officio sic puniendos esse censuit.

2do Ut omissa Sacrificia quæ superfuerint ab applicatione Obligationum tam Ordinis quam et fundationibus ac pro libera eleemosina, ad intentionem Ss. Patris applicentur et eidem notitia quamdeyeius transmittat.

3to Ut stipendia omissarum residua et sua communitatis numerorum excedentia pro suo libitu Superiores alicui indigenti Sacerdotibus non expendant, suis Conventibus indigentibus transmittant.

4to Ne Superiores Religiosos sibi subjectos audeant mittere pro annua Capellania sine licentia Vrm. Provincialis.

5to Ne post definitos Prælatos Superiores Domus pro suo arbitrio data licita distribuant, disponant, ac in proprios usus convertant.

Quod Decretum Catali Definitorii fuimus scriptum inscriptis charta adjungitur. Innotuit V. Definitorio quod aliqui ex nostris Religiosis habeant copiosam supellectilem rerum minus necessariarum, et ideo sententia ampla comparent, quæ magnam faciunt difficultatem e Conventu ad Conventum

transeundi

transmittendi ideoq. prohibet V. Definitorium seriùs magna Religiosis habere superflua vero R.D. Provincialis tempore Visitationis auferat, Legantq. nostri Religiosi constitutionum nostrar. caput 1m & 3m de voto paupertatis — —

Eadem sessione.

Cum aliqui ex nostris Patribus sponte vocatione, sub alicuius protectione post habitis votis, Religionem habitumq. nostrum dese-rerant, tales nisi reversi humiliter pœnitentiam egerint, priva-tos esse post obitum eorum consuetis suffragiis Patrum declarant. Lectum fuerat privilegium Residentiæ Rumbarensis — Sessio solu-ta in crastinum —

Sessio Sexta.

Die 5a Julii Presenti Sessione propositum fuerat à R.P. Provinciali quod pro R.D. Parochi, habet interdictionem hortum in suburbio Brahilowiensi prope cam-pum Civitatem sitam commutare in aliam aream seu pratum servatis servandis de jure; V. Definitorium totum hoc negotium commutationis horti in aliam aream seu pratum committit tractandum R.P. Provinciali, dummodo R.D. Parochus planum seu mappam tam horti nostri, quam prati seu aree commutande R.P. Provinciali primis exhibeat, ut postea Definitorium videre possit —

Cum varia occurrunt circumstantiæ, in quibus Definitorium suam dare decisionem aut adstrictum ad hanc omni ex parte consentaneam sæpe aliquando indiget ut habeat pro oculis planum seu mappam prædio-rum seu agrorum, ut contigit in negotio tam Bzyszowiensi, quam Brahilowiensi hinc V. Definitorium decernit ac mandat omnibus et singulis Superi-oribus domorum ut mappas tam Ecclesiæ Conventus officinarum, hor-tuum, quam totius aree, tum diam pagorum, Villarum ac iurisdictarum delinea-re per Geometras curent, eaque ad Definitorium ante capitulare transmit-tere faciant —

Exhibuit P. Aloysius à Visitatione copias literarum fundationis ac Jur-isdictionis Residentiæ Janoviensis, quæ lecta fuerunt & R.P. Provincialis commendabit Vicario Janoviensi, ut literas fundationis a Rend. Dno Jaro-slao Venatore ordinato datas, ad acta Consistorii Vilnensis in grossari cu-rabit.

Sessio Septima

Die Sexta Julii Hac Sessione V. Definitorium habendo notitiam, quod Domina Agnes flos. in Com. D. Hilarii a S.a Anna in Sacris Trapp. ab ejus pa-rentibus in vitali Conventu Trinitopolitano exoluta, a qua mediante cam-bio V. Definitorium concessit percipere eidem D. Hilario in usum Conventus Trinitopolitani cum expensa, petiit D. Hilarius de restitutione hujus Dom-ina, ut in annuo censu super maneat — V. Definitorio notum est quod

Deus da

Decreta Visitationum Provincialium hac in parte, suas statuerunt ordinationes, nihilominus et nunc suo decisione statuit ut pro possibili hac Summa redintegretur saltem quotannis reponendo 200 flor. et illos tradendo pro annuo censu —

Lectum fuerat Inventarium Domus Residentiae Janoviensis.

Sessio Octava —

Die 7 Julii Cum V. Definitorium Inventaria Domorum ad Definitorium antecapitulare transmitti solita cousq a compluribus Domorum Superioribus exhibita non habent, reputat V. Definitorium quod PP. Superiores non ex negligentia, sed potius ex oblivione non impleverunt transmissionem Inventariorum, ideireo non reprehendendo hac in parte desidiam Superiorum serio tantum injungit, ut praedicta Inventaria transmittant ad futurum Definitorium Autumnale. —

Quo ad Inventarium Conventus Teofilopoliensis NP. Protis dignetur illico mittere, ut P. Gaspar a Jesu minister, ad praesens congregatum Definitorium incunctanter transmitti faciat. —

Sessio Nona

Die 8 Julii Lectum fuerat Inventarium Collegii Luceoriensis hesterna die transmissum — Item Litterae P. Fortunati a S. Thoma cui NP. Pti dignabitur respondendo nomine V. Definitorii grati animi documentum testificabitur, quod ut genuinus filius Provinciae, sua illi desideria notificare voluit. —

Sessio Decima

Die 9 Julii Status Residentiae Ryszczoviensis a NP. Proti conscriptus tempore Visitationis ejusdem Residentiae exhibitus lectusq fuerat, atq ut simili forma, in posterum PP. Superiores Domorum ad Definitorium transmittant serio injungit. —

Quoniam V. Definitorio non est visum necessarium eligere ministros Domorum tam Berestecensis quam Teofilopolensis, pro uno anno iam inchoato, proinde obligat NP. Protem ut pro suo arbitrio designat ad hoc Conventus Praesides amotis ab officio nunc existentibus Superioribus —

Sessio Undecima —

Die 10 Julii Superior Domus Camenecensis etsi non transmiserit Inventarium Suae Residentiae, attamen NP. Ptis exhibuit Inventarium Generalis Visitationis quod lectum fuerat —

Sessio Duodecima

Die 11 Julii Providendo V. Definitorium, quod anno subsequenti Capitulum Provinciale celebrandum cadit in diem 22. Aprilis, quando adhuc via est lutosa, et Patres Electores praecipue a Silvania congregari vix ac ne vix

quidem

quidam possunt, hinc V. Definitorium declarat prorogationem capituli ad diem 9. Junii Anni 1747. Et ut R.P. Provis hanc diem DD. Electoribus per convocatorias suo tempore notam faciat.

Lectum fuerat Decretum Senatus Petropolitani, in causa negotii Conventus Orsensis cum Celsissimo Principe Lubecensi, cui R.P. Antonii à S.S.ma exinistri Dis obtanti, cui V. Definitorium gratiarum testimonium exhibet.

Item exposuit R.P. Provis quod in causa hujus promotionis expenderit plus quam 15 millia flor. pol. quo Summa majori ex parte ex Casa Provinciæ est expensa, proinde ut Conventus Orsenses, suo tempore partitionem dictorum saltem hoc est 8000 flor. pol. Provæ restituat, hanc propositionem V. Definitorium acceptavit, mandavitq; Superioribus Coll. Orsensis ut suo tempore partitionem hanc Summam Provæ restituere satagat.

Lectum fuerat Inventarium Supellectilis, à Domibus nostris ex Casa Provinciæ acceptæ; volendo V. Definitorium ut Casa Provinciæ; nam Casa Collegiorum nullam habens pecuniam, et proventum, amplius non existat; pro aliqua urgentissima necessitate vel totius Provinciæ, vel alicujus Domus, habeat aliquod suum depositum in reali pecunia, Monet Superiores, præcipue Orsensem Vilnensem, Bersteccensem, Brahilowiensem, Posnaniensem, Bambergensem Camenecensem Brodensem, ut saltem partitionem, quovis anno ad ptam summam restituere curent.

Quod vero attinet Collegium Luccoviense, cum ab eodem Collegio debeantur Provinciæ flor. 3914. hinc Collegium Luccoviense, in vim præmissorum solvere tenebitur pro Gimnasyo Camenecensi flor. 200. quotannis.

Monet etiam V. Definitorium DD. Superiores locales ut subsidium consuetum pro Domo Capitulari tempestive ad manus R.P. Provis transmittant.

Sessio soluta in crastinum.

Sessio Decima tertia

Die 12 Julii Exhibita fuerunt a R.P. Provi varia notata de statu Summarium Provinciam concernentium, hæc cum sint non exacte adnotata, nec in aliquo libro inscripta, unde proinde V. Definitorium ut in libro ad hoc unice deputato accurate adnotando annuum censum ab hoc ad currentia inscribantur, ut in archivio Provinciæ conservetur.

Delatum est V. Definitorio quod aliqui Superiores Rejecta manuali cum dicta Popularia non habent, neq; perceptas et expensas obvenientias datim scribunt adnotantq; ac post aliquot menses ex memoria in Rejecta manuali pro suo libito inscribi faciant, talis Superiores si qui inventi fuerint a R.P. Provi illico ab Officio suspendantur et amoveantur ut transgressores legum nostrarum Constitutionum ac Salutarium Definitorii contemptores, aliisque pœnis a Definitorio infligendis declarantur.

Sessio soluta in crastinum.

Sessio 14

Sessio Decima Quarta et ultima —

Die 13. Julii Lectum fuerat Inventorium Conventus Teofilpolensis — Eadem sessione — cum P. Isidorus aliquod vicibus à Rmo Pti monitus et requisitus cousq explicationem suae causae non transmiserit, ideoque V. Definitorium ultra expectare non volendo ad futurum Definitorium decisionem ejus causae reponit, vult tantum ut per Rmo Provincialem sit monitus, quatenus per curritoria non divagando, in Cella sua pacifice Deo et lectioni Spiritualium Librorum vacet: nunquam audeat adire Cellam P. Superioris vel maxime cum adsint hospites, nisi habendo aliquam necessitatem qua exposita statim ad suam Cellam revertatur —

Cum iam nihil amplius invenit V. Definitorium ad statuendum hunc actum praesentem Canonicum ut concludatur canonice Secretarius Definitorii pro accepta solita praeli consurgens, omnia ejusdem Definitorii statuta ac ordinationes a capite usq ad calcem de verbo ad verbum legit, qua lectione finita actus conclusus, et canonice manum subscriptione confirmatus extitit Die Decima tertia Julii Millesimo Octingentesimo decimo sexto Anno —

Fr Antonius à Nativitate BVMariae —

Minister Provincialis mpp

F. Aloysius à Concept. B.V.Mae. Definitor. Amus. mpp.

Fr Lae a Natt BVM Deffiniter Secundus ac ejusdem Deffinitorii Secretarius mpp

Benedicta sit Sma Trinitas.

Acta V. Definitorii in Conventu Theophilopoliensi sub Presidentia N. P. Antonii a Natte B. V. Mariae Ministri Provintialis Anno 1816. Die undecima Septembris et Sequentibus Celebrati.

Post N. V. Definitorium post Capitulare in Residentia nostra Szumbarensi eodem Anno Diebus Jullii Celebratum, justis ac rationabilibus de Causis juxta Prescriptum Nostrae Consitt: C. 39 §. 11. n. 4., convocatum est denuo hoc Presens Definitorium pro expediendis Provintiae negotiis per N. P. Antonium a Natt: B. V. M. Provincialem; ad quod celebrandum tres nonnisi convenere Definitores Thophilopolim tanquam ad Domum p. Celebrando Presenti Definitorio destinatam: nimirum: Pr. Aloysius a Concept. B. V. M. Pr. Leo a Natt. B. V. M. et Pr. Casimirus a S. Catharina, una cum N. P. Antonio a Natt. B. V. M. Ministro Provintiali Preside. Tertius autem Definitor nimirum Pr. Joannes a S. Adriano etsi ad complementum hujus Definitorii desiderabat, cum tamen propter magnam loci distantiam huic Definitorio adesse non poterat. Ideo N. P. Provincialis hora 10 matutina Die 11 7bris anno ut supra 1816 congregatis Solito pulsu Campanae ad locum destinatum PP. Definitoribus Presens Definitorium inchoavit ac invocato auxilio Spus S. facta brevi allocutione.

Sessio 1ma

Sessione 1. P. Casimirum a S. Catharina Definitorem Provintiae tanquam absentem in Antecedenti Definitorio, ad Prestandum de fidelitate Juramentum admisit; Qd et in Presentia V. Definitorii idem Pr forma Solita Prestitit ac emisit. Tum eadem Sessione. Accessit V. Definitorium ad Electionem Secretarii V. Definitorii, in qua unanimi Patrum Definitorii Consensu, electus e in Secretarium Definitorii P. Casimirus a S. Catharina Definitor 4tus, statimq coram suo Preside juramentum de fidelitte et Secreto servando Prestitit. His finitis

Eadem Sessione lecta ac notificata sunt V. Definitorio per N. P. Provincialem Onera ac Obligationes Missar. haerentium in debitis in Nostra Provintia in Summa Sacror. 162, simulq Idem N. P. Provintialis exposuit Obligationem conscientiosam: ne frustraret mens et Intentio Fundator, quantocius illam Absolvendi, ac demum manifestavit suam Intentionem, ut quilibet ex PP. Definitoribus, per 4tur Menses continuos pro extinctione hor. debitor. applicet quolibet Mense ad Intentionem N. P. Provincialis Sacra Decem, ad Intent

Intentionem propriam Cujuslibet Definitoris Sacra Decem, et ad Intentionem Conventûs vel Collegii in quo aliquis Definitor manet vel mansurus est Sacra Decem, casu autem si aliquis Definitor justis de Causis aliquot Sacra omitteret aut Celebrare non posset permittit N.P. Provincialis detruncare hunc calculum e Numero Sacrorum ad Intentionem Suae Mansionis applicandorum. Perpendens igitur V. Definitorium causas allatas N.P. Provincialis esse justas ac Salutares, Volis Illius liberrime annuit obligando se celebrare quolibet Mense Sacra per quemcunque ex Definitoribus Decem ad Intentionem N.P. Provincialis et Sacra Decem ad Intentionem Conventûs suae Mansionis ad decursum nonnisi quatuor Mensium, quibus finitis, PP. Definitores Provinciae liberi erunt, tot Sacra pro se sive ad Suam Intentionem applicare, quot Statuta VV. Definitorum ac Capitulorum ipsis permittunt.

Eadem Sessione Remonstratum fuit V. Definitorio, quod Residentia Nostra Camenecensis contraxit debitum pecuniarium in Summa flor. Poll. Quatuor Millium Centum Viginti a Nostra Provincia in rem Praedictae Residentiae, quod onus debiti eousque per Residentiam Camenecensem Provinciae restitutum ac exsolutum non est; quaeve Summa ad N.P. Provincialem tanquam Caput supremum Provinciae nostrae pertinet; Insimul resciens Idem V. Definitorium a N.P. Provinciali remanere in Residentia hac post fata p. m. P. Gregorii a S. Benedicto Ministri Theophilopoliensis Cameneci vita functi, Hungaricales Centum Triginta variis in locis locatos, ac Scriptis manualibus firmatos (: quae Documenta Authentica in Archivo Residentiae Camenecensis asservant :) ne igitur Residentia Camenecensis hanc Summam Hungaricalium Centum Triginta sibi appropriet; Statuit V. Definitorium ut Praedicta Summa 130 Hungaricalium post fata p. m. P. F. Gregorii a S. Benedicto relicta, in Compensationem Summae Quatuor Millium Centum Viginti p. Residentiam Camenecensem Contractae ac Concessae, Provinciae cadat simul cum Provisione annuali, eaque cum omnibus Authenticis Scriptis ac Documentis Originalibus tradatur ad manus N.P. Provincialis, ut et tradita sunt, ac Provinciae Summis incorporet. Tandem

Eadem Sessione Matutina porrecta fuit a N.P. Provinciali ad resolvendum ac decidendum V. Definitorio Quaestio ac Petitum P. Fr. Stephani a S. Joe

Joanne de Matha ac P. Florentii a S. Petro, quor primus in necessitate vix non ultima Concessit Rubl. Argenteos Centum N. 100 sive flor. Pol. Sexcentos Sexaginta Sex Ass. Viginti, alter nimirum P. Florentius a S. Petro Rubl. papiraceos Rossiacos, vulgo Rubli Bomaznych Centum Collegio Nostro Orsanensi, num a Pdictis Summis duabus, possint Censuum Annuum Pdicti Patres pro suis necessitatibus ac indigentiis propriis ac personalibus a Collegio Orsanensi expetere ac expostulare? N. P. Provintialis ac P. P. Definitorii Consulendo Indigentiis cujuscunq individui, unanimi Consensu statuere, ut Pfatis Patribus nimirum Patri Stephano a S. Joanne et P. Florentio a S. Petro Censuum Annuum per Quinq a Cento computandum, in eadem moneta in qua Quisq illor suum Quantum Concesserat Collegio Orsanensi, Collegium hoc quottannis Solvat ad vitae Illor tempora. Summaeque Pfatae in Collegio Orsanensi manebunt ad Sera Illor fata, post Sera vero Illor fata Pfatae Summae ad dispositionem V. N. Definitorii spectabunt, quodve V. Definitorium de illis uti ipsi placuerit disponere poterit. Et in his finita e Sessio 1. Matutina

Sessio 2da.

Eadem Die et Anno hora tertia pomeridiana per solitum Campanae pulsum Congregatis Definitorii Patribus inchoata e Sessio Secunda, in qua etsi conformiter ad mentem Nostrar Constt. Cap. 40 §5 n. 2. proposita fuerat V. Definitorio nova Electio seu subrogatio Ministri Brahiloviensis, in locum vacantem P. Onuphrii a S. Dionysio Actualis Ministri Brahiloviensis Beresteci defuncti ac inibi sepulti, attamen, cum haec non videtur esse talis momenti ac necessitatis, ut novam ministri Brahiloviensis exigeret, cum p defunctus P. Onuphrius fuerat Socius ad Capitulum pertinens neq aliquod ejus Capituli membrum necessarium, et aliunde Electio novi Ministri Brahiloviensis videretur esse omnino nianis instante Capitulo Provintiali. Hinc V. Definitorium ab hac electione novi Ministri supersedit, relinquens liberam N. P. Provintiali facultatem juxta Cap. 40 §11. N. 5 Constitutionum eligendi et Subrogandi in locum P. Onuphrii a S. Dionysio Praesidem Conventus Brahiloviensis, cum ea Praeminentia ac potestate, qua fungunt Superiores locor. Cujus officium

ad futurum nonnisi Provintiale Capitulum durare debet.

Eadem Sessione 2da pomeridiana die et Anno ut Supra Correctum fuit Petitum a P. Antonio a S. Francisco Praeside Conventus Theophilopoliensis V. Definitorio ut revideant Libri in quibus adnotant Obligationes perpetuae Missarum per suum Antecessorem Sibi relicti, cum ex his nullo Pacto in notitiam venire poterat et potest, quomodo, qualiter, et pro quibus Missas in suo Conventu applicare debeat; Huic petitioni aurem pro bono V. Definitorium cum suo Praeside in hac Sessione totum se dedit in revidendis Obligationibus perpetuis ac persolutis Sacris, concordando illas cum reductione Missarum ac Obligationum perpetuarum facta in Definitorio generali celebrato Luceoniae Anno 1794. authoritate Sedis Apostolicae confirmata; inveniensque quod Pater Gaspar a Jesu Minister olim Theophilopoliensis non juxta hanc Reductionem sed pro suo placito Missas applicaverat, superaddendo non necessarium non nullis Missarum numerum; nonnullis eundem numerum Missarum subtrahendo, Librum novum Obligationum perpetuarum per N. P. Provintialem confecit, ac Eundem P. Praesidi Theophilopoliensi ac ejus Successoribus Servandum et Custodiendum in omnibus demandavit; Missasque omissas et non applicatas brevi applicandas recomendavit ac serio praecepit. Huic Sessioni finem Imponens

Sessio Tertia

Hac Matutina Sessione instituta nimirum Die Duodecima Septembris currentis Anni, audiens non sine maerore cordis V. Definitorium, nonnullos particulares Religiosos oblitos Sui Status ac Voti Paupertatis, varia contrahere debita pecuniaria apud Saeculares Personas quae solvere per se ipsos non valent, sicque onerant varias Domos Debitis, quae solvere pro ipsis cogunt ac obligantur - Obviando igitur V. Definitorium huic malo Statuto ac praeceptive mandat, ut ab hinc nullus Religiosus Particularis sub quolibet praetextu audeat aliquod contrahere debitum etiam personale sub Poena Circularis Disciplinae tali per Communitatem infligenda Superioribus vero localibus praecipit et mandat ut huic malo invigilent, ac poena hic Statuta Contravenientes indispensabiliter afficiant non attendendo ad Personas eorumque Officia.

Sessio Quarta

Eadem die hora 3 pomeridiana lectum fuit coram V. Definitorio petitum P. Isidori a S. Joe de Matha ad V. Definitorium sub Nro 2 porrectum ex quo V. Definitorium nihil aliud cognoscere potuit, nisi solam effrenationem Illius — Siquidem Causam Juditiarian vult inchoare ac instituere cum Mortuis, in quos V. Definitorium nullam Jurisdictionem habet nec habere pt, Tum quia idem Pr. vult causam suam promovere, non transmittendo neq explicationem ad puncta sibi per N. P. Provintialem porrecta, neq Specificationem Personar earumve Criminum de quibus omnes in tota Provintia tam vivos quam Mortuos suo Postulato ad Illustrissimum Episcopum Polimoniensem ac Officialem Luceoriensem porrecto denigravit, neq revocare sua Scripta infamatoria totam Religionem quisq omnia individua, neq demum modum inchoatae per se vitae finem iam tandem imponere — His de Causis V. Definitorium hanc ad praesens P. Isidoro transmittit Resolutionem, ut si vult pacem habere cum Fratribus, vivat Solus in pace, quiete, et Charitate fraterna, et observet praescriptam sibi normam vivendi per V. Definitorium Antecedaneum in omnibus punctis et Clausulis in ea expressis Si promoveri ad officia desiderat, curet prius suos Fratres promovere ad recuperandam eam famam, qua Ipsos suis Scriptis spoliavit, seseq per bonam ac Exemplarem vitam inchoandam ad illa disponat — Si autem vult suae vitae normam inveteratam Sacrosancte custodire? curet ut sit paratus in futuro Definitorio ad omnia respondere, quae contra Ipsum testificabuntur — Si vero vitam mutare ac deplorare suos excessus desiderat? Arripiat viam Arctam quae ducit ad Patriam, Sequatur David Penitentem deprecando Deum Fratres et Scandalizatos per ipsum — Sin autem Causam suam promovere cupit? V. Definitorium ipsi permittit, ac ut de novo in Omnibus locis statim Processus formentur praesentibus Statuit, quibus factis procedet V. Definitorium Antecapitulare ad discutiendam Illius Causam

Eadem Sessione pomeridiana. Quoniam discessus N. P. Provintialias in longinquas Regiones non promittit V. Definitorio hunc Actum brevi

iam habendum ac celebrandum, et tempus Celebrationis Capituli Provinti-
lis instat V. Definitorium tempestive attentis omnibus Circumstantiis
p. Celebrando futuro provintiali Capitulo Domum Berestecensem design-
vit et Presentibus designat, pro qua utpote Domo Capitulari designata
tenebunt alii Conventus et Residentiae ad solvendum quantum necessa-
rium ac usitatum in Nostra Provintia, Cujus Quanti dispartimentum
N. P. Provincialis attentis Domorum facultatibus ac necessitatibus variis per
se efficiet

Sessio Quinta et Ultima

Die Decima tertia Septembris hora 3. pomeridiana Habita. In Hac quan-
doquidem nihil iam ad agendum superesse videbat, hinc ut ea quae
in Presentiarum Canonice Sancita sunt, Canonico quoq Actu concludat
Secretarius V. Definitorii omnia Acta a principio Hujus Definitorii usq
ad finem de Verbo ad verbum coram V. Definitorio legit, qua finita Cano-
nicus Actus conclusus Canonica manuum subscriptione Die Decima
tertia Septembris Millesimo Octingentesimo Decimo Sexto Anno.

Fr. Antonius à Nativitate B. V. Mariae
Minister Provincialis mp

Fr. Aloysius à Concept. B. V. Mae. Definitor Imus.

Fr. Leo a Natt B. V. M. Definitor Idus mp

Fr. Casimirus à S. Catharina Definitor Itus et Venerabilis Definitorii
Secretarius

Acta Venerabilis Nostri Definitorii ante Capitularis Beresteci sub Praesidentia N.P. Antonii a Natte B.V. Mariae Ministri Provincialis Die 2.a Mensis Junii Anni currentis 1817. inchoati ac sequentibus Diebus ejusdem Mensis finiti —

Sessio I

Venerabile nostrum Definitorium ante Capitulare iuxta normam Legum convocatum ac congregatum, ad Domum nostram Berestecensem, locum nimirum Capitulo moderno celebrando designatum, die et Anno ut supra initialiter inchoatum est ac institutum ex tribus Personis, nimirum: ex N.P. Antonio a Natte B.V. Mariae Ministro Provinciali ac Praeside ejusdem Definitorii, Pre Joanne a S. Adriano Definitore tertio, et Pre Casimiro a S. Catharina Definitore 4to ac Secretario, ex causa instantis Capituli Provincialis celebrandi, et si primus et Secundus Definitor Provinciae quocumque momento expectetur ad complementum ejusdem Definitorii —

In tali ergo numero congregati Definitores cum suo Praeside in Domo Berestecensi, ac solito pulsu Campanae convocati ad Aulam Definitorii, praemissa solita invocatione auxilii Spiritus Sancti, factaq brevi salutatoria allocutione per N.P. Provincialem conformi ad hunc actum, processit Venerabile Definitorium, eadem Sessione ad recipiendum ac audiendum Juramentum P. Joannis a S. Adriano Definitoris tertii Provinciae (: siquidem hic Pater prima non nisi vice officium Definitoris executioni demandat :) quod et in praesentia nostrum, coram suo Praeside juxta Leges Ordinis, de fidelitate ac secreto servando emisit —

Hac eadem Sessione facta est per N.P. Praesidem Definitorii et Nos revisio Testimoniorum, Eorum qui ad Capitulum Celebrandum literis convocatoriis vocati sunt, et comparere necessario debent, quorum omnium Testimonia propria cujuscunque Vocalis manu subscripta, de comparitione personali ad idem Capitulum celebrandum inventa ac reperta sunt apud N.P. Provincialem

In eadem etiam Sessione lecti sunt Computus Triennales Perceptae ac Expensae Residentiae Varsoviensis et Rzyszoviensis in quibus omnia ad Stylum Legum nostrarum facta, V. Definitorium inveniendo, finem huic Sessioni imposuit —

Sessio II.

Eadem ut supra Die post solitum Campanae pulsum hora Quarta

pomeridiana Sessio secunda instituta est, in qua Triennales Rationes Collegii Luccoriensis lectae ac discussae fuere — In his laudat equidem V. Definitorium accuratam descriptionem Status Collegii; hoc tamen in post Recommendat P. Collegii Ministro, ne Titulus in Ordinaria Expensa in Registris ponatur tanquam non necessarius ac omni modo coincidens cum Titulo „Cibus et Potus; quidnam enim sub hoc Titulo in Raptulari Collegii positum ac adscriptum est, V. Definitorium scire non potest — Insuper adinveniens V. Definitorium in Chartaquenta Collegii Luccoriensis, esse omissam inter Summas Collegii, Summam Octo millium flor. polonicalium ad Provinciam quidem spectantem, sed Scripto Perill. MD m. p. Czaczka in rem Collegii Luccoriensis adscriptam ac in Bonis Kowel Haereditariis Celsissimi Principis Jablonowski locatam; recomendat P. Ministro Collegii, ut praesenti Rationum Summae Collegii Luccoriensis, haec Summa 8,000 florenorum polonicalium incorporetur ac simul cum Provisionibus annualibus ab ea receptis ingrossetur et in hac recomendatione P. Ministro data, finita est Sessio Secunda

Sessio III.

Sessio haec in completo omnium Definitorum Provinciae hora decima matutina die tertia Junii currentis Anni inchoata est, a salutatione omnium Definitorum per brevem sermonem directum, quoad bonum Regimen Provinciae ac Domorum, ac eligendos aptos ac idoneos Superiores Locorum, qui regere possent sine offendiculo commissum sibi gregem, dicti per N. P. Provincialem — Qua finita lectum fuit petitum ad N. P. Provincialem porrectum Fr. Drevelle Galli Clerici nostratis Professi apud Patres calceatos nostri Ordinis, qui egressus e Claustro Parisiensi tempore incurrectionis Gallorum, ac prosecutionis Religionum, non propria voluntate sed vi adactus; Humillime expostulat tum a N. P. Provinciali, cum a Provincia nostra, ut redire valeat ad N. S. Religionem, ac Provinciae nostrae incorporari — Videtur equidem haec illius voluntas non conformis esse Nostris constitutionibus, Praecipue vero Constt. Cap. 42. §3. n. 13 de Informat. Novitt., tum Nostro Manuali de Proffessione Parte 2. Captt. 6. n. 5. ubi pro nulla talis ac talium Professio habetur — attamen cum V. Definitorium attendisset causas Illius Fratris de Familia Calceatorum egressus, validitatemq Professionis emissae in Religione Nostra

per.

perpendens, simulq observans factum B. Michaelis a Sanctis, qui de licentia suorum Superiorum, strictiorem observantiam arreptus est, quinimo palpabiliter videns non alia de causa illum Religionem reliquisse deserensq, quam quod Trinitariorum existentia hoc in Regno cessaverit — Hinc correspondendo illius votis, illum in Novitiatu Trinitopoliensi ad habitum nostrum admittendum statuit, admissoque annum probationis adimplendum assignat, ac ad valide emittendam in strictiori observantia Nostrae Religionis Proffessionem habilem ac idoneum reddit —

Denuo lecta ac perpensa fuerunt ad porrecta varia ~~[illegible]~~ tum N. P. Provincialis tum Superiorum localium, ad Supremum tam Politicum quam Ecclesiasticum Regimen Poloniae Petita, de Summa 1000 flor. pol. Provinciae Nostrae debita a Conventu Cracoviensi recuperanda, de restitutione Librorum Bibliothecae Cracoviensis, et aliorum supellectilium post fata p. d. Patris Dominici a S. Jacyntho relictorum, et ad nos pertinentium, tum de restituendis fundis mansionis, ac Summis errectionalibus Residentiae Lublinensis Nostris Religiosis inibi degentibus, Responsa Supremi Regni Poloniae Regiminis, ex quibus hoc unum apparuit, quod et Conventus Cracoviensis et Residentia Lublinensis nullam spem suae existentiae habeat, Summa vero 1000 flor. pollonicalium, pecuniae ac alia suppelectilia post nostros p. defunctos Religiosos, nostra non sint, nec in memoria Provinciae nostrae esse debent, quod aditus N. Patri Provinciali p. Visitatione et Commutatione Religiosorum expeditus inibi existat, hoc nonnisi restat N. P. Provinciali ut saltem Religiosi Lublini miserime manentes, alio transferant loco et alicui Domui incorporent.

Deniq hac Sessione Lectae fuere Rationes Triennales Conventus Brahiloviensis, quibus perlectis et nihil in illis disponi repertis Soluta Sessio tertia

Sessio IV.

Hac Sessione instituta die 4ta Junii non sine cordis dolore audiebat N. V. Definitorium varios excessus Pr. Gasparis a Jesu Maria Ministri Molodecensis tum oretenus factos ac promulgatos per N. P. Provincialem, tum scriptotenus porrectos contra eundem Ministrum per P. Antonium a S. Francisco Praesidentem Theophipoliensem ad Nostrum V. Definitorium

specialiter vero de inobedientia per ipsum N. P. Provinciali in denegata
danda explicatione ad varia interrogationa ipsi amicabiliter ad explica
tionem per N. Definitorium data ac promota, nec ad V. Definitorium
modo transmissa, de procuratione apud exteros contra votum non am
bigendi Ministerii Theophilienses, deque ultimo de variis Inventibg
Claustralibus ab ipso receptis et sibi appropriatis negue Regularis Clau
stri inserti — Condoluit equidem V. Definitorium Patri huyus Fabri
ad justitiam simul servans, illum tanquam pena dignum judicio
ficturi Definitorii judicandum ac plectendum remittit

In hac deinde Sessione lectum fuit petitum tum P. Inventii a Severi
no Praesidis Conventus Brahilowiensis, tum P. Josephi a Sve Nepomu
ceno Praesidis Chyrowiensis, quorum primus justitiat invamen quoa
extinguenda debita Missarum, alter exponit voluntatem R.mi D. Moto
wilki Marschalci Bohuslaviensis, de concedendo ad Illius Capellam
Sacerdote idonea ad celebranda nuncupata, quae ambo petita
subsequentis Definitorii judicio relicta, ne gravamen aliquod esset nova
Provinciali. Finitaq Sessione lectione Chartaquentae annualis tantum
propter defectum Chartaquentarum Generalium per Antecessores non
insinuatarum Conventus Theophilienses —

Sessio V.

Eadem die et Mense horis pomeridianis lecta Chartaquenta Residen
tiae Szumbarensis, ac simul formatus Catalogus remote Eligibilium
pro moderno Capitulo celebrando juxta subsequentem Ordinem —

P. Joannes a S. Adriano in Provincialem Definitorem. Ministrum
P. Fortunatus a S. Thoma in Provincialem Definitor. Ministrum
P. Aloysius a Concept. B.V.M. in Provincialem et Ministrum
P. Antonius a Nativ. B.V.M. in Provincialem Definitorem et Ministrum
P. Valentinus a Nativ. B.V.M. in Plen. Definitorem et Ministrum
P. Guilelmus a S. Ignatio in Ministrum
P. Nicolaus a S. Joseph in Ministrum
P. Jeliseus a S. Francisco in Definitorem et Ministrum
P. Antonius a S. Laurentio in Ministrum
P. Marcellinus a S. Martino in Plen. Definit. et Ministrum
P. Leo a Nativ. B.V.M. in Provincialem et Ministrum.
P. Secundus a S. Ignatio in Ministrum —

Pr Raymundus a SS Regibus in Ministrum
Pr. Camillus a S Pet Felice in Ministrum
Pr Damascenus ab OO SS in Ministrum
Pr Aemilianus a S Michaele in Ministrum
Pr Florentius a S Petro in Ministrum
Pr Benedictus a S Josepho in Definitorem et Ministrum
Pr. Norbertus a S Leone
Pr Leo a S Nicolao in Definitorem et Ministrum
Pr Leonardus a Conceptione BVM in Plem Definitorem et Ministrum
Pr Stephanus a S Basilio in Ministrum
Pr Lucius a S Joe Baptt. in Ministrum
Pr Casimirus a S Catharina in Provincialem Definitorem et Mtrum
Pr Vilhelmus a S Antonio in Plem et Definitorem
Pr Hilarius a S Anna
Pr Aquilinus a S Victore
P. Ladislaus a S Ignatio
Pr Ambrosius a S Nicolao.
Pr Clemens a S Vincentio in Ministrum
Pr. Leopoldus a S Joachimo in Ministrum
Pr Antonius a S Francisco in Ministrum
Pr. Franciscus a S Josepho Calasantio in Ministrum
Pr Gaspar a S Joe Cantio in Ministrum
Pr Salesius a S Jacobo
Pr Victor a S Ignatio in Ministrum
Pr Joannes a S Modesto in Ministrum
Pr Vincentius ab Apostolis in Ministrum
Pr Venceslaus a S Casimiro
Pr Casimirus a S Sebastiano
Pr Josephus a S Joe Nepomuceno
Pr Valentinus a Regibus
Pr Valerianus a S Antonio
Pr Innocentius a S Severino in Ministrum.
Pr Joachimus a S Casimiro in Ministrum

Sessio VI.

Die Quinta Junii hora nona Matutina initium haec Sessio sumpsit

a lectione formati. Remote Eligibilium pro modernu celebrando Capitulo Cathalogi super Secretarium Definitorii Cuiusq Definitori non stratus ? ad discutiendum num graduationes in Constitutionibus prescripte in eo reperiantur quig hac Sessione ab omnibus aprobatus fuit ac confirmatus. Reliquum temporis datum variis resolutionibus privatis.

Sessio VII.

Sessione hac lectus fuit ad V.N. Definitorium Supplex Libellus Nobilis Joannis Martinowicz Sacristiani Conventus Berestecensis per ipsum porrectus. Hic Libellus sequentia continebat petita, nimirum: Primo ut Documentum illi datum ex voluntate Capitul: 1000 Celebrati per P. Onuphrium ad Dionysii Ministrum motum Conventus Berestecensis cum subsequentibus Consillariorum et Secretarii Communitatis per V. Definitorium confirmetur, 2do ut annualis pensio, et alia ipsum concernentia ipsi exolvant et redantur. 3to. ut Puer aliquis substituatur illius adjutorio ? - Ad quae petita etsi V. Definitorium ipsi nullam justa formalitatem, nisi privatam Responsionem dederit, non autem formalem - attamen obligavit Superiorem hujus Conventus Berestecensis, quicung futurus sit, ut in futurum procurret ipsi Domum cum Horto juxta Scriptum ipsi datum ac in Casso Judiciario Dubnensi roboratum, non in Camerario Vetero, sed in Gundica Conventus, ex lignis confectum, et tradat ipsiq omnia redantur ac exolvantur quae ipsi debentur, simulq adjungatur ad ipsius labores Puer, qui Sacristia et Ecclesia, non autem ipsi inserviat -

Sessio VIII.

Sessio octava instituta est die 6. junii 1817. Anni ad prescriptum hujus regulae, in qua lectum est Petitum Fr. Francisci a Joseph Cataseus Praesidis Conventus Berestecensis in his punctis. Primo num Processum Judiciarium iam inchoatum cum Ill.mo Catharina Platerowa, de retenta provisione et Claustro debita, in Summa f.p. 3770 promovere, vel similare spe pacifice Combinationis debeat. 2do. Num Silectionem Obligatio quae non est conformis Decreto V.N. Definitorii Generalis sub Gravidatia Rndi N.P. Stanislai ab Assumpt. B.V.M. per Conventum exigenda vel penitus reicienda ? 3tio Quamvis reperiendus Status miserimus Villae Chomsków ex defectu Secretum terrae Arabilis vivendo necessarius 4to. Cui Summa Obligatoria Conventus Berestecensis 3000 f.p. regni Bonis Mirowis olim locata ac existens p Censu annuo dari ac in Cassa

Bonis

Bonis locari debeat? 3to. Qualis Resolutio Illustrissimo Generali Luceoriensi Consistorio de Novitiis Inscriptione Politica et Civili comprehensis danda. Ad primum V. Definitorium respondit, prius arripiendam esse viam combinativam et amicabilem, quae si non correspondebit votis Communitatis, Processus inceptus judiciarius cum Ill. Platerowa Castelanide Trocensi hac in parte finiendus, ne damnum Claustro emergat — Ad 2dum Summa f. p. 5,000 si a Successoribus M.D. Antonii Pilecki non in aurea sed Argentea moneta Currenti de noviter inscripta ac Actis Terrestribus ingrossata per eosdem fuerit, evictionemq Certam habuerit; licitum erit Communitati hujus loci convenire cum MM Pilleciis de Obligationibus perpetuis pro eadem persolvendis et a Communitate aceptandis, conformando tamen se Decreto saltem in pte V. N. Definitorii Generalis, sin secus Cessandum ab obligationibus ac Provisione recipienda, ac Scripta manualia p hac data omnibus nisimul Pilleciis redelenda, ac Quietatio ab Illis hoc in puncto recipiendam conservandamq in Archivo Conventus — Ad Tertium Currandum ut Boves et Equi pro Praedio Zbonszow non autem Subditis hoc momento ac in hac diferentia temporis coemantur ac Saltem quinque aut sex Arratra comparent, quibus et Subditi hujus Villae juvari possent. Ad 4tum Quaerendus e Evictor pro hac Summa qui Procentum per Sex a Cento solvere posset, vel in defectu hujus locanda e vel super Bonis Beresteczko apud Per Ill. Catharinam Platerowa vel apud M.D. Jukowski in Bonis Brahilow — Ad 5tum Hoc nonnisi V. Definitorium Respondit, quod post diligentem Inquisitionem si tales Novitii inventi fuerint, qui Conscriptione praesenti comprehensi essent, tales e Novitiatu emittendi, ne damnum aliquod et Infamiam Religio patiat.

Sessio IX.

In hac Sessione ne impedimentum aliquot in electione habeat P. Innocentius a S. Severino in Moderno Capitulo V. Definitorium dispensavit praefatum Patrem in Annis, computando ipsi Annos Novitiatus quinque in Annos Professionis

Sessio Ultima

Die 7ma horis matutinis ultima haec Sessio instituta est, in qua nihil

iam ad agendum superfect, ultimam ergo opus apponendo manum Secretarius Definitorii pro munere et praxi recepta, consurgens, omnia ejusdem Sancita a capite usque ad finem de verbo ad verbum legit. Qua lectione finita Actus concluses et canonica manus subscriptione confirmatus est Die Septima Mensis Junii Millesimo Octingentesimo Decimo Septimo Anno.

Fr Antonius a Nativitate B.V.Mariæ
Minister Provincialis mpp

F. Aloysius à Concept. B.V.Mo. Definitor. mpp
F. Leo a Matre Dei Definitor Secundus.
F. Joannes a S.ti Adriano Definitor Tertius mpp
Fr Casimirus a Cattharina Definitor Quartus
et V Definitorii Secretarius

Benedicta sit SSP Trinitas

Acta V.V Definitorii post Capitularis sub Praesidentia V.P. Anto-nii a Matre B.V. Maria Ministri Provincialis ac Praesidis in Collegio Lucconiensi anno 1817. Die 10. et Sequentibus Mensis Junii Celebrati-

Definitorium hoc praesenti anno et Mense Latium absoluto Capitulo Provinciali electivo, in Collegio Lucconiensi congregatum est, e pluribus nominis rationis causis, ac ex quatuor tantummodo Personis collectum. videlicet ex N.P Provinciali et Praeside Definitorii, Patre Joanne a S. Adriano Definitore Provinciae primo, Patre Marcellino a S. Martino Definitore Provinciae tertio, ac P. Casimiro a Catharina Definitore Provinciae quarto — Hi omnes insimul congregati, implorato primis auxilio Divino, ac post orationem brevi per V.P. Provincialem salutationem ac benigne excepti, processerunt tanquam Neo-electi ad emittendum juramentum legibus prescriptum — Hoc juramentum in primis ad effectum deduxit N.P Provincialis, tum Definitores juxta suam graduationem, ac demum Neo electus Definitorii Secretarius Fr. videlicet Casimirus a Catharina Definitor Quartus forma omnibus juxta leges prescripta

Sessio I.

Anno et die ut supra hora pomeridiana quarta, congregatum est V. V. Definitorium consueto pulsu Campanae pro inchoanda Sessione prima — In hac primo principaliter lectum fuit Inventarium rerum ac bonorum immobilium ac utensilium Collegii Antecollensis, tum ejusdem Collegii Rationes Triennales, ac demum Ecclesiae rationes triennales Residentiae Civitatensis a Commencensis ad ante Capitulare Definitorium non transmissae et in his lectis finita Sessio prima.

Sessio II.

Pro hac Sessione bene non nisi remanserunt rationum

triennalium Summæ discutiendæ ad hoc Definitorium à Conventu Trinitopoliensi et Collegio Orsanensi transmissæ, quæ et hac Sessione illico discussæ ac perlectæ sunt. – Desideravit adhuc NV Definitorium reliquas quatuor Domorum Rationum Triennalium Summas, quas ad se transmissas hinc et nunc non reperiit – Horum ergo Domorum Superioribus revocat in memoriam Caput Constt. 40. §9. N. 15, et ea quæ inibi continentur – Simulque ut Inventaria eodem Cap. N. 16 Constt. præcepta, de formandis ac transmittendis inventariis, ut serio ac suo tempore sint conscripta, ac transmissa ad subsequens Definitorium demandat.

Eadem Sessione habens in Scriptis porrectum sibi postulatum V Definitorium ab Honesto Mathia Wirski, qui ante trium annorum spatium permissus est ad parietem utrinæ contiguum extruere Hypocaustum, hac cum conditione, ut post ejus ac illius Uxoris fata, illud æviternæ Claustri possessioni cederet – Cum porro prædictus Mathias Wirski cum sua Uxore prægravati ac vivendi modo destituti sint /: denegata anteacta illis facultate vendendi hypocaustum, utpote etsi extra menia Claustri, ast in propria illius Area extructum :/ hinc et nunc exorant, ut illis necessaria vitæ, quo ad victum è Culina Claustri suppeditentur, illi verò consueta Ecclesiæ obsequia circa Custodiam portæ Decumanæ, circa servitium Odeæ, et his similes à Superiore loci designandas indigentias libenter subituros sese offerent, exorando præterea ut post utriusq mortem, præter funebralia supexuvias earum adimplenda, una saltem quotannis Missa, pro eorum animabus applicetur – V Definitorium humillibus eorum precibus benigne quidem annuit, ac Superiori Loci recommendat, ut utrique eorum communia fercula de Cullina Claustri suppeditentur – quo ad Missam tamen hanc cautellam apponit, ut ea præfixo tempore eousq celebretur, quousque præfatum hypocaustum subsistet – Postquam vero vetustate diruetur ac annihilabitur illico et hæc obligatio suscepta cessabit

Sessio

Sessio III.

Anno currenti nempe 1817. die 20 Junii hora 9. Matutina congregatis Nobis in Domino ad presentem Sessionem instituendam —

I. Lectum fuit Petitum Fr. Michaelis a S. Alexandro Petranowski ad N. P. Provincialem 18 Junii Currentis anni porrectum, in quo exponit Praefatus Frater causas nullitatis suae Professionis, e quibus suam Professionem reclamat, igitur V. Definitorium conformando se Decretis Summorum Pontificum et Concilio Tridentino Can: 19. Sess. 25 de Regularibus Praefatum Fratrem, pro invalidanda juridice sua Professione ad Noviciatum Brahiloviensem, in quo annum probationis perregerat remittit, ipsique dat omnimodam licentiam juxta praescripta tamen Canonum et Constitutionum, suam Professionem Religiosam in Consistorio Camenecensi reclamandi ac invalidandi — ac ut praefatus Fr. Brahiloviam transmittatur P. Ministro loci recomendat, ne postea ex ipsius fuga aliqua infamia Religioni subsequatur —

II. Communicata sibi habens V. Definitorium Mandata Consistorii Mohyloviensis ac Raporta Decani Orsanensis ac Babinovicensis, quibus praefatus Decanus denuntiat N. P. Provinciali P. Clementem a S. Vincentio Pewolski Praesidem ac Curatum Babinovicensem, quod illi sit inobediens, inimicitiasq inter illum et Saeculares personas fovens, et ideo apud Saeculares Personas protectionem quaerit, ut remaneat in eodem loco, ac muneris officio, quodve Stipendia pro Obligationibus data, et non dum persolutis dilapidaverit, pro suo libitu, absque scitu suorum Superiorum — V. igitur Definitorium praefato P. Clementi a S. Vincentio inprimis in memoriam reducit verba Vitae aeternae de Obedientia et subjectione Superioribus debita „Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit„ et alio loco „Obedite Praepositis vestris et subiacete illis„ simulq mandat ne ab hinc audeat cum suo Decano inimicitias ponere, ac cum ipso altercari, ne N. P. Provincialis coactus sit ipsum amovere ab officio, quemmadmodum et ad praesens designabit N. P. Provincialis, alium Curatum distinctum a Praeside loci iuxta Supremum Regulam en Collegii — Insuper mandat ac sub Conscientia obligat idem Definitorium Patrem

Praesidem Babinovicensem ut stipendia pro obligationibus data, et per ipsum expensa statim colligat, ac ea in unum collecta ad Censum annum per sex a Cento pendendum tradat, ut sic et fiat satis et obligationibus et dilapidationi non necessarie obvietur.

III. Ad postulatum porrectum per P. Praesidem Brahiloviensem ad praeteritum Definitorium, modernum V. Definitorium talem dat resolutionem P. Ministro Brahiloviensi, quod quemadmodum prius N. P. Provincialis, restantes in aliquo Claustro Missas applicabat ad intentionem Conventuum magis indigentium, quemadmodum et praeterito triennio applicavit plus quam 400 Sacra pro Conventu Brahiloviensi, ita et hoc triennio imminuet debita contracta in Sacris, sub hac tamen conditione, ne in post onera Missarum contrahantur, sed ut quilibet Superior pro tot Missis Stipendia accipiat, quod saltem in Anno absolvere possit, et ut hac in parte legant Decreta S. Ritt. Con: Concilii Divina Providentia Urbani Papae VIII de Celebratione Missarum.

IV. Quoniam Decretum latum in praeterito Definitorio P. Gasparo a Jesu Maria notificatum non fuerat, neque tempus moderni Definitorii, hinc illius Causa ad praesens Definitorium relicta, ad futurum Definitorium transfertur, cum obligatione, ut praefatus Pr. se personaliter ad futurum Definitorium sistat, et explicationem ad porrectas obiectiones veram et sinceram in eodem Definitorio det ac dandam procuret.

V. Similiter advertens V. Definitorium brevitatem temporis hujus Definitorii ex causa discessus omnino necessarii P. Joannis a S. Adriano Definitoris primi Varsoviam, simulque videns, quod causa P. Isidori a S. P. N. Jos. de Matha multo tempore indigeat ut probè discutiatur. Hinc praedictam causam futuro Definitorio discutiendam relinquit, mandans P. Isidoro, ut veram ac omnis cavillationis ac denigrationis Fratrum expertem ad puncta sibi porrecta dare satagat explicationem attendens juris effatum „ Accusatus debet se ipsum prius purgare, quam alios accusare „

VI. Hac Sessione rescivit N. V. Definitorium non sine dolore Cordis et Animi de Fratre Adamo a S. Stanislao Swiderski, ipsum habere morbum contagiosum vulgo morbum gallicum, et quidem contractum ante Noviciatum, quem ipse Fr. originaliter, ut suspicari fas est a Parentibus contraxit. Ea de causa volens hac in parte

V. Definitorium magis ac magis firmari, vocavit ad juramentum omnes illius Fratres concollegas, ac alios Patres in hoc Collegio manentes, ab ipsisque facto ac recepto prius juramento, in aperto recognovit, praefatum Fratrem Adamum a S. Stanislao morbum hunc habuisse ante inceptum Noviciatum, sed tandem eum celasse, in eoque morbo existentem, tum Brahiloviae, tum Luceoriae curratum fuisse, et tamen in eodem morbo incurabilem repertum testimonio Medicorum esse ac existere — Cum igitur evidentissimum sit, tum juxta Cannones Summorum Pontificum, quum juxta Constitutiones Ordinis Nostri Cap. 42. § 3. N. 2. talem Professionem esse nullam, imo et ꝯ nulla ab Ordine Nostro declarari juxta Manuale nostrum parte 2. Cap. 6 N. 5 — Ideo et V. Definitorium suprafatum Fratrem Adamum a S. Stanislao ex hac causa invalide ac nuliter professum fuisse pronunciat, ac ut possit redire in Saeculum, inibique sine remorsu conscientiae vivere liberum facit — Cui tamen, ut omnia necessaria, tum quoad vestitum, et iter arripiendum, quum quoad alia necessaria saltem ad aliquot tempus simul cum testimonio per Superiorem loci suppeditentur omnino ac necessario recomendat —

Sessio IV.

Hora quarta pomeridiana Sessio more solito incepta, quo tempore expositum fuit per P. Marcellinum a S. Martino Definitorem Provinciae oretenus, desiderium M. D. Funtt Apothecarii Luceoriensis, ut pro Domo quam aedificavit in Area Jarovicensi non iam Censum Annuum quotannis in quantitate flor. pol: Quinquaginta, sed loco ejusmodi Census inscribere possit Summam 1000 f. p. vel ad manus ꝯ dictam Summam Collegio dare, ad locandam eam per Claustrum in aliquibus Bonis certis pro Provisione ab ea Claustro quotannis solvenda, ut sic et ipse et Filia illius ad mortem pacifice ac quiete in eadem Domo manere ac cohabitare possint — V. Definitorium non reicit hanc Illius voluntatem, quinnimo acceptat, sed ut prius facta cum ipso Conventione de modo et tempore

hujus inscriptionis Summae, ac inhabitationis Domus Comunitas Decretum cum omnibus Clausulis formet, formatumq ad subsequens Definitorium transmittat, recomendat —

Sessio Ultima

Sessio ultima facta è de mane hora Decima die 21 Junii currentis anni, sed in hac cum nihil superesset ad decidendum ac discutiendum ideo perlectis omnibus a principio usque ad finem, finem huic Definitorio imposuimus, ac propriis manibus subscripsimus Die Vigesima prima mensis Junii, Millesimo Octingentesimo Decimo Septimo Anno.

Fr Antonius à Nativitate B.V. Mariae

Minister Provincialis m.p.

Fr. Joannes à S. Adriano Diffinitor Provinciae Primus

Fr Casimirus à S. Catharina Definitor m.p.

Provinciae quartus ac Ejusdem Definitorii Secretarius

Benedicta sit Sanctissima Trinitas.

Acta Venerabilis Definitorii Provincialis, sub Presidentia R. Patris Antonii a Nativitate B. Mariæ Minichi Provincialis ac Ejusdem Definitorii Presidis in Collegio Lucco Die 10. Mensis Maji 1818. Anno Celebrati.

Sessio prima.

Hac Sessio Preliminaris, invocato prius Auxilio Spiritus Divini, ac primo salutatorio Sermone, facto per R.P. Provincialem ad Definitores initium sumpsit a Juramento facto de fidelitate et secreto servando Pris Casimiro a Catharina Definitore Provinciæ Alti ac Secretario Definitorii — Post, idem Definitorium excepit Juramentum, Pris Fortunato a Thoma Karpinski Definitoris in Capitulo Nostro Provinciali Beratai Anno 1817. celebrato Electi ac à Supremo Regimine confirmato de fidelitate ac Subjectione Suæ Imperatoriæ Majestati, Alexandro I. Imperatori ac Autocratori Totius Rossiæ, juxta Bullam a Supremo Regimine prescriptum; quo Juramento facto et subscripto per laudatum Patrem Fortunatum a Thoma Karpinski Definitorem Provinciæ Mag. P. Antonium Severnowski Provincialem tanquam hujus Definitorii Presidem. Idem Pr. Fortunatus a Thoma, altemus emisit Juramentum de fidelitate et Secreto, prescriptum Legibus Nostris Patribus Definitoribus; sicque aggregatus numero Definitorum, initavit in Executionem sui officii et Totum Definitorium collectum est quatuor Personis, nimirum P. N. Provinciali et Presidi, Patre Fortunato a Thoma Definitore Provinciæ 1do, P. Marcellino a S. Martino Definitore Provinciæ tertiæ, et P. Casimiro a Catharina Definitore Provinciæ 4to. ac Secretario Definitorii unum munus exercere aggressum est. Deinde.

Eadem Sessione. Matutina, lecta et Ejus Illustris ac Reverendissimi D. Simonis Malewski ad Gymnasii Rectoris Universitatis Vilnensis, pro tunc veri Visitatoris Generalis Scholarum Gubernii Volhyniensis ac Podoliensis, scripta ad R.P. Provincialem sub Data 13 Augusti 1818. Anno, Volat. in qua Idem Illustris ac Reverendissimus Rector Vilnensis, gratum animum refert R.P. Provinciali, ac Totæ Trinitanæ Provinciæ simulq. Patri Salvatore Wiazanowski Præfecto Scholæ Theophilopolitanæ, pro introducta Schola Publica Theophilopolitana; simulq. Approbat, hanc Scholam, elevandam ad Natum ac prærogativam Scholæ Districtualis, Starokonstantinoviensis, dummodo ii ea sint Res Professores Legibus Educationis Publicæ Exempti — Quo in fundamento Scripsit D.V. Definitorium Fr. Romanus à S. Matthæo Præfectus Scholæ Theophilopolitanæ petitum in his punctis. Animus. Ut V.D. Definitorium, Scholam Theophilopolitanam, tanquam Scholam Publicam Pue-

authoritte

approbet et confirmet, per quam recepta est ab educatione Publica. Ido. Omnia bona, quocunq; titulo et in quocunque genere aquisita p bono educationis in rem illius tantum Scholæ cedat, neque in alium usum convertantur. Ido. Ad duo Professores Eidem Scholæ subrogentur. Ito. Ut cum licentia V. Definitoni hæc Schola possit mingsari Catalogo Scholæ Publicæ.

Aliis igitur lectis ac matura juditio ponderatis, variisq; inquirendo temporis et loci Circumstantiis, 1° Definitorium, gratum 2° primis refert animum Patri Prefecto Scholæ, pro labore et conatu, quem in promovenda Educatione exemplari ac bono publico utili Juventutis, impigre Cura ac omnimoda sedulitate, in constituendo honore suæ Scholæ, ponere adlaboravit ac adlaborare non cessat; Dolet tamen qd illius votis hic et nunc satisfacere nequit, Nam defectus personæ non sinit illam approbationis licentiam, quã 2° Prefectus adm Sua Schola, a V. Definitorio expostulat. Ad hanc etenim obtinendam prius inquirendæ sunt personæ pro Professoribus Educationi publicæ utilibus ac omnino plebiscitis, quarum numerum hic et nunc V. P. Provincialis, dare nequit, nisi unum quem apponisset Lucrandus Patrocla Iesus sufficiens et aptus pro collocandis Juvenibus classibus qui similitia in Conventu Theophilopolitano non datur, cum et nunc, nec ulla cella vacans et inhabitata adinveniri potest. Schola vero Exigenda per Celsissimã Principissã non nisi Spuratus futura, sed actu non est. Quæ tamen omnia hic enumerata si successu temporis ad effectum deducentur, pro Certo V. Definitorium Respondendo votis publicis ac honori ducet 2° dictam licentiam concedere Scholæ Theophilopolitanæ, ut Scholis Dispictorialibus per Universitatem Vilnensem adnumeretur. Modo vero vult ac optat, ut in tali Exigentia statu ad tempus existat, quã Exigentia donata est per Illustrissimum Visitatorem Gratum Patrem. Bona autem omnia Publicæ Educationi consecrata ac Scholæ Theophilopolitanæ antedictæ Regimini ac tutelæ V. P. Provincialis committit, qui ea in alium usum converti non sinet.

Sessio 3da pomeridiana.

Sessioni hujus pomeridianæ die et Anno instituta dedit initium, lectio variorum Scriptorum ac Epistolarum ad V. Definitorium et N. P. Provincialem transmissorum, inter quæ præminuit lecta ad Resignatio Ministerii Patris Antonii ac Granada Ministri Moldaviæ, sed quæ hæc nulla habuit firma ac convincentia motiva allegata pro accepta dicta Resignatione, cum laudatus Pr Antonius Minister non tum transmiserit Medicum testimonium de sua facta Sanitate, minusq; idonea, ad portandum Ministerii onus, vitamq; Cum mutuam ducendam, neque V. Definitorium jurat, ut in tam juvenili ætate tales morbi cessant, Ideo 2° dictam Resignationem

Palmis Antonii a S. Francisco ad Gesum non recipit, sed posterioni tempori relinquit, huic minimum, quo p dictum Ser Ministrum Molodecnicii revera cui debitamum vinum, et fraudi Sanctatis ita, ut nulla medicinea cura huic viri aut ne vivi reparari possit; et V.P. Provincialis brevi pro Visitatione instituenda advenienti futurum, de vera Illius dignitudine, testimonium dabit. Hinc enim et paterna charitas et ipsa Justitia ad illam acceptandam ac admittendam sive Definitorium sive ipsum Capitulum animabit. Deinde —

Eadem Sessione lecta sunt varie Epistole scripte ad N.P. Provinciale à Ser.mo M.D. Stanislao Poloniensi Marschalco olim Bohusla vensi, in ordine quo ad Novam Erectionem ac Fundationem Nostri in Villa illius hereditaria Mikolajowka, in Districtu Bohuslaviensi sita, ac in Parochia nostra Rzyczycensi posita, singulariter vero juncta Novae Erectionis ac Fundationis, ab eodem Ill.mo Dominio Marschalco ad approbandum transmissa, in quibus cum omnia favorabilia ac profutura Religioni ac Residentiae Rzyczycensi ac proficua V. Definitorium invenit, Inter unum omnes, pro quo suscipiendo omnino regendus est supra laudatus Ill.mo Dominus Fundator, minimum ut reparato Edicta Ecclesiae ac Residentiae, Ceipue in casu si quem Deus avertat incendii, ac per hoc desolationis Ecclesiae ac Residentiae, simul cum Medico et Medicamentis pro Infirmantibus Nostris Sacerdotibus imminentibus ac manutis ad ipsum Ill.mo D. Fundatorem spectet ac pertinet, nam cui Provento missento, nullomodo haec duo per Limitanios fieri possunt illicq junctis in Erectione apponatur Religiosum quemodo opus finiendum cum Ser.mo M.D. Fundatore, quemadmodum V. Capitulum Antecedaneum Provinciale celebratum 1811. Anno commissit, cum omni facultate ac potestate, ita et Generi Definitorii committet, Rogans N.P. Provinciale ne huic laborem pro bono Religionis suscipiendum detrectet. ac Ill. Fundatoribus p beneficiis illor cuiterna gratitudine cora Deo a memoria Apponittit Esto Ita Matutina.

Die 21 Mensis et Anni ut supra Sessione hac inchoata per solitum pulsum Campane, varia lecta sunt Scripta a variis Superioribus Domorum, in variis negotiis, ad V.P. Provincialem exarata, quorum alia quoniam ad N.P. Provincialem Illinsque officium spectant, ad alia adhuc expectatur Resolutio Generalis Vilnensis Consistorii, alii in causa S. Raphaelis, ideirco ad haec nulla hic Resolutio V. Definitorii accessit. Illi hae quae infra jacuntur —

Audiens V. Definitorium de voluntate Ill.mi D. Josephi Hossakowski, qui omisit nequivit suo Postulato ad Generale Consistorium Vilnense porecto ac N.P. Provinciali in Coma transmisso hoc in negotio, ut minime Ecclesiae Janowiensi Nobis Nostrisq Officio compro-

ac sub nostra potestate ac Regimine existenti; adjungatur Cura Animarum, pro qua obligatione per nos recepta approbavit idem Ill. ac R. Rossakowski bonificationem fundationis augere, pro uberiori Ecclesiam ac Residentia Janowiensi, simulque attendens, quod ex tali derogatione voluntati Collatoris multa inconvenientia evenire possent, Statuit ut Ecclesia Janowiensis ac Illius Superior, qualiscumque parochiae Lauidensis, cum Consensu ac licentia in Spiritualibus Vicarii in Parochiam Janowiensem requirat, receptam more Parochorum regat, Populo Spirituali ac Sacramentali ministret cum omni edificatione Religiosa, ac in Officiis Parochialibus Duo Decano subsit erat.

Sessio Ita Pomeridiana

Hac Sessione instituta die 12 Presentis Anni et Mensis Horis pomeridianis. Audiens hic Definitorium a R.P. Provinciali quod Decreta VII. Definitionum, minime ad effectum deducantur à Superioribus Localibus, quemadmodu Decretum de applicatione Missarum restantium ab Obligationibus perpetuis et Stipendialibus ad nitentionem R.P. Provincialis, editum in Definitorio Brahinense celebrato Die 24 Mensis Septembris 1781. Anno — Item Decretum de non Contrahendis debitis, in Definitorio Theophilopolitensi habito Anno 1817. latum ac per Provinciam promulgatum — Statuit ac decrevit ea Decreta Confirmare cum adjuncto et addito parenthesi, et veniam executionem illis Patribus Superioribus Localibus demandare, quemadmodu praesentibus confirmat ac executioni Demandat. Frustra etenim Leges et Decreta statuerentur, si obliviosi ac neglectae darentur executioni — Quare et haec semper in recenti memoria habeantur, ideo ambo Decreta hic qui ad Verbum apponuntur. Et quidem Decretum primum Cujus tenor est talis — — — —

Innotuit V. Definitorio, quod Superiores in quibusdam Provinciae Domibus, postquam ad decursum cujuslibet Mensis perpetuis obligationibus satisfecerint, Residua Missarum Sacrificia ad Thesaurum Ecclesiae applicari faciunt, nolentes animadvertere, quod nonnulla Provinciae Domicilia, totum fere subsistentiae suae fundum in oblatis Missarum Stipendiis habentia, vix eisdem interdum intra unum alterumve Mensem sufficere queant, aliunde verò his deficientibus, vix ac ne vix urgentissimis victus et amictus necessitatibus satisfacere possunt — Proinde V. Definitorium post maturam deliberationem, Obtemperat Superiores Locales, ut si quae a quibuslibet

„supra oneribus superfuerint libera Missarum Sacrificia, ea ad N. P.
„Provincialis intentionē, applicari, et quantocyus, eidem transmitti
„faciant, quatenus eorum numero magis indigentibus Provinciæ Ec-
„clesiis fraterna charitte opitulari valeat.
Secundum vero Decretum sic sonat „Audiens non sine mœrore cor-
„dis V. Definitorium, nonnullos Religiosos oblitos sui Status ac
„Parpertatis voti, varia contrahere debita pecuniaria, quæ solvere
„per se ipsos non valent, sicque onerant varias Dominos Provinciæ
„debitis, quæ solvere pro ipsis coguntur; Obviando igitur V. Defi-
„nitorium huic malo serpenti, Statuit ac præceptive Mandat, ut
„ab hinc nullus Religiosus particularis sub quolibet Ptextu
„audeat aliquod contrahere debitum personale (: neq Superiores
„nisi pro urgentissima causa et hoc cum Consensu Communitatis
„et licentia N. P. Provincialis :) sub pœna Circularis Disciplinæ
„Particularibus infligendæ, et Superioribus sub Pœna Respon-
„sionis N. P. Provinciali et Definitorio„.
Eadem Sessione inixum V. Definitorium, tum Sanctis Ca-
nonum ac Summorum Pontificum, tum Constitutionibus
Nostris Cap. 40. §. 21. N. 4., Ut causam Pris Isidori a S. Ioan-
ne de Matha legaliter finire possit, omnemq legalitatis for-
mam servet in suis Decisionibus ac Decreto formando, pro-
„posuit vocare Patres duos„ Nimirum P. Inocentium ad
Severino Ministrū Collegii Lucor et Prem Valentinum a Na-
tivitte Br. Mariæ Socium ex Secundis ac Gravioren Patren, qui in
causa Patris Isidori decisivam Sententiā unacum Definitorio
habebunt, quemadmodum et Præsentibus vocantur, ut sine ulla ex-
cusatione ante formationem Decreti compareant in Collegio Lu-
ceoriensi, neve propter illor absentiā Sententia Definitorii ptra-
hatur ac Definitorium detineatur—

Sessio 5ta pomeridiana.

In hac Sessione pomeridiana Considerans V. Definitorium, quod
Aliqui Religionis Nostræ Sacerdotes„ uti P. F. Nicolaus ab OO
Sanctis Lyko [redacted] P. F. Angelus ab
OO Sanctis Paszkowski [redacted] P. Fr.
Stanislaus a SS. Trinitte Winicki P. F. Elias a S. Leone Wietczewski
et P. Fr. Nicolaus a S. Maria Sądowski, immemores Suæ Profes-
sionis Religiosæ, e Nostram Religionē deseruerint, quorum ali-
qui Habilitati, aliqui Apostatæ a Nostra Religione facti extiterint, si-
mulque attendens, quod Beneficia Fratribus Nostris in Domi-

no

defunctis concessa in suffragiis, ad illos non nisi extendat Religiosos, qui Religioni inserviunt, quiq Religiosi, non vero Secularisati aut Stabilitati et eo magis infames ejusdem Desertores, vere audiuntur aut vocantur; Hinc per Presens Statuit, ut Enumerati supra Patres, nisi conversi et penitentes ad Claustra Suae Religionis redierint, ac Matrem suam Religionem deprecati fuerint, emendationemq hoc in puncto appromiserint, Omnibus consuetis Suffragiis Fratrum, hoc Decreto Spoliantur eaq amittunt. " " " " " " Similiter. —

Attendens V Definitorium varia beneficia Fris Stanislai à S. Caietano Zielinski Laici Donati, in condonatis variis supellectilibus in Saeculo acquisitis, ac Residentiae Crivicensi condonatis, gratitudinem igitur referens supra laudato Fri Stanislao a S. Cajetano Zielinski, Decernit, ut post obitum praedicti Fratris, Superior Loci in quo ~~decessus vivus fuerit~~ decesserit vitam Illius, per totam Provinciam Nostram juxta morem Religionis mittere faciat; Qua Notitia recepta, quilibet Conventûs et Collegiûm ac Residentia, obligabitur ad persolvendas Vigilias cum Missa Cantata et Responsorio Libera, pro Aâ Illius, illaq Obligatio Libro Missarum inseratur. " " " Demum

Eadem Sessione. Habens prae oculis Venerabile Definitorium, quod aliqui Religiosi olim processati, suam vitam in melius commutaverint, conversiq bonam vitam inchoaverint, aliqui verò vitâ decesserint, Decrevit ut omnes Processus Mortuorum, (de quibus si non bene nunquam male sentiendum) ex Libro expungantur ac comburantur, simul cum Processu Patris Raymundi a Regibus, reliquos Processus Vivorum reservans ad veram Illorum emendationem ac correctionem —

Sessio 6ta Matutina —

Haec Sessio Die 23 Maii a. c. 1818 inchoata interpolatis diebus usq ad terminum ad calcem positum fuit continuata. In hac Sessione assumpta fuit ad deliberandum et discutiendum causa gravissima P. Fr. Isidori a S. P. N. Joe de Malha Federowicz Nostrae Sacrae Religionis Sacerdotis Professi, multoties processati atq puniti, neq tamen hactenus emendati, in Ordine ad Canonicam ejus expulsionem. Cumq ad examinandam atq dispiciendam hanc causam deesset unus ex PP. Definitoribus, nempe P. Joannes Walewski ob nimiam dificultatem ac loci distantiam, ad actum Presentem pervenire non valens, proinde pro usitata Legum et Canonum praxi, in ejus locum subrogatus est omnium suffragiis Minister hujus loci P. Innocentius

B

a P. Severino Krzyżkowski — His porro omnibus horâ nonâ matutina
praesentibus, ad solitum Campanae pulsū ad aulā Definitorialem con
gregatis, post invocatum ferventissimis votis et precibus a Patre lu
minū, utpote in gravissimi momenti negotio, pernecessarium lumē
et auxilium, accessū Pprimis fecimus ad legenda et perpendenda com
plura, tam Domestica seu Regularia, quam extranea ab ipsaque Dioe
cesana Jurisdictione emanata Documenta seu testimonia, vitā et mores
praelibati P. Isidori concernentia — Ex his autē Anno 1810 Mense Julio
Canonicus contra eundē formatus fuit processus decem in folio pagi
nis comprehensus — In quo ex depositionibus Testiū juramento firmatis,
idem P. Isidorus, gravissimorum Criminū reus esse patuit. Et quia eo tum
de sola ejus correctione et punitione agebatur, hinc Definitoriū Provinciae
eodem Anno 1810 in Octobri Luceoriae congregatū, lecto et discusso ejus pro
cessu, et deductis ex eodē, et enucleatis ejus Criminibus, nempe: „Quod alte
„fatus P. Isidorus, post habita obligatione suis Superioribus obediendi,
„constanter obluctatur eisdemq; repugnat: Quod seclusa eorundem licen
„tia extra Caenobii Clausuram crebro egrediatur, egressus per viarum com
„pita domosq Saeculares divagetur, divagando autē in iisdem mandu
„cat et bibit: Quod ex usu Sacramentorū Ecclesiae nullū spiritualem
„fructū praeseferat: Quod Sacrificiū Missae, neglecta omni compositio
„ne, devotione, et reverentia eidē debita, celeriter nimiū legit celebratq: Quod
„status sui obligationibus, in nullo ferre puncto correspondeat satis:
„Quod externis eque ac Domesticis frequentissima Pbeat offendicula:
„Quod Superioribus et bene meritis Religiosis, quibus justa debetur reve
„rentia, nullū Pstet honorem, quinimo passim cum veteranos Patres, tū
„juniores suos fratres, pro sua Crassa inurbanitate et malitia, pro
„bris convitiisq, non modo verbis verū etiam scriptis afficit„ — prae-
termissis inquā aliis in processu specificatis, et solū imediate aduc
tis, Definitoriū Provinciae, commemoratis P. Isidori gravioribus Cri
minibus, medicinali duntaxat et benigna poenitentia eidem subvenire
ac peioribus scandalis obviare intendens, eundē instantanea in Car
cere reclusione, dignū esse judicavit, oportunum hac in parte Decretū
tulit, ac executionē ejusdē Superiori Conventus Trinitopoliensis
demandavit

Post aliquot menses emissus P. Isidorus ex carcere recta pro suo
more perrexit ad Illm Rndū Canonicū Stanislaū Lachnicki, eo tunc

Illustrissimi ac Excellentissimi Vilnensium praesulis Stanislai Bonifacii Bonowski Solum Tenentem, Eiusque 1811. anno contra R. P. Provincialem Theophilum Jurgysz, et alios Provinciae Patres, imo contra ipsum et Illustrissimum Reverendissimum Nominatum Episcopum Suffraganeum Joannem Thadaeum Kundzicz elapsa anno 1810 Illustrissimi Excellmi Vilnensium et supra Antistitis Locum tenentem, summe Reprobas et cavillationes pomissil literas, ac si de mandato cujus Authenticum in Archivo Provinciae asservatur ipsissimet Capitali Illustrissimi Suffraganei, per Patentes R. P. Provinciales literas ad Conventum Inmitojoliensem inconvenienter ibique et quasi injuste punitus fuerit. Advenienti vero Vilnam facto 1811 anno in Junio Neo-electo Provinciali P. Coelestino Bigthowski, atq; tota ea re serenissimam coram Consistorio Vilnensi, palefaciente, emanavit mox ex eodem Consistorio Resultatum tenoris Sequentis:

„Roku 1811 Miesiąca Julii 27. dnia w Zamku Wileńskim Rzymsko-Katolickiego Duchownego Konsystorza zapisano — Na teyże Sessyi po odprawieniu modlitwy, pierwszy A. Grzegorza Jedenowicza Zakonu S. P. Franciszkanów przeciwko Kapitule Celestynowi Bigthowskiemu Prowincyałowi, Teofilowi Jurgyszkiemu Exprowincyałowi, Leonowi Bagockiemu i Wilhelmowi Kuczyńskiemu Ministrom, Marcellinowi Andrzejowi przeszłemu Sekretarzowi, tudzież wszystkim przeszłym i teraźniejszym Definitorom tegoż Zakonu, o bezprawne siebie uwięzienie w Karcerze, prześladowania, i ucieczenia od wszystkich domieszane, na dniu 2. Junii roku idącego podany: drugiej od Kapituły SS. Franciszkanów przeciw A. Teofila Jurgyszkiego Exprowincyała na dniu 24. Julii 1811. roku w sprawie explikacyi z dołączeniem wielu aktów, a mianowicie Dekretu Definitorii w sprawie A. Grzegorza Jedenowicza zapadłego złożonej w Sądzie tutejszym wedle prawa Rozkazali. Ponieważ Konsystorz wedle Ustawy dla Duchownego i Kościelnego urządzenia Rzymsko-Katolickiego Wyznania, w Roku 1861. Novembra 13 dnia nayświeższą potwierdzonej wdawać się w Zakonne Urządzenia nieprzychodzi, ani Dekretu Definitorii rozpoznawać niema prawa, zatym A. Grzegorza Jedenowicza pod zupełną obedyencyą przełożonym Jego zawiesić, dane iemu pozwolenie przychodzenia do Konsystorza iako iuż niepotrzebne odwołać, i onemu odpowiedzieć, ażeby wedle wyżey zaszłowanej Ustawy w krzywdach swoich ieżeli ma iakie od Kapituły udawał się do Biskupa Dyecezalnego, autentyk podpisany przez osoby Sąd składające i za Kopiętą Sekretarza — O czym wiadomości z Aktami Sądowemi poświadczam. Jan Kulikiewicz Sekretarz P. Konsystorskiego

Kiego

Vigore provinde Regularis Jurisdictionis nempe de mandato R. P. Provincialis Coelestini Pigłowski praedictus P. Isidorus ad Domicilium Brestense pro mansione amandatus fuit. In hac porro sua biennalis mansionis domo, qualia conversationis ac emendationis signa praetulerit, complura et Spiritualium et Saecularium personarum qualificatarum, utpote in variis respective Officiorum subselliis constitutarum Testimonia scriptotenus porrecta evincunt. Siquod Originalia Authentica in Archivio Provinciae asservant: insuper adeo ut per Ill. Dnus Canonicus Praepositus et Decanus Brestensis Adalbertus Rozałowski, ipsorummet solitae Brestensis Magistratuum P. P. M. M. Constantynowicz et Haffke Resolutionibus Superiori Domicilii Brestensis Patri Bonifacio Hiert evacuatis cum Patris Isidori Brosta demandantibus permotus, Illustrissimo Excellentissimo Vilnensium Antistiti Hieronymo Strypowski 26 Julii 1814. notificare coactus fuerit, qualenus eundem P. Isidorum tanquam notorium et Civitatis et totius Districtus Brestensis scandalisatorem, Statusq Ecclesiastici perturbatorem authoritate sua alio amandare jubeat. Vigore itaq Rescripti ab Illustrissimo Excellentissimo Loci Ordinario sub N.o 491. Die 21 Julii 1814. emanati P. Coelestinus Pigłowski eotunc Provincialis Definitor ac R. P. Provincialis Antonii Rzewnowski Petropoli co tempore commorantis Locumtenens, eundem P. Isidorum a Brosta excesse, et ad Collegium Luceoriense pro mansione pervenire jussit cum mandato P. Marcellino Arendt pro tunc ibi Superiori ut P. Isidorum ad disciplinae Regularis normam compellere, ac dissolutioni et petulantiae ejusdem obviare etiam Carceris rigore conaretur. In hoc porro mansionis suae loco, a Superiore benigne quidem et cum omnimoda fraterna charitatis testificatione excepitus est in ipso aditu, serio et nervose praemonitus, ut abjectis pristinae conversationis absurdis, ~~foeda scandalosa Religiosae vocationis abnormia~~, consentaneam suae Religiosae vocationi vitam et normam manutenere satagat, alias enim antiquae immorigeret et scandalosae conversationis vestigiis insistere gravamens, exemplis Canone Legum reprehensionibus et paenis se certo certius subjiciendum fore sciat, in hoc inquam mansionis suae loco, a 29 Augusti 1814 ad 1. Aprilis 1816. anni qualiter se gesserit, qualia emendationis indicia praetulerit, imo quam prorsus inemendabilem ac pristina sua absurda et scandala multo protervius adaugentem sese monstraverit, jam paternis et manuductis monitionibus, jam in

interdum severioribus reprehensionibus, et poenarum comminationibus nihil quidquam suffragantibus, ipsaq in cubiculo per quinq Menses reclusione nequaquam proficiente, patebit ex mox adducendo in medium Processu, qui contra illius incorrigibilitatem in Ordine ad expulsionem Anno elapso 1817 Canonice et legaliter formatus fuit.

Postquam enim Prelibata 1. Aprilis die 1816 Anno dictus Pater Isidorus ex Collegio Luceoriensi ad Conventum Berestecensem amandatus, in antiqua ebrietatis, pertinatiae, inobedientiae, aliaq Crimina cum maximo Religionis dedecore, cumq gravissimo Regularium et Secularium scandalo continuo relabi deprehensus est, R. P. Provincialis Antonius Szewernowski, compulsus fuit demandare iuridicum contra ejus incorrigibilitatem fieri processum. Itaq P. Benedictus a S. Josepho Mierzwinski Nostri Sacri Instituti Sacerdos professus ac Domicillii Szumbarensis Superior, patentalibus ac officiosis hac in parte a R. P. Provinciali Litteris provisus, assumpto in Secretarium commissi sibi officii Luceoriae quidem P. Felice a Sanctissimo nomine Jesu Houdi, Beresteci vero P. Urbano a S. Joanne Nepomuceno Jaworski, itidem Nostri Sacri Instituti Sacerdotibus professis injunctum sibi Commissarii munus ad praescriptam Canonum et Legum Regulam executus est. Ex utriusque porro Communitatis Testium numero decem depositionibus fidei Sacramento firmatis patuit Patrem Isidorum, necdum vel minima bonae frugis, et ali qualis saltem emendationis signa unquam et uspiam praestitisse, verum, in profundum fere malorum prolapsum, ac per omnia incorrigibilem apparuisse. Patuit nempe:

Primo Quod Antecoli, Trinitopoli, Luceoriae et Beresteci a Sacro Sanctis Ecclesiae et Chori functionibus frequentissime aberat, et si quandoq aderat, praesentia ejus ut plurimum immodesta, dissipata, scandalosa, et molesta esse solebat, deprehensus etiam, quod per notabile tempus, neq Breviarium habuerit.

Secundo. Quod Officia Tabulae sibi demandata pro libitu tantum suo explebat idque rarissimae, cum tergiversatione, ac saepius aspernatione eorundem.

Tertio Quod de praetermissis Ecclesiae et Chori functionibus, de neglectis et vilipensis tabulae officiis saepissime a Superioribus et interdum Fratribus monitus, nihilo melior factus, sed 1am Fratribus quam ipsismet Superioribus protervum in Urbanum infensissimumq se praebere de more habuit.

Quarto

Quarto Quod Communiter Spacio perturbator et Ozor continua exquire
bat media, que quovismodo se molestissimum exhiberet, omnibus insen-
sissimum Superioribus, ac proinde pro solemni fere habuit officio immunem
singulis quibusq probra, scomata, convitia, et vel maxime Superioribus
quibus loco amoris et reverentie malitiâ, protervia, exasperatione, ac ipsum
etiamnum contemptu exhibuit.
Quinto. Quod otio deditissimus non solum continuo per Curritoria, per
Cellas alionum, perquæ reliquas Claustri Officinas, nocturno diurnoque
tempore vagabatur, sed de furtivo quoq in plerisquè habitationis sue
locis egressu gravissime notabat.
Sesto. Quod abjectissimo Crapule et Ebrietatis Vitio habitualiter im-
mersus, plurima omnis status et conditionis Hominibus proba-
at offendicula, quodq huc pravo fine extra Claustrum exibat,
et Popinas frequentabat. In Specie vero Anno Luceorie 1614.
in Ecclesia PP. Predicatorum in Festo Rosarii Primè notabi-
liter temulentus, nihil proficientibus Patrum Predicatorum et
suor Religiosor dissuasionibus, quod ubi valcat Pervinolentia Vespe-
ras decantare, illas celebravit, proridens in gradus Altaris, et ni
Diaconorum humeris sustentaretur, illud concurrentis populi scanda-
lum jam per se magnum, maximum certè evaderet. 2do Caroline
in Aula P. MD. Caminiska Consortis Pocillatoris Lidanis infan-
tem a Pro. Rdo Canonico Cathedrali Minscensi Decano Vilensi
Præposito Dolhinoviensi Leopoldyniski rite baptisatum rebaptiza-
vit, imprudenter ac præfractè, eidem P. Rdmo Canonico exprobrans,
ac si Sacramentum Baptismi administrare nescivisset, multis
illustribus Personis id indigne ferentibus, et scandalu patientibus
3tio Charkoszycius in Districtu Brestensi, spectantibus ejus loci
Parocho ac duobus PP. Cisterciensibus, bene cum Cosacis Crapu-
madens, cum iisdem etiam saltare non erubuit. 4to Camenecii in
Lithuania associatus R. Woycicki Vicario, Tabernas cum publico
plurium scandalo frequentabat, indeq semel de nocte revertens in-
vasit Parochialem Domum, ibiq ad Auroram Diei nitidi, minatio-
bus et cædibus scandalosè indulsit, perfractis etiam ibi lecto, mensi
sedilibus et fenestris. 5to In Villa Zbiersky Districtus Brestensis
facta cum ejusdem loci Parocho P. R. Popławski contentione, pugnar
et cadium causa extitit, adeò ut Universa Ejus Parochi Familia
eundè exturbare ac ad sanguinis usq insignia, et dilaceratione to-
tius Habitus, pugnis afficere compulsa fuerit. 6to Camenecii in
Lithuania ingressus Potatorium Domum, jamq bene madens cu
Militibus residebat, ab iisdemq percuti ac etiâ Carceri militari tradi-

meruit. 7mo Brestæ Uxorem Lignifabri Kozłowski, inhoneste aggredi voluit, ejusdemq Maritum, tâ impudenti flagitio sese opponentem graviter percussit ejusq utensilia confregit.

Septimo. Æque gravia perpetravit Scandala intra Parietes Claustri. Nam primo Brestæ P. Bonifaciũ Fliert. Superiorem suũ suffocabat, Cellam illius de nocte invadens; altera quoq vice armata pugione baculo incluso manu, ejusdem Cellam invadens minabat, ac e Cella expulit. 2do. Beresteci circa Horam Noctis 12.m, invasit Cellam Patris Procuratoris Provinciæ Valentini Ernst 62. annos nati, eundemq in terram dejecit adeo, ut vulnus obtinuerit, ei cacitremq a vulnere relictam, nos ipsi Commissionem exequentes vidimus. 3tio Ibidem Patri Vicario Domũs Leoni Bagocki minabatur occisionem ope pugionis — Prem Sacristam Nomine Secundum Dolański percussit in Caput adeo, ut debilitationis tunc magnæ signa apparerent — Fratri Norberto Podwysocki Laico Professo minatus est fractionẽ ossium, Cujus etiã Cellam invadens seram et fores confregit — Cæteris autẽ absq delectu tam Superioribus, quam inferioribus pro inveterata vivendi absque rege et lege consuetudine infensissimus molestissimusque evasit.

Octavo Per sex fere Annos Capellaniæ munere, vagationibus per varia loca indulgendo fungebatur, calculum igitur jurejurando firmandum pecuniæ pro iisdem Capellaniis acceptæ porrigere et redere tenetur

Nono. A quinq Circiter Annis Missar Sacrificia suos in usus stipendiis perceptis applicabat.

Decimo Præter Legalia et Canonica Testium Juramento obstrictor Testimonia, toti Provinciæ usquequaq notum ac perspectum est, quam nefando ausu, tam intra, quam extra Religionem, et Verbis et scriptis, et factis gravissimam Religioni inusit infamiam, ac bonam omnium fere ejus individuorum existimationem læsit.

Hæc Crimina per Testes deposita, et fidei Sacramento roborata, eiq P. Isidoro via Juris canonicæ proposita et exhibita fuerẽ, ut ad ea tanquam deducta et facinora et gravamina, sub fide et Conscientia responderet, ad qd etiam jurejurando se obstrinxit — Equidẽ per longum et latum respondet, ast pro suo more et genio; ipsa namq effugia, ac futiles ineptias quæritando, non autẽ veritatem fatendo sincerè, alios incusando, seipsum vero excusando, ita quidem ut sicuti, omnia sana consilia, salubres admonitiones, ac officiosas reprehensiones passim vilipendere, irridere, ac flocci facere solet, ita et juridica Testimonia ad suum videre, invertere et nihili ducere coarguatur. Quinimo ad nullam Obiectionem directe respondendo palpabiliter convictus, negat et pernegat, diffitetur, innocuum se iactet, culpam in alios retorquet, et audacter expostulare non veretur, quod non iam ipse, utpote in suo sensu culpa vacans, sed ii potius, qui ei hæc Crimina obiiciunt, puniri debent.

Et

Et quidē quo ad primū. Dicit, qd manens Antecoli, ideo ab Ecclesiæ et chori functionibus aberat, quia commissā sibi habuit inspectionem delinquentiū in publico Vilnæ ergastulo detentor, Sed falsa ac per omnia ementita ē hæc explicatio. Verum equidē ē, quia Suprema Spiritualis et Civilis Regiminis Authoritate, demandata ē Nostris Patribus Antecollensibus causa et inspectio Captivor in publica Custodia existentiū, hanc tamē Sacerdotes a Superiore designati per turnum administrare solent, non ideo tamen a functionibus Ecclesiæ et Chori se subtrahunt, cum hæc cura et inspectio tam in moralibus quam phisicis detentorum necessitatibus, interdū bis in Mense exhiberi soleat — Similia quoq ejus effugia prorsus a veritate alienā ēē deprehendunt, quoad reliqua suæ Mansionis Domicilia — Dicit nempe, qd aut infirmitate Pssus, aut aliqua occupatione distentus non potuit Obligationibus Ecclesiæ et Chori assistere, interea vero silentio involvit, quod totum ferme tempus divagationibus per Curritoria et Cellas, clandestinis e Claustro excursionibus, variis et inhonestis confabulationibus, ne dicā turpiloquiis, scandalosis commessationibus, et litigiosis controversiis insumebat — Quod vero etiam privatē Brestæ ex integro ommittebat Horas Canonicas, ut ipsemet fatetur, hoc non ideo fecit, sicut falso insimulat, ac si per Superiorem loci P. Bonifaciū Fliert 1812. in universum Mundum missus fuerit, sed quia ipse solus proprio nutu et Arbitratu se in universū Mundū emiserit, quasi Procuratoris Domūs officiō defungens, quo fine confinxit sibi sub Nomine Superioris et Consiliarii litteras, prout ipsa earundē falsificata scriptio et Subscriptio, et ignoti Sigilli impssio apertissimè demonstrant et convincunt, quar Originale in Archivio Provinciæ asservatur.

Ad 2dū dicit. quia Consvetudo invaluit, quod et alii officia Tabulæ non exequantur. Falso certe supposito hæc ejus responsio laborat, dum in alios culpā detorquet, et se ab ea immunē pdicat. — Prætermissio namq Officior Tabulæ non iā Consvetudo sed potius corruptella dicenda est, ut Decreta S. Sedis Apostolicæ loquuntur. Quod vero interdum etiā alii hæc officia ommittebant, id certe non ex Contemptu Legis et Legislatoris evenit, sed ex aliqua iusta ac rationabili causa, quia nempe, vel aliquo comisso sibi negotio et labore ppediti, vel infirmitate detenti, vel alio legitimo titulo excusati fuerē, non autē ex otio, divagatione, ebrietate, ac subsequente inde gravi sopore, qd utiq extremū in accusato Communis omissionis et neglientiæ causa fuit.

Ad 3tium Indirecta et Captiosa responsio, quæ ex obliquo contra ipsummet Delatū militat. Accusat enim se, quod pro absentia

a functio

functionibus Chori et Ecclesiæ, pro omissione impositorum sibi officiorum, monitiones Fratrum, et correptiones Superiorum ægro animo tulerit, et tam his quam illis inurbanum se et infensum monstraverit, interim vero respondet, quod non sit in more a Communitte imponi officia, quod monitiones Fratrum pro malevolis et iniustis obiurgationibus reputet; quod jussa Superiorum prudenter monentium humiliter excipiat, quodve illorum tantum monitis resistat, qui aut jus non habent, aut modum admonendi ignorant, quasi Superior ab ejus libitu pendere, aut ad ejus gustum et instructionem sese componere deberet, — Sed falsa imprimis est ejus opinio, ac si iam non a Communitate, sed in Communitte non esset de more imponendi offitia, cum Regula Ord. Cap. 24. præcipiat „Nullus Frater Laicus sive Clericus sit, si fieri possit sine proprio officio, et in continenti pœnam contravenientibus et negligentibus imponat.„ Si quis vero laborare noluerit et potuerit, locum ipsum deserere compellat, cum Apostolus dicat qui non laborat, non manducet„ — Deinde falsò et inaniter sibi blanditur, ac si monitiones ac correctiones prudentum Superiorum humiliter et modeste excipiat. O præclaram enim vero modestiam ac humillitatem, probris convitiisq quoscunq Superiores onerare, fores ad cubicula eorum effringere, clamores intus excitare, judibus fragorem edere, mensas contundere, nullis eorum monitis aquiescere, maledico dente tergiversari et carpere! et interea talem modestiam, humilitatem et reverentiam in omnibus mansionis ejus locis experiebantur Superiores, prout relicta defunctorum testimonia scriptotenus exarata fidem faciunt, in vivis autem superstites proprio ore id ipsum confirmant. Sed quare Superiores nesciunt modum monendi? quare in eius sensu nullus Superior est prudens? quia scilicet, Superior pretermissis illis philauciæ lenociniis „Loquimini nobis placentia„ sed potius Apostolici memor Oraculi „Argue obsecra increpa„ ex justitia et officio urget in subdito ea, quæ sunt status et vocationis ejus, sollicitat, ut recti honestiq normam teneat, ut obligationibus suis faciat satis ut ab otiositate, utpote vitiorum matre, virtutum autem Noverca alienus activam et operosam pergat ducere vitam, ut ignorantiæ et concupiscentiæ motibus tanquam nativis primigeniæ noxæ effectibus pro virili obsistere satagat, ut depravatæ voluntatis, et corruptæ naturæ cupiditatibus, utpote omnium in physico moraliq respectu malorum fontibus jugiter obluctetur, ac cætera hujusmodi jussa manutenere et exequi studeat, quæ Sacrosancta Ortodoxiæ dogmata, piaq Asceseos præscripta, sicubi in quacunq Fidelium Classe, tum certe viris in regulari Palestra constitutis tanquam tutissimum interpositæ votorum emissione perfectionis, tranquillitatis, ac æviternæ salutis formam et regulam subministrant. Cumq Vigilans Superior pro gravissimo Conscientiæ suæ nexu

et ligamine, pro his omnibus annitatur et instet, praeterea autē im
potentis et turbulenti animi impunitas haec omnia nauseet, et aversetur
quid proinde mirū, quod P. Isidorus utpote eius inquietū omnisq jugi
impatiens conquaeratur et effutiat, quasi in ejus sensu Superiores modū
coripiendi nesciant, neq prudentiae dictamine regantur, cū e contra Supe
riores justissimā contra eundē producant quaerellā, quod toto vitae suae
decursu semper et ubiq spiritu proteruiae et superbiae abreptus nesciat
modū obtemperandi, et salutifera corū monita pacē et salutē ejus
pro scopo habentia aequo animo exequendi? Non agnoscit se esse in
corrigibilem, quia nequiescit, neq vult scire, in quo consistat, et
quid mereatur incorrigibilitas, cū a lectione librorū Spiritualiū
et moraliū abhorreat, ipsasq Gramatices et constructionis regulas igno=
ret, interea vero in suo sensu semper abundat, ac sciolū se esse et nul
lius instructionis indiguū ꝑ fracte gloriatur.
Ad Quartū In hac Responsione palpabiliter se impotentē, proterū,
inobedientē, et mendacē fatetur — Dicit enim, quod nemini cessit, sci
licet, omnes infestabat, omnibus molestias facessebat, ac proinde ju
re merito ab omnibus Communis pacis Osor et perturbator vocari
meruit — Dicit, quod malis Superioribus, nunquam praestitit, nec por
ro ꝑstabit obedientiā et reverentiā, qd certe Doctrinae Evangelicae pa
lam adversatur, ubi Christus Aplis et Discipulis suis ꝑcipit „ Super
Cathedram Moysi sederunt Scribae et Pharisaei, omnia quaecunq vobis di
xerint facite „ Et SS. Apli Petrus et Paulus perspicue loquunt Obedite
ꝑpositis vestris sive bonis sive discolis „ Qualē vero P. Isidorus exi=
git Superiorem, et qui in ejus Sensu bonus, qui vero malus sit ex imē
diato numero patet — Bonus nempe ac ꝑ quā ei gratus foret, si tā
quam alter Heli omnibus ejus Cupiditatibus blandiretur, si ad
gravissima ejus scandala, ad omnes defectus et lapsus caecus et sur
dus ꝑmaneret, si ad nullā obligationē compelleret, nulla Regularis
disciplinae cura, nulla Divinarum humanarumq legum sollicitu
dine tangeretur, sed aperiat dumtaxat os, ac justitiae Zelo impulsus
contra inertiā, proterviā, crapulā, otiositatē, et similia subditi absur
da cū D. Joanne Baptista inclamet, Charissime Frater. Non licet „ Ec
ce iā Superior Imprudens, indiscretus, malus, immitis.
Ad Quintū. Falsissima Delati ē Explicāo. Insimulat nempe caeteros Re
ligiosos, qd lusu Chartar et potūs sumptione distincantur. Interdum
utiq diebus scilicet Festivis, vel in ꝑsentia illustriū Virorū et Civium
id contingit, et ipsa humanitatis rāo id exigit, ast licito et honesto
modo, frugaliter nimirū, modeste, temperanter, et paccatē; ille vero,
utpote ad pocula sicanda natus odiosus pacis turbator, et in omni con
sessu impertinentissimus Clamor et Jurgior seminator, non iā ad con
sortiū admitti et tollerari, sed potius omnino extrahi merebat. — Di
cit qd nunquā furtivo modo e Claustro extra portā exire solebat, cū
tamen, ꝑter domesticā experientiā tot extranei, occulati Testes idipsū

comprobent, et ipsemet sponte fatetur, qd absente Superiore, supposita ejus licentia egrediebatur e Conventu, contemnens animadvertere, qd p absentia Superioris omnino aliquis ejus locum tenens in Claustro reperiat, a quo ad egressum et regressum facultas et benedictio dt accipi; ignorat, sed ignorantia crassa et affectata, qd supposita licentia, nullius e valoris, cum etiam Generales exeundi licentiae severe interdicantur, contravenientes autem poena gravi etiam Carceris ad arbitrium Superioris plecti jubeant. ut Decretum Clementis 8. de Refor: Regular. Cpcipiunt.

Ad Sextum. Inprimis quo ad genericam temulentiam falsissima ac impudentissima e delati responsio, Non enim debito modo respondet, sd potius irrisorie et cavillatorie sciscitatur, num ejus ebrietas, habitualis vel vero casualis fuerit? et statim p suo genio resolvit. fatetur et quasi gloriatur, quia pt bibere et n bibere. Equidem n videretur necessarium, has et subsequas ejus ineptias diluere, cum sanae rationi et honestati, per omnia adversentur, quia tamen crassa et impersuasa ejus pertinatia, esto apertissimis detrectat sese submittere convictionibus et nunquam se culpabilem paratus e fateri, hinc falsam et enervem ejus Confessionem refellendo, dicimus, quod illius ebrietas fuerit habitualis cum actuali et formali coniuncta. Toto nempe vitae suae decursu et in omnibus mansionis suae locis plene semper fuit convictus, qd fere quotidianus in illo observabatur ebrietatis actus qd utique iuxta Theologos habitum constituit. Actualis, quia vix aliquando tam felix illuxit dies, in qua ad abominandum hujusmodi vomitum non redierit. Formalis denique et graviter peccaminosa qia usque ad risas, jurgia, pugnas, et patetica scandala ut plurimum redundabat — Dicit Cpterea quasi ad extenuandam et involvendam, revera tn, ad manifestandam et confirmandam suam pervicatiam; ac si has leves p suo videre ebrietates, in domibus n nisi honestis ppetrabat: et ecce iam pprio ore fatet, qd quales quales et ubi fuerunt, revera tamen fuerunt ebrietates, hoc vero silentio obvolvit et propalare erubescit, quod nedum in Judaicis popinis ingurgitabat sd etiam in iisdem sub scamnis impudentissime volutabat — Sd haec minoris videntur ee momenti ad ea quae sequuntur — Primo namque quo ad Ebrietatem suam in Ecclesia PP. praedicatorum Luceoriae 1814. comissam et patefactam inconsulte sciscitari n veretur: Num Ecclesia PP. praedicator sit popina, quod in illa decantaverit Vesperas? Tam temera et inconsiderata ejus pcunctatio qualem meret responsionem sana dictat ratio, illum vero gravioris Criminis reum convincit, qd nesciens inter Ecclesiam et popinam discrimen facere, n animadvertens magnum in Ecclesia adeo populi concursum, contemptis PP. praedicatorum, quam propriorum Religiosorum sanis disvasionibus pertinaciter se com

pote

compote mentis asseverando, tã grave in Domo Dei irreverentiã p
petraverit, et Fidelibus scandalũ pbendo, statui Ecclesiastico infa
miæ notã inusserit. Mentitur quoq garriendo, qd reversus et bene ad
huc vino madens reprehensus n. fuit, fasus enim corã Superiore loci
qd in contubernio PP. Prædicatorũ pmisit se non nihil inebriari, sd hoc
alto silentio involvit, qd aliorũ consilia et disvasiones aspernatus Ves
peras decantare ebrius pertinaciter psumpserit, quo postmodũ patefac
to, nedũ a Superiore reprehensus fuit, verũ pterea, succrescente in eo passim
nefando crapulæ vitio, interdicere eidẽ Superior compulsus fuit ne
p qualicunq Comũnitts actu extra limẽ Claustri pedẽ movere auderet,
utpote qi non iã honesta conversatione assistentiã exhibere sed ip
sas dũtaxat ebrietts occasiones cũ scandalo et dedecore, cumq nau
sea et tedio Venerabilis cleri quæritare deprehenderetur. Quod atti
net alterũ hujus sexti puncti interrogatorium, reponit delatus im
pavidè, qd Infantẽ a Reverendissimo Canonico Lepieszynski bap
tisatũ rebaptisaverit, idq ideo, ac si laudatus Rmus Canonicus
requisitã in Baptismo materiã et formã nesciverit. Ast ad tã
impudentẽ delati petulantiã respondendum foret id, qd excecati
malitia Pharisæi dixerant Christo „ Nunquid tu major es Pa
tre nostro Abraham Nunquid tu, vix fere adolescentiæ stadium
ingressus, ante aliquot annos Sacerdos factus, ac nullã propemodũ
praxim et experientiã habens, sapientiorẽ te et magis peritũ venti
lare potuisti gravissimo Senecione, exemplari Prælato, munionum
suorũ pbelle gnaro ac sapiente præposito, qi in integerrima partiũ
suarũ administratione vitã insumens, qualificatũ Diœcesis
membrũ, utpote Cathedræ Minscensis Canonicus fieri semperq
ut vigilantissimus Parochiæ Administrator et Pastor audire me
ruit, qd in Consessu illustriũ utriusq sexus personarũ, cum cũ a
marissima offensione, quasi de nullitte Sacramenti a te attentati
arguere psumpsisti? nunquid vel scintillã sanæ mentis demonstras
ti, dũ absq ullo titulo in jura Parochiæ te ingerendo indubio
absolute infantẽ rebaptisare non exhorruisti? Nunquid aliqua
li saltim venerandã Canitiẽ cultu ac respectu prosequendo
(: esto qd etiãsi hæc tua objectio vera esset :) non potuisti sani
consilii moderamine ductus absq strepitu et offendiculo, taci
tus et reverenter pdicto inuere Prælato, ut ea quæ fors fecerant
omissa per se ipsũ complere dignaretur? at certe non potuis
ti quia pdilecta ebriette et malitiosa philaucia excecatus tremen
dũ illud Sacræ Scripturæ oraculũ in te verificari monstrasti —
Peccator cũ in profundũ venerit contemnit„ Quod attinet ter
tiũ

tiũ quartũ et quintum hujus puncti interogatoriũ, omnisis variis fucatis a sana ratione et veritate per omnia dissonis delati explicationibus, una vel maxime eidẽ rectæ rationi adversatur. Fatetur namq; Andũ Woycicki Camenecii Littæ Vicariũ non fuisse Crapulæ et ebrietati deditũ, sed Sacerdotẽ bonæ famæ, inferius tamẽ dicit, mox dictũ Sacerdotẽ, in extra plebanali Domo, et quidẽ (: ut occulatus Testis P. Mathæus Bernatowicz Trinitarius cotunc cum scitu et facultate sui Superioris Brestensis Camenecii Littæ Vicarii munere defungens asseverat, in popina una secũ bibisse, atque rixas quidẽ cur Organario instituisse, tamẽ sine ulla cæde, sine confractione mensæ, januæ, fœnestrar et sedilliũ, quia dicit delatus his faciendis non erat opus. Minus quippe vituperandũ foret, si invasio mansionis, non solũ Organarii, sed etiã ꝑdicti P. Mathæi de nocte ꝑpetrata in solis iurgiis et Clamoribus finiretur. Sed quid dicendum, postquã illa jurgia, nedũ usq; ad damnificata prædicta hypocausti utensilia, sed etiã usq; ad pugnas et cædes invaluerẽ? Quod certe attestatur Epla P. R. D. Kortez Parochi Camenecensis ad P. Bonifaciũ Fliert Domicillii Brestensis Præsidẽ directa, ut P. Isidorũ ab incursa Excomunicationis Censura una cũ P. Mathæo illius violentiis sese oponente commissa absolvere non gravetur. Quæ quidẽ P. R. Kortes Epistola in Archivio Provinciæ asservat. Non igit pudet Delatum ad tam serias objectiones et gravia puncta, tã ineptas et pueriles dare responsiones, prout et ad subsequens interogatoriũ respondere non veretur. Dicit namq; Czarnowczyciis cum Cosacis non saltavi, quia non erat tempus saltandi sed flendi (: tempore nempe bellicor tumultuũ 1812. quando ille cũ fabricatis literis, vagabundus confictũ Domus Procuratorẽ venditabat.) Verũ equidẽ ẽ, sed ubi cæteri strepentibus armis flebant, ille cum Cosacis epulabat ac in ꝑsentia P. R. loci Parochi, et duorũ PP. Cisterciensiũ saltabat, et esto quod sine lusu musicorũ prout ipse delatq; fatetur dicens; videbant me Patres Cistercienses garrigentẽ et bibentẽ, non vero saltantẽ, quia inquit nemo ibi ludebat. Sed nunquid Musicor vices non potuit suplere Crematũ in vinolento capite ludens? Nunquid R. Parochus et PP. Cistercienses, unius facinoris occulati testes, in altero erare suamq; Conscientiã onerare poterant. Sed fatendũ verius, qd qui in uno deliquit, factus ẽ omniũ reus, quoniã igitur delatus cũ Cosacis bibit ergo et saltavit cũ utrũq; R. Parochus et PP. Cistercienses ꝑsentes affirmant et testentur, nã admisso uno absurdo necessario quoq; sequit alterũ et ꝑsertim in dissoluto et ingurgitato, qi se palpabiliter impotem mentis patefaciebat. Potuit enim idem delatus Camenecii Littæ in Taberna cũ Militibq; Paulogrodensibq; varias rixas jurgia et contentiones inire, usq; ad tantã impudentiã ut ab iis percuti et carceri militari tradi meruerit, et quare non potuerit cum Cosacis saltare? Ad ultimũ hujus puncti Interogatoriũ

dato non concesso, qd explicatio delati aparenter videat ee vera, n
ē tamē cū justificans, neq Crimē ejus extenuans. Ait enim qd
habitaculū lignifabri Kozłowski non eo fine vespertino intrave
rit tempore, ac si cū ejus Uxore inhoneste conversari intenderet, sed re
creationis dumtaxat et summendæ cerevisiæ caā. Sd Pprimis se
rotinus absq rationabili causa ad hypocaustū Conjugatorum ingres
sus decetne Religiosū virū Sacerdotali Charactere insignitū? Deinde
cur hoc habitaculū sat ebrius et quidē nocturno tempore ingredi ē ausus?
cur tā inconveniente tempore cū Uxore Pdicti Kozłowski in lecto iā posita
solus morari et remanere voluit? cur maritū p comportanda Cerevisia ex
pediebat? cur hæc mulier clamavit adeo, ut maritus reverti, et una cum
Matre ad cubiculum accurrere coacti fuerint? cur Maritū quasi pro irogata
sibi inurbanitte percussit, et vasa ejus valoris 10 rubl. arg. confregit? Non
placuit Delato iusta psvasio Mariti, qd tempus sit dormiendi non
sumendæ Cerevisiæ, et quomodo impudentissimo et Religioso ore indigna
placere potuit monitio eidē Kozłowski a delato insusurata. Non
habes juvenē Uxorē ut tā citò properes ad illā — Tolā infamiæ suæ
caām delatus imputat P. Valentino Ernst, eotunc Mansionario Bres
tensi, quasi ejus instinctu Pfatus Kozłowski illū accusaverit apud
P.M. Horodniczy, sd nunquid ideò P. Valentinus ē in caā, quia obvian
do scandalis et famæ status Ecclesiastici prospiciendo, invitatus a
Marito cubiculū ejus intravit, atq delatū cū tanta imodestia se gerentē
evocando, gravioribus malis occurrit?

Ad Septimū. Respondet Delatus, quod soli iniuriantes illū celebrē effe
cerunt Scandalisatorē, Ergo talis fuit et ē, cū hujusmodi ac si injuriantes
pravis ejus exemplis offensi, sacramento fidei obstricti pro conscientiæ suæ
dictamine veritatē fassi sunt. Cur igitur se explicat, et contra tot solem
nes Testiū juratorum depositiones ptinaciter denegat, ac si non esset
Scandalizator? et interea silentio obvolvit neq confitetur tot ebrietates
tot Superiorū et Majorū irreverentias, tot insurrectiones, et contentio
nes, tot pugnas, cædes et effractiones foriū scandalosas? Dat equi
dē aliqualē explicationē, sed prorsus enervē et injustā. Dicit enim
1° Quod Brestæ P. Bonifaciū Presidē non invadebat, et mox solus
fatetur, qd de nocte ex ejusdē Cella expulsus, illico e sua Cella cū
strepitu armatus baculo cū pugione, quasi propter suā securitatē,
ad locū communē penes Cellā Superioris transibat et reverteba
tur: Quod cellā Ps. Stanislai Swidkowski Concionatoris itidē Bres
tæ, de nocte invasit ejusq faciē sclopetali ferrō percussit, ac si
timens ne ab illo invaderetur — Dicit 2° Quod P. Valentinus Pro
curator fuit temulentus, et non sustinens ejus jocos (seu potius

pro accepta ejus consvetudine sanitia et bilē inoventiā ejus ludibria
voluit illū tanquā invasorē educere e sua Cella, ac sic in terrā eccidit,
et pedē vulneravit, silet vero versipelis Delator, qdod ipse potius nimia
solus fuit ebriette obrutus, qd inptinentissimas P. Valentino dabat ad irā
occasiones, et qd educenti illū ex sua Cella P. Valentino improvide et fraudulenter pedē supposuit, sicq in terrā prostravit, prostratū elidere ac suffocare tentabat, sd ꝑ nimia ebrietate non potuit — Deinde estne honesta et rationi consentanea delati explicatio? ideo inquit feriebā Capite meo caput P. Secundi Dolanski, quia experiri volui num P. Secundus malū Caput habeat. Nunquid quilibet imbecille caput habens probandq percutiendus et suffocandus ē, idq cū Scandalo adstantis Judei Rachmel? nunquid qia P. Secundus debile habet Caput, ideo p Delatū infamiae labe inuti debuit de variis Criminibus sine ulla probatione absq testibus fide et authoritate dignis? — Improperata denq Superbia Fris Norberti Podwysocki Beresteci manentis n erat ratio invadendae ejus Cellae ac effractionis foriū sub ꝑtextu accomodandae lucis, cū haec delato, utpote tā de nocte quā de die continuo importune divaganti et otianti necessaria non fuit. Comenta haec sunt effugia et futilles ineptiae, quae in juditio locū non habent.

Ad Octavū. Respondet delatus qd pecunias in diversis Capellaniis collectas in coemptione Habituū et id generis necessariorū expenderit. Sed haec responsio quā sit a vero aliena, praxis et subsequa experientia demonstrat. In Lithvania namq ubi ut plurimū Capellanias exercuit, vix aliquā proventuū partē Domicillio conventualitatis Suae ꝑbebat et tamē amandatus Brestā Luceoriā et Beresteci in vestitu et reliqua Suppellectili majori ex parte resarcita ac lacerata per quā exiguū justae pro necessariis Religioso consentaneis expensae apparuit vestigiū, imo pluribus destitutus, continuis querellis pro administratione sibi Habitus indusiorū et id genus necessariorū Superiores solicitabat — Certo proinde certius ac verius ē, qd collectā pecuniā in illicito abusu, nempe in non necessario ac nocivo potu prodegit et dilapidavit.

Ad Nonū. Refutatio non ponitur, quia et accusatio delati insufficiens ē, utpote unius tantū testis ore prolata.

Ad Decimū. Dicit Delatus non Religionē, sed ipsū potius esse diffamatū tā corā Secularibus, quā corā Regularibus Absq ulla quidē controversia certū ē, quod diffamatus sit, sd malevolentissime sua philaucia abreptus et excecatus animadvertere et fateri renuit, quis causā hujus infamationis

ꝑbuit?

ꝓbuit? nonne ipse solus ꝓ suâ ꝓtervâ et incorrigibilitate, tot publica populo scandala, tot gravissima ac enormia offendicula ꝯbens, omnia omniũ sana Consilia vilipendens, ac ꝓpensis duntaxat genio suo sensibus inhærens. Carcer ipse et quidem id plurimũ levissimus et discretus, ut pote sapius in Cella, cũ subministratione communiũ cæteris edulionum et comoditatũ, quam in reali custodia cũ imminutione consuetar portionũ; carcer, inquã etiã penalis nequaquã efficiens denigrationis ejus cãã esse potuit, cũ ubiq; toti mundo notum perspectumq; sit, bonos quosq; malos autẽ ubiq; punire — Revera, si necessariã erga libros spirituales haberet propensionẽ et gustũ, sciret utiq; eos Epla Principis Apostolor quodnã supplitii ac ipsiusmet Carceris genus infamiã ac dedecus pariat, qd vero Christiano et multo magis Religioso hominis in gloriã et honorem redundet — Quod autẽ ingratissimo ac malevolentissimo animo Sæ Matri Religioni teterrima ignominiæ labẽ inurere molitus fuerit id sole meridiano clarius elucet. Præter nefanda nunquã facinora ac turpissima malefacta, quor enormosa colluvie tanquam a maxima dignitudine, Superior et Confratrũ suor corda ubiq; inebriavit et oplevit, ꝓter fallacissimas et subdolas ejus responsiones ad objecta sibi et per multor testiũ fidei Sacramento roborata testimonia, quæ contra personale jusjurandũ mendaciter et futiliter, diluendo, nullibi se rẽ et culpabilẽ fatet, flagitiosissima scandala sua tanquã pueriles nugas reputat, sed omne vitium in alios malitiose retorquet, se vero semp innocuũ ac nullius culpæ conscium iactat; ipsa ejus recentissima livoris et contumaciæ plena comenta scriptotenus de formata, uti Vos ad Fratres, tũ Ultimũ eisdẽ valle, et Opinimis non iã sufficere, sed potius infamatorius ejus Libellus, ad Illustrissimũ Reverendissimũ Epũ Polimoniensẽ Suffraganeũ et Officialẽ Succonisensem Joannẽ Cantiũ Boty dar Jodhvorden. ante biennium porrectus, et id genus absurdissima omnig honestatis et charitatis sensu destituta scripta, evidentissime demonstrant, quã in reprobum sensum prolapsus contra communẽ in universo mundo declamat praxim, ac si ille duntaxat solus omni prorsus labe purus foret, reliqua autẽ absq; ullo discrimine Religionis individua omniũ vitiorũ et Criminũ seminariũ essent.

Hucusq; eo primo processu patefacta P. Isidori Fedenwich crimina deducta, eidemq; judicice porrecta Gravamina, contumaces et emendatæ ejus Responsiones, seu potius insidiosa ac prorsus a veritate aliena ejus effugia, eo sensu Canonis tar diluta, reputata et convulsa. Quia porro supra innuimus, qd hic et nunc de ejus emissione seu Canonica ejectione agatur, utpote qui tã gravibus testimoniis jurejurando firmatis legaliter convictus semp se contumacẽ et incorrigibilẽ exhibet, nullumq; emendationis vestigiũ

nullā sanæ mentis et bonæ frugis spē p̄sefert, imo continuo quasi obdu
rato et quasi reprobo animo in pejus ruere deprehendit, et n obstantibus
quibusvis convictionibus, fraternis persvasionibus, et severioribus inter
dū correptionibus, nunquā se rāū et culpabilē fatetur, imo potius pro
suo solemni inocuū se, omnisq sceleris purū pertinaciter iactare non
cessat: proinde R. P. Provincialis, tā enormibus degeneris ac irreligio
si subditi scandalis, tandē aliquando finē appositurus inito cū V. Pro-
vinciæ Definitorio consilio, alterū circa ejusdē P. Isidori incorrigibi
litatē, in Ordine ad ejus expulsionē, juridicū et Canonicū Processū
formandi, iterū P. Benedicto Mierzwinski hic et nunc Conventus Be
restecensis Vicario, Sacri nostri Instituti Sacerdoti Professo provinciā
demandavit, qui quidē P. Benedictus Mierzwinski Patentalibus
a R. P. Provinciali Antonio Szewernowski Litteris instructus, com
missū sibi Commissarii delegati munus exacturus, assumpto in Se
cretariū hujusce Commissionis P. Urbano Jaworski itidē Sacri
Nostri Instituti Sacerdote Professo, servatis de jure servandis im
positū sibi officiū rite et legaliter ad nomā scilicet et p̄scriptū
Canonū perfecit ac propria et Secretarii sui manu subscripsit.
In hoc porro Processu ex depositionibus quinq Regulariū et duoꝝ
Sæculariū Testiū fidei Sacramento seu juramento firmatis, roboratis
ac propria uniuscuiusq manu subscriptis, patuit Patrē Isido
rum nedū vel minimū emendationis præsetulisse inditiū, sed
constanter perstitisse incorigibilem, ac in peiora ut antea absur
da et graviora Crimina prolapsū duriora suplicia, ac ipsā ejecti
onis pœnā promeruisse. Nedū enim Religioso viro, sed sim
plici etiā et laico Christiano indigna, a Sanctitate vocaōnis
et professionis prorsus dissentanea in eodem Delato, patuēre Cri
mina, quæ quidē ei ut legalia gravamina porrecta fuēre, scilicet:
Primo Constitit ex fassionibus Testiū, qd Pr Isidorus Superioribꝫ
suis inobedientē et resistentē, se p̄buit, resq sibi a Superiore imp
tilas eique necessarias aliis dono offerebat.
Secundo Quod scandala p̄buit tā in Claustro quā extra Claustrū,
tā Religiosis, quā Sæcularibus, non solū volutando p viā Opidi
Beresteczko, ita ut propriis viribus non valens aliorū ope ad Claustrū
aduci debuerit, verū etiā, cū feria secunda Paschatis inscio Superio
re e Claustro exivit.
Tertio. Quod nefando ebrietatis vitio habitualiter contracto usq adeo
detitus sit, ut toties inebriari soleat, quoties ei sese occasio obtule
rit p̄sertim extra Claustrū ibiq et p noctare deprehensus ē. Hinc e
venit, qd tā Superioribus, quā Senioribus, tā Religiosis, quā
Sæcularibus gravia causet offendicula, tā quod eadē de causa

tã festivis & sertim feria secunda et tertia Paschatis, quã pmfestis etiã diebus Sacrificia Missæ pretermittat.

Quarto Quod quibusdã Religiosis, ac etiã Secularibꝫ violentas inicial manus, et similiter cuidã Judæo cui pr Minister compulsandi vim ac scandali causa nubloñ obtulisse compulsus fuit, tũ quod cũ Religiosis altercari cõsq; inurbanis et contumeliosis verbis seu scomatis afficere soleat.

Quinto Quod etiã de Scriptura cũ Superioribus et alijs modicus et perverse disputare seu jurgijs altercari solcat idq; tempore refectionis in Gesatia Novitiorũ et famulorũ

Sexto Quod Sacrificia Missæ immodeste et cũ scandalo celebrat, Divina quoq; officia absq; modestia peragere solcat, signãter tempore matutini tenebrar in Ecclesia, ubi s: inter scamna assidens ebrius consuetudinem et Breviariũ e manibus emisit, strepitu autẽ et impedimento Communitati facto jussus a R P Provinciali ex Ecclesia egredi egemine tullit, ac tandẽ murmurando egressus vacillabat per Ecclesiã, atq; p aliquot tempus insolitas cõã majore Altari faciebat inclinationes et prostrationes, non sine molestia et gravi scandalo Religiosorũ et populi ad Divina officia congregati.

Septimo Quod de his excessibus monitus, increpatus et mansuete punitus emendationẽ quidẽ p misit, non ultra tñ quã biniũ dierum spatio promissa tenuit.

Octavo Quod functionibꝫ Chori et Ecclesiæ adeõ vel abeõ abjectus habitu pendebat.

Nono. Quod consueta Tabulla officia raro explebat, quod si fors ad ea interdũ explenda vocabatur contentiose et cũ contemptu invitationes Religiosorũ excipiebat, monitiones vero ad breve tempus ei p fuerẽ.

Decimo Quod contentiones et inurbanitates tã contra Religiosos, quã contra Seculares exercere de more habebat: quod ostentare volens suã scientiã de Articulis fidei, quandoq; disputare solcat cum Scandalo, idq; tam sobrius, quã ebrius.

Undecimo Quod p Cellas Religiosorũ et Secularium, ac p Cœmiteria divagari solcat, qd tã de mane, quã diurno et vespertino etiã tempore cũ Claustro absq; scitu et facultate Superioris non raro egrediat, quod Domicillia Christiana, ac etiã Tabernas Judæorũ, ubi Christianis et Infidelis Potus frequentet, quod in Domo D Lorenzo Gen: Prepositi illi calumniatus sit, qui de illata sibi injuria apud Pr Ministrũ, querellã deposuit; quod in Domo D Johannis Pharmacopolæ s: cto cũ scitu Superioris s: commorando, tantas ei molestias altercando intulit, ut pro Muntiũ suũ significare coactus

coactus rogando, ut ab eo educi juberetur, quod demq; in Domo semisabbatinissi missas exercebat.

Duodecimo Quod non semp suo motu et propriis viribus ad Claustrū se erigido reverebatur, sd aliquando monitus per internuntiū: quod semel ex tempore levatus & ebrietate ope alicui ad Claustrū adductus erat, semel autē Claustrali Carpento advectus, cui significatū fuit a Fratribus, quod inebriatus apud eū commoretur: quod relictus segnesumon, clamores et rumores excitabat aliquando vespertino tempore, interdū quoq; tantus, et tali impetu semel confregit fores ad cellā Fr. Ministri, ac facinori restitit Fr. Definitor Castrimensis, monendo delatū, quia Fr. Minister non sit in Cubiculo, quod similimodo alior quoq; Religiosor ostia effringebat, ibiq; clamores excitabat adeo, ut opus fuerit Custodi Fris Ministrū s. licet impositte detentū, quatenus Delatum e cella amovere juberet: quod demq; cellas non nullor Religiosor intrabat, ac per cumitoria vagabatur cū baculo ferreo s. vulgo stopel, non excepta quoq; cella Fris Ministri, a quo licet aliquoties monitus fuerit, ut dictū baculū remitteret, eousq; tamē cū illo vagabat, donec Fr. Ministri recepit et confregit.

Decimoterzio Quod usq; adeo non curavit Delatus ponere frenū oi suo ut non solum vivorū, sed etiā defunctorū famā carpere et ladere de more habuerit, presertim suor superiorū tunc in vivis superstitū, s. quor etiā nomina exprimere solebat s. presentibus Religiosis et Secularibus in publico declamans, ac si illi furtive sumpsiant peculiū sibiq; conservent.

Decimoquarto Quod demq; delatus post formatū, sibiq; intimatū ante actū anni processū, non iam aliquales emendationis signa ostendisse, sed interius et obstinatus incorrigibile se exhibuisse deprehendatur vitaq; suā et mores non in melius sed in deterius commutaverit. Ad hec objecta sibiq; prorecta Gravamina iuramento se obstrinxit, nihil quidquā sinistre intersciando seseq; palliate excusando, sd sincere, vere et fideliter justa conscientiā respondendum. Mos tamen patebit, quā captiosa, cavillatorie, sophistice ac prorsus mendose et ejus calamo exaravint resolutiones, que legitime refutata monstrabunt et convincent, eum non iā veritatē et fidelitatem, sed ipsa dumtaxat pro more suo effugia et futiles inventias quesitando effecisse, quod adducte per eū responsiones et excusationes non ei quaquatenus suffragari, sed contra eundē militare eumq; accusare deprehendantur. Stāque.

Quad primū. Gloriat Delatus, se semp fuisse obedientē, omnesq; in testimoniū adducit, cui interea omnes tā egregio Communitto, quā Commensales contrariū testentur. Dicit quod penitentias sibi injunctas licet impoportionatas humiliter susceperit, cordia communē omniū festivū depositionē. Proinde non se excusat, sed potius accusat, cui unā suā pternia et inobedientiā adducendo eventū, quā

cum

publicū alior̄ verificat testimoniū, quod in more habeat absq ulla Re
verentia contra Superiores insurgere, tergiversari, ac bilem movendo conci
tare, ut ei tanquā rebelli et contumaci justā compellerent infligere pœ=
nā, quæ certe p continua ejus renitentia et inurbanitte nimis potius man
sueta et tenis, non autē, justa philanticā ejus obloquentiā, impropor
tionata fuit, cū utiq ipsi delato usquequaq notū ac p spectū ēē debe
at, quod nedū vigore Constitutionū Ord.s a Sede Aplica approbatar Cap.
I. § 1 N. 4 et 5 venī etiā ex communi Cann: sensu, rebelles et Contuma
ces, eousq plectendi sunt, quousq a sua contumatia n resipuerint.
Quoad Secundū et tertiū. Ad utrumq hoc punctū data delati expli
catio n eū excusat et justificat, sd potius crimē ejus auget, et accusa
tionē justā demonstrat. Fatetur enim quod apud D. Farmacopolā
crematū p modū Medicinæ idq de mane feriā secunda Paschatis sum
pserit, hoc autē reticet, ac minime considerat, dicetne et licet Re
ligioso Sacerdoti sine scandalo propter esū Agni Paschalis omitte
re Sacrū feria 2da Paschatis, quæ utiq ē festiva, ac proinde ad celebra
tionē vel auditionē Missæ respective sub gravi obligans, licetne Re
ligioso in Domo externa, sub ꝑ textu esus Agni Paschalis, potu
cremati se inebriare, ac per voluntariā et malitiosam quoad cele
brationē Missæ incuriam, aliis ad transgressionē legis Divinæ et
Ecclesiasticæ pravo exemplo arsā et periculū ꝑbere? licetne sine
scitu et p missione Superioris clā exire extra Claustrū ad domū
Sæcularē ibiq sumere Crematū cū nocumento sanitatis ac amissio
ne viriū, ut ipsemet fatet, et n aliter nisi ope Sæcularū redire ad
claustrū? hæc omnia nonne palpabilia et enormissima sunt scan
dala? Si p terve nollet esse peregrinus in Spiritu, si quæ ꝑtiosi tem
poris momenta in continuis divagationibus, alienæ famæ mor
sibus, ineptis confabulationibus, ac his similibus Religioso viro
semp illicitis prodigit otiositatibus, operosæ potius et diligenti
Spiritualiū ac Moraliū operū impenderet lectioni, ad utramque
p certo fucatā suā explicationē, solidā inveniret refutationē, inve
niret gravē illā ac p omnia huc facientē Sac: Codicis commina
tionē „ Væ vobis, qui potenti estis in vino. Non conquereret denq
contra leves penitentias et fraternas correptiones, neq illas p ꝑ
suris reputaret, si attentè legeret et ad suos mores aplicaret id quod
Constit: Ord.s Cap. 18 n 1. ꝑfiniunt, dū pro una Scandalosa ebrietate tri
mestrē Carcerē assignant.
Quoad quartū. Explicatio illius nihil quidquā favet, delato, ex
tat quidē ꝑceptū Evangelicū de correctione fraterna, sd hæc to
to fere cælo ab offitiosa differt correctione. Correctio nempe fra
terna in sola mansueta monitione, persuasione, et quasi obse

cratione

obsecratione consistit. Jā vero de jure et ex offitio illis dūtaxat incumbit coercere alicujus malitiā, ad quos dictū ē Argue, obsecra, increpa: quia vero hæc verba nullatenus diriguntur ad delatū, cū nemo ipsū constituerit Superiorem, nam: Nemo sumit sibi honorē, sed qui vocatur a Deo tanquā Aaron, proindeque Delatus nullū habuit jus, nullamq potestatē coercendi et quidē prorsus incompetenti ac violento modo, nempe: usq ad Excommunicationē P. Marcū Domiętowicz confratrē suū, neq percutiendi tā Senū Claustralem, quā etiā Judæū alienæ ditionis subditū, atq p hos inconsideratos impetus molestiā faciendi Communitati, et Ꝑiuditiū causandi Religioni.

Ad Quintum Explicāo apparenter videtur eē vera, mendatiis tamē et effugiis scatet. Licita quidē ē disputatio, sed quibus et quando? id pono minime vult attendere et scire delatus. Licita ē iis et tunc qui Theolicor et Moraliū operū seriæ lectioni diligentē operā navantes, corā doctis p sonis illā instituunt eo fine, ut magis exerceantur, perficiantur et illuminent subiciendo se tamen Juditio et decisini Ecclesiæ. Prohibita vero et illicita ē iis, qui vix primoribus labris aliquā scientiā degustasse et attigisse videntur, ac proinde idiotis, et iis, qui a lectione Theologicor ac etiamnū Spiritualiū Librorum usq adeo alienati sunt, ut neq manibus illos aliquando attingere deꝑhendant, et tamē insolenter in suo sensu abundantes sciolos se iactare ac in quacunq materia temere in disputationē se se ingerere Ꝑsumant, idq ob periculū ludibrii, subversionis et infidelitts Compertū autē ē, quod Delatus in ipsis quoq primordialibus Scholæ elementis peregrinus, in quasvis controversias sese imiscere paratus ē, non iā ut instruat et edoceat, sed ut evidentissima alior ironicis cachinis excipiat.

Quoad Sextū: Explicāo si quæ usquā vel maxime falsa et illusoria esse deprehenditur. Gloriatur enim se justa Rituale seu Cæremoniale Romanū Sacrificia celebrare, nihil tamē inuit, nec ullā mentionē facit, ubinā hoc legit vel audivit, ac si Cæremoniale Romanū, vix p quartā horæ partē, idq cū immodesta occulor licentia et vagatione Missā celebrare pmitteret,? cū potius Ꝑscribat et jubeat, ut tremendū Altaris Sacrificiū attente, devote, exacte, modeste, cum omnimoda compositione, cum interna et externa reverentia, atq tertiæ saltim partis horæ spatio celebretur. — In Matutino Tenebrar ideo temulentū se fuisse dicit, ac si jejuniū vires illius debilitaverit. Sed si hæc narratio vera esset, quare igit alii isto Quadragesimali Jejunio, pari modo non fuerunt debilitati, cū utiq simul cū ipso jejunabant, et tamē sobrii sibiq Ꝑsentes Divino intererent Officio? Si deniq debilitatū se sentiebat, cur tempestive ad quē de Jure spectat, non Ꝑmonuit, sd temulentus adivit Ecclesiā in eaq ebriū se patefaciendo inconditis gestibus Communitatem turbavit, atq vacillando per Ecclesiam fideli Jsopulo gravissimi scandali occasionē Ꝑbuit.

Quo ad Septimū Octavū et Nonum. Sicut gravamina sub his

punctis posita coinciduit cum gravaminibus in Praecedaneo Processu N. 1. 2. et 3 positis ita et Resolutiones delati cum refutationibus earundem inibi ac sub iisdem Numeris reperiuntur. Quod nempe monitiones et correptiones Superiorum eque ac antea semper egre ferat, et fere nihil quidquam ex eis fructificet, Quod a functionibus Chori et Ecclesiae frequentius abesse quam iisdem pro suo libitu adeo soleat. Quod imposita sibi ex Tabula Officia paccate et submisse exequi reluctetur.

Quoad Decimum. Fatetur Delatus quod cum contentiosis ac inurbanis ipse quoque contentiosus ac inurbanus fuit, hoc autem pro suo more reticet, quod ipse proprio motu contentionum et inurbanitatum occasiones quaerebat, ubique se ingerendo, omnes infestando, per Curritoria et Cellas ultro citroque divagando usque adeo: ut caeteri importunitatem ejus fugientes in suis Cubiculis se recludere debuerint. Ad alteram hujus puncti explicationem refutatio sub ℔ 5 habetur.

Quoad Undecimum. Explicatio delati non tantum sophistica, sed bonis etiam moribus omni ex parte contraria est. Si enim hoc esset verum, ut ipse dicit, quod qui habet pedes ambulare potest, ubi vult, sequeretur ac in ejus sensu esset verum, quod nullus esset prohibitus locus, si porro hoc esset verum, sequeretur ulterius quod quemcumque locum etiam suspectum et inhonestum adire liceret, ac proinde nullum etiam esset peccatum, nisi mentale: quod certe sicut omni rationi et praxi adversatur, ita nullus sanae mentis consentire et admittere potest, et tamen ex sensu ac persuasione delati hujusmodi absurdum manifeste profluit. — Intromittere vero se in negotia Saecularium etiam spiritualia non ad delatum spectabat, uti habet Constitutionem Cap. 40 § 9. n. 6. sed ad Parochum loci cui hoc ex offitio competit, neque ad haec negotia seu litigia sedanda et componenda delatus missus fuerat, cum clandestine, sine scitu et licentia Superioris e Conventu exivit et in tugurio clamorum et jurgiorum causa factus grave scandalum peperit.

Quoad Duodecimum. Explicatio Delati nullius est momenti, cum singula in hoc puncto deposita testimonia, usque adeo evidentissima, et toti tam Religiosorum Communitati, quam Commensalium, quin etiam Incollarum opidi et totius Parochiae caetui nota sint, ut omnia delati quo ad notorias ebrietates, clandestinas excursiones, continuas rixas et vagationes ac caeteros excessus effugia fallacissima esse deprehendantur et convincantur.

Quoad Decimum Tertium Explicatio Delati omni rectitudine destituta nullaque fide est digna, cum toti Provinciae clarum perspectumque sit, quod delatus sicut se solum duntaxat omniscium et innocentem depraedicat, ita e contra, continuo incontinentis linguae pruritu laborans, in singulis festucam intuetur et criminatur, in

in se ipso autē trabem non videt et extenuat, ideoq nec vivis, nec mortuis parcit, et calumniose supponit, qd sicut ipse multoties Capellani munus exercens vix aliquā peculii partē domicilio suæ Conventualitatis restituebat, sd contentiose sibi reservabat, ac in obscœna pocula dilapidabat. ita quasi in ejus sensu reliqui perversis ejus vestigiis insistentes comissā sibi pecullii quantitatē prodigaliter distrahant, vel ejus more ad nefarios usus convertunt, cui certe usurpationis malo, si fors quandoq humano modo contingeret, Regularis Jurisdictionis regimē fortissimis mediis obviare et mederi studeret.

Quoad Decimū Quartū. Sicubi forsan, tū certe ad hoc punctū palpabiliter falsa ē explicatio. Dicit Delatus, quod nullū legaliter factū habuerit Processū. Primus quidē Processus Antecolli 1810 informativus legaliter factus, juramento Testiū firmatus, non fuit ei communicatus, quia eo tunc de sola ejus correctione et punitione agebatur. Sed duo recentes, Anno nimirū elapso 1817. et currenti 1818 Processus Beresteci legaliter ad Prescriptū Canonū cū omnibus formalitatibus facti, quindecim Regulariū et duor Sæculariū fidei Sacramento obstrictorū Testium depositionibus firmati, propriisq cōr manibus subscripti, ab ipsomet Delato, quoad omnes Testes acceptati, et p ipsummet subscripti; Gravamina ex depositionibus Testium, eidē porrecta; Resolutiones ejus, utut majori ex parte futiles, ementitæ, cūq n tā excusantes, et justificantes, quā potius accusantes, ac reū et culpabilem manifestantes ab eodē datæ et itidē subscriptæ, ideoq a præsenti Patrū utpote occultatorē Testiū, et ad definitivā Sententiā congregatorē gremio maturæ discussæ, et ut a vero alienæ dilutæ ac refractatæ: his proinde de lege Concurentibus, quomodo delatus fallaci ac Prospero calamo affirmare potest, ac si nullū legaliter factū habuerit Processū? Nisi forte contra omne fas et æquū, contra omne rectæ Conscientiæ dictamē, contra clariora luce meridiana documenta, ac contra ipsa sacrorē Canonū Sancita et S. Sedis Apostolicæ Decreta pertinaciter insurgere et militare audebit. Dicit Præterea, qd non sentiat se post multiplices correctiones meliorē, sd potius deteriorē, et totā hujus cāā in confictas ac ementitas divolvit persecutiones, quas pati debuerat usq ad amissionē rationis; hoc certe contra omnē dicit veritē, nā si hæc querella esset vera, sequeretur utiq et quod et tunc non esset sanæ rationis cū aliquando Sobrius sibiq Præsens erat, quod defacto contra omnē ē experientiā Persecutionū autē nomine intelligit, paternas Superiorē ex officio correptiones, et fraternas Consodaliū ex charitte monitiones, unde emitur, qd aut se impeccabilē, et nulli defectui, nulliq culpæ obnoxiū reputat, aut potius palā indigitat, et exigit, quod vellitē absq iugo et sine ulla subordinatione, quod utrūq in omni fragilis

Reipublicæ Humanæ Clasis, omnino è impossibile, utpote quod et contra intimâ uniuscujusq individui pugnat persuasionè, et communi undequaq adversatur prasi, cui universale totius mundi gimè edocet nos et convincit, qd communes Gentiù patres, Regni nempe Principes suos Subditos, parentes suos filios, et in quocunq Authoritatis gradu constituti Moderatores, juris dictionis Sue respective subjectos, utpote libero arbitrio gaudentes, ac bene vel male agere, seu meneri vel demereri valentes, Legibus et mandatis suis conformes, ac juxta bene agentes seu meerentes encomiis et præmiis afficiunt, indifferentes autè ab iisdem recalcitrantes, contumaces, rebelles, ac juxta male agentes seu demerentes debitis correctionibus animadvertunt, ac justissima supplicia decernunt: quis autè mihi impune mentiè ac filius Belial legitimis hujusmodi pœnis persecutionis et Curiæ nomè juvacaret et temerè inderet Gumet?

Porro justa formâ juris a Canonistis prescriptâ serio ac matuiè discussa caâ per Isidori deductis ex duplici judicio juncta gravaminibus fide justatorè testiù comperatis, eiq ad resolvendum porrectis, refutatis quoq ejusd explicationibus, utpote nulli rationabili fundamento innixis, ac sola effugia et criminationes patheticè continentibus, facta ipsiusmet Dei per legitimù judicè nempe Rd. P. Ministrù Provinciale Citatione, ad comparendù et audiendâ causâ ac Sententiâ contra ipsù ferendâ die 21 Junii a.c. eidè delato porrecta et communicata; Ipso quoq Reo in loco judicii Die 24. Junii a.c. 1818 comparente, ac omnibus demq de Jure requisitis servatis servandis. Quandoquidè Pr Marcellinus a S. Martino Arndt Provincia Definitor, ac P. Valentinus a N. S. V. M. Ernst, patres ex lege Graviores et Conjudices, sponte et libere suo expenunt officio, ne simul testes et Judices in eadem causa essent, cui unus cor nempe Pr Marcellinus, in anteacti anni processu, alter ni utriq judicii contra prem Isidorum testimonia deposuerint — Provinde V. Definitorij ad servandâ Juris formâ in locù Elibatoni mei Conjudicù, electis ac unanimi voce subrogatis patribus Francisco Salesio a Jacobo Molinycki Coll: Luc: Vicario, ac Felice a S. nomine Jesu Rodi Jubilæ Lectore, seq omnibus uti ad P. Ministrù Provinciali Antonio Rewerowski Judicii Præside, P. Fortunato Karpinski, Casimiro Pielecki Definitoribus, Innocentio Kinyskowski loci Ministro Definitorio Provinciæ Absentis Locùtenente, ac PP. Benedicto Minkowski, Francisco Salesio Molinycki et Felice Rodi patribus Gravioribus et ad hunc Actù de justatis Conjudicibus congregatis et Existentibus, ad decisivâ Senten-

in causa Jo. Isidori Jedrowicz accessū fecit. Jn primis autē et ante omnia, post invocatū ferventissimis precibus Spiritus Sancti lumē et auxilium, et fatis Anno die et Mense, nempe: 1818 Junii 24. ad meritū totius Causæ Jo. Isidori Jedrowicz, ipsumet Jnsciente et audiente nos accinximus. Qua lectione a capite ad Calcē finita, quia nihil patuit, quod a prosecutione, ac finali hujus negotii determinatio ne removere nos posset: dixim.

Jn Nomine Sanctæ et Jndividuæ Trinitatis.

Nos Fr. Antonius a Natte Britannus Recollectorum Minister Provincialis, una cum assidentibus Patribus Gravioribus, et ad executionem Gsantis negotii deputatis, ultimatō pronuntiamus ac definimus, Jo. Isidorum Jedrowicz, per legitimas, festim fidei Sacramento obstrictorum depositiones, in duplici Canonico Processu productas, de gravissimis Criminibus convictū, incorrigibilē, ac proinde realiter de jure Communi, ejectionis Sententiā immediatē extitisse. Nempe: quia. 1mo Contra vota essentialia multoties deliquit constanter Superioribus obluctando, inobediendo, ac debitam reverentiā denegando, tā in judicio, quā in privatis diversi sexus conversationes, scandalose se ingerendo, atq precautō ex Cedulariis collectū occultando, ac ad nefanda pravata dilapidando. 2do Quia a Sacrosanctis Ecclesiæ et Chori functionibus frequentissime aberat, vel pro suo videre et arbitratu, cum invidecia ac scandalosa dissipatione interdū aderat. 3tio Quia tremenda Missæ Sacrificia, ut plurimū festinanter, irreverenter, absq interna ac externa compositione absolvebat. 4to. Quia Infantē a Jo. Anno Canonico defectuosissime ac legitime baptizatū semper rebaptizavit, ac injudicio contra Eundē admissimū Canonicū obtrectare non dubitavit, ac licet forma et Materia Baptismi dimultatē nesciret, 5to. Quia obscenissimis conciet. et Crapula vitio, habitualiter immersus, plurima in, et extra Claustrū causavit offendicula, et gravissimū Scandalū causa fuit ingrediendo se, tā cum Religiosis et domesticis Commensalibus, quā cum Secularibus, et quibusvis extraneis in jurgia, altercationes, pugnas, et cædes, unde honorē et edificationē Status Ecclesiastici, multoties læsit ac deformavit. 6to. Quia frequenter furtivas committebatur e Claustro excursiones, absq licentia et benedictione Superioris vel quis loci tenentis, excurrens vero in Domibus Secularium et in Tabernis Judæorum, usq ad tantā interdū intemperantiā se ingurgitare solebat, ut p Compita viarū volutari, aut proximis tribus reverti non valens, ablatione ope ad Claustrū reduci debuerit. 7mo. Quia ob

ebdomadali continuo indulgens, p. Cumitonia, Cellas et Officinas, alios vagari solebat, idq. eo fine, ut aut alios a honesto labore impediret, aut suo inquieto suo genio, cui alios altercaretur, admonitus vero et correptus de his et similibus excessibus, ut plurimum, scomata, ludibria ac convitia reprendebat, suo Quia cui ipse turpissimos Criminum sit seminarium, usq. adeo tamen protervè, de se sentire, ac dura aenicis esse deprehendit, ut etiam palpabiliter de malefactis convictus nunquam se reum et Culpabilem, imo neq. defectuosum et labilem fatetur, nec unquam veniam humiliter pcari observetur; imo audacter et presumtuose non jam gloriari ad potius effutire erubescit, quod tantum ipse solus sit omniscius et bonus, interea Ceteri et mali sunt et nihil sciunt, quam quidem protervam et efrenem mentem suam in hac ipsa modema Studio Judiciali palenter commonstravit dum ad lectionem hujusce Caulae suae Meriti, contumaciter et irreverenter garire non erubuit, ac si hae omnia nullius essent momenti, et pro ille omnia etiam pirata testimonia reputabit. atq. sic in suo proverso sensu abundans, medium verbis et factis, sed etiam scriptis falsissime ac malitiosissime ad Illm Suffraganeum Epum Solimonien. Joannem Cantium Borry dar Jvdhovdenelli, porrectis, in qua aliquid solum individua, sed totam Religionem notam infamidentissimo Calamo, ac ingratissimo Animo conscripsit, ac tetterima ignominiae nota degenerat filius Matrem suam affecit. Jam inde communi Jure incorrigibilem Jo. Isidorum Jsdavuiez, ithac vendo Canonicatus uti Reff. Instituel 1748 Jit l. de Vita et Honestat. Clericor, tum Jit: 31. de Maledicis fol. 264. Tomelli Cap. l. pag: 282. n 4. et Lucio Ferraris Art. 1 de Pœn: Clericor. Jdem: n 31. et fol. 93 n 26 tum Decret. Clem: octavi de Reform. Reg. quemis per eos dem tactatis ac Statutis, eumdem subiacere declaramus ac judicamus — Quia porro deest eidem Reo incorrigibilitas de jure novo requisita, nempe incarceratio p 6. menses juxta Decretum Innocentii 12., hinc cum Jo. Isidorum eid ses mensium incarcerationi subiicimus sub stricta Custodia, ac sub inspectione Superiorum loci, cui Cens judicium committit et injungit, ut Reus Jo. Isidorus, tribus p Hebdomadam diebus in duabus feriatis, qualibet vero feria Sacta ipsum pane et aqua jejunet, et seipsum flagellet per psalmum Miserere, in Clentia Jo. Spiritualis, vel alterius ab Superiore delegati, idq. toto Re mensium decursu — Atq. hoc et omni meliori modo Sententia ithac lata, lecta et publicata fuit Die Vigesima Quinta Mensis Junii Anno Millesimo Octingentesimo Decimo octavo in Collegio Lucensi Criminali Sanctissimae Trinitatis — Jta

Pronuntiavimus pro Tribunali Sedentes.

Fr. Antonius à Natiuitate B. V. Mariæ Szewernowski S. T. D. minister Provincialis ac huius causæ Judex Præsidens mpp

Fr. Fortunatus à S. Thoma Karpiński Deffinitor Provinciæ ac Conjudex mpp

Fr. Innocentius à S. Severino Krzyszkowski Minister Coll. Luceoriensis et Conjudex mpp

Fr. Benedictus a S. Josepho Mierzwiński Vicarius Conventus Berestecensis et Conjudex mpp

Fr. Franciscus Salesius a S. Jacobo Mokrzycki Vicarius Collegij Luceoriensis et Conjudex mpp

Fr. Felix à SS. Nomine Jesu Philosophiæ Lector et Conjudex mpp

Fr. Casimirus a S. Catharina Sielecki Definitor Provinciæ Conjudex et V. Definitorii Secretarius mpp

Presens Decretum coram me lectum audivi —

P. Izydorus a S. P. N. Joanna Federowicz —

Ego Fr. Petrus à S. Thoma Jaworski testis rogatus promulgationi interfui —

Ego Fr. Alexander a S. Thoma Pawłowski testis rogatus promulgationi interfui — mpp

Sessio 15 Matutina...

Quoniam ad causam finiendam P. Isidori a S. Joe de Matha Sacerdotis professi plures Patres Graviores iuxta jus et stylum necessarii erant, nec tamen propter distantiam loci in hac Sessione comparere poterant, ideo dilata illius causa. ven. Definitorium, ex solis Definitoribus et N. P. Provinciali compositum hanc Sessionem Die 31. Maji horis matutinis inchoavit, in eaq negotia ad Definitorium nonnisi spectantia solvendo assumpsit. Inter quæ ventum est ad negotia Residentiæ Ryzaoviensis illiusq varias, ac necessitates inevitabiles expositas in Polito P. Josephi a S. Joe Nepomuceno Præsidis, in quo conquæritur Ex dictus Pater

de miserrimo statu, tum Residentiæ, tum Villæ illiusve Subditorum orto ex sterilitte per duos Annos practicata, ac proinde de defectu pecuniarum necessariarum, ad finiendam inceptam cum Per Ill. MD Dziatyniska, et iam per decursum aliquot Annorum promotam, non sine magnis Domicilii expensis, proindeque rogat VD. ut concedat ipsi licentia contrahendi debitum pecuniarium in Summa 2000. f. p. per hac eam ultimate finienda. Perpendens igitur VDefinitorium intentionem P. præsidis esse justam ac per quam omino necessariam, rogavit NS Provincialem, ut 2000 f. p. ex proventibus Provinciæ, Quibatæ Residentiæ accomodet, cum procentu omnie pendendo per quatuor a Cento. Cum hac clausula, ut P. præsidens simul cum Consiliariis det Scriptum NS Provincialis de accomodatis per Residentiam duobus millibus f. p., et ut hæc Summa finito Anno NS Provinciali restituat ad ad manus ejusdem enumeret.

Eadem Sessione Innovat VD. Definitorii Provincialis Decretum sub Præsidentia P. Francisci Jesu Ministri Provincialis 1772. Anno 30 Augusti, Beresteci Celebrati de tenore Sequenti. „ Anno Mense et Die ut supra hora tertia Pomeridianna, de more congregatis PP. Definitoribus et in unam sententiam conspirantibus. Virtute Præsentis Decreti, prohibitum habent Superiores locales, idque sub rigore Pœnarum a NS Provincialis ad primam Visitationem exequendo, Fabricas majores et minores, uti sunt: Officinæ, Cellæ etc hujusmodi iam alias perfectas, et Ordinate pro Comodo et Ornamento Compositas, demoliri, aut transformare, seu alia semetria construere, Novasque fabricas inchoare, sine expresso Definitorii consensu, et Architecti dato Consilio et delineatione, suo Definitorio transmittendo et exprimendo Statu sufficientiæ ad has inchoandas. Præceptumque hunt, itidem Superiores, fabricata quæque, seu reparata et transformata in sua perfectione, Ordine, situ, integre et munde conservare. Similiter, nihil amittere aut cædere alicui de Agris Silvis etc. Summis Capitalibus et Proventibus Annuis, sub gravissimo Conscientiæ ligamine, quod et Præsens VDefinitorium prohibet ac interdicit.

Sessio 16ta.

Pro Sessione hac congregati PP. Definitores cum suo Præside Die 3. Junii horis Matutinis. Habita per occulis negligentia Superiorum in frequentandis functionibus chori ac Ecclesiæ, in dispensandis Conferentiis moralibus ac Spiritualibus Exercitiis omitendis. Statuunt ut PP. Superiores, qui in his exequendis neglecti ac remissi fuerint, pœnis ad Arbitrium NS Provincialis in Visitatione plectantur. Superiores enim Præcepta Regulæ sicuti et Ceteri fratres per omnia tenere debent. Hocque Decretum extensum, præcipue quoad Meditationes et Recollectiones quotannis instituendis etiam ad Domicilia seu Residentias extendunt.

Sessio 17ma Vespertina.

In hac Sessione instituta Die 25 Junii c. a. 1818 circa horam pome

ridianna lecta fuit petitio P. Isidori a S. Joanne De Matha in tenore sequenti. Ad V.m Definitorium et Judicium a P. Isidoro a S. Joe de Matha Jsod latum. „ Wysluchawszy wynoty z Sądownictwa V Definitorii, i zaraz tam mnie dangel. od przeciwnych. Prosi mnie sobie, uprzestam nayprzemiay tego. Definitorium o dozwolenie appellacyi dalszey Zwierzchnosci przedstawiam na Originale A. Isydora od S. Jana z Maty. a Rel 1818 m. Junio 25. Ad quam petitam V Definitorium Sequens P. Isidor dedit Resultatum. A. V Definitorio Provinciali Luccoviæ Celebrato. P. Patri Isidoro S. Joe Jedenowicz ad petitam ejusdem Resultatum.

Audiens hoc Definitorii petitam P. Isidori Jedenowicz ad V. Definitorium Die 25 Junii Currentis anni 1818 porrectam, in quo roget V Definitorium, ut a Sententia Definitiva, contra eundem P. Isidorum, die, Mense et anno lata, eig in presentia testium promulgata, a suo Regulari Judicio appellari liceat. Attendens V Definitorium, quod etsi Judicio P. Appellatio de jure minime concedenda esset, ex causis, quae delicta ipsius, notoria, convicta testibus juratis, continuata, Sententia a Judice, justa dicuntur testium facta sit. f: justa Reff. Lib. 5 Dec: Tit 1. de Appell: f tamen secundum eosdem Canones, qui illam nullam ante sententiam decernit denegant, eandem Gratiam P. justa Canonum Sanctia concedit. Decretum a se latum ad Departamentum Romano-Catholicum transmittendum decernit. Datt 25 Junii 1818. Die Luccoviæ. ni Originali subscripti Fr. Antonius a Nativitate Prov. Strzemuszki Minister Provincialis — Fr. Casimirus a Matha Sielecki Definitor Provinciæ et Definitorii Secretarius — sub N.o 27.

Sessio 10va. Matutina.

Quoniam post Sessionem 9nam per tres dies Sessio instituti non potuerat, ratione occupationis duum Definitor. ideirco sequens Sessio, ad Diem 29 Junii C.A. prorogata est. Qua more solito inchoata. Postea V.o Definitorium, mandans Superiores locales sepe numero Sacra celebranda omittere, etiam festis diebus, quibus ex precepto celebrare tenent sub strictissimo Conscientiæ onere, ex qua omissione Celebrationis, tum propter Juniores Religiosos, qui Sacularem exemplum, malum subtrahunt, sub pretextu contractæ infirmitatis. Similiter sub eodem pretextu dispensare seu et Committe in jejuniis Ecclesiasticis, etiam quadragesimali tempore, quo multimodi vere infirmi aut senectute gravato datur Carnium concessio, Hac de causa V Definitorium presens Superioribus committentibus Sacra, revocat in Mente Constit: Cap. Undecimum Undecimum N.o primum, ut illud sepe sepius relegant et in memoria revocent. Superioribus vero non observantibus jejunia Ecclesiastica, aut

ir

in illis dispensantibus, ut revideant duo Brevia novissima Benedicti 14. in Lucio Ferar: sub Tit: Jejuniū Tom 4. Pag: 9. edita, recomendat ac sub pœna Responsionis Deo, et Matri Religioni serio demandat ac p viscera Dei obtestatur.

Eodem etiam Decreto Iisdem Superioribus laulitatē ac Prodigalitatē tam in comparandis necessariis Supellectilibus Claustri pro usu Communi et p prio, quam pro excipiendis Personis Secularibus cum magna et non necessaria imo etiā legibus nostris prohibita expensa, ut evitent, Accommodando se potius paupertati Religiosæ, quā Prodigalitati et Philatiæ seculari, omnino interdicit. Disponā enim hæc videntur esse juxta Decreta Summor Pontificū et Nostras Constitutiones ac p quā contraria Statui Religioso.

Eadē Sessione Eiit Resultatū ad Petitū Pris Francisci a S. Josepho Calassantio Ministri Conventus Berestecensis porrectū Die 24. Junii a c: resignantis Ministeriū Berestecense, ex caā, qd plibatus Minister, moderno statu negotior tam publicor quam Domesticor pressus ad eadem ultra tolleranda minime per semetipsū aptus, idoneusq ad subeundū Ministri munus existat. Petitioni cujus fastisfaciens V. Definitoriū, illū ab onere Ministerii Berestecensis liberat, ac immunē facit.

Sessio Ultima.

Hac Sessione imediata inlut iā habens Psens Definitoriū ad discutiendū ac definiendū, relectis igit omnibus quæ in anteactis omnibus Sessionibus, actū, Statutū, confirmatū ac decisū fuit, a Die 10 Maji 1818 anni ad Die 29 Junii inclusive, Definitoriali Officio finē imposuit Ac manibus propriis Præsentem Definitorii actum subscripsit Die 30 Mensis Junii 1818 Anno —

Fr. Antonius à Nativitate B.V. Mariæ
Minister Provincialis mpa

Fr. Fortunatus à S. Thoma Definitor Ctus.

Fr. Casimirus a S. Catharina Definitor Provinciæ 4. ac V. Definitorii Secretarius. p

Acta V. Deffinitorij Provincialis sub Praesidentia N. R. Pris Antonij à Nativitate B. V. Mae Ministri Provincialis in Conventu Theophilopoliensi Diebus Mensium Septembris et Octobris Anno Millesimo Octingentesimo Decimo Nono Celebrati —

Sessio Prima

Haec Sessio 26 Septembris A. C. post Solitum Campanae pulsu Horis Matutinis instituta, initium sumpsit, a Consueta Spiritus S. Invocatione, qua finita N. P. Provincialis praesentes hic et nunc PP. Deffinitores brevi Elocutione solutavit. Quia Porro tam propter distantiam loci, quam multo magis propter Infaustum, ac tristissimum Eventum, quod nempe P. Joannes à Sto Adriano Definitor Provinciae primus dolendo, ac inopinato modo adhuc Mensis Aprilis 23 Die anni currentis usu et Lumine oculorum destitutus, atq ex Medicorum Consilio, nullam ferè recuperandi Visûs spem praeseferens, nullatenus pro Celebratione Moderni Deffinitorij ad hunc Nostrum Theophipoliensem Conventum, accedere, ac pervenire potuit. Pater vero Casimirus, à S. Catharina Deffinitor Provinciae Quartus, ante aliquot sui Procinctus dies, ab Illustissimo Luceoriensium Suffraganeo Podhorodenski Comissum sibi accepit provinciam ut congregandis, ac reipsa pro Die 21. Septembris ad Conventum Nostrum Berestecensem Congregatis Reverendis Parochis circa peragenda Spiritualia Exercitia Manuductoris officio defungeretur, hucq de causa pro praefixo Deffinitorij Termino nempe pro Die 25 Septembris comparare haud potuit, ac in Convocatoriis etiamnum Litteris significavit, se non aliter, nisi perractis praefatis Exercitiis posse pervenire, proinde haec prima Sessio ex Tribus dumtaxat Personis hic et nunc Composita fuit. Aderant nempe Praesentes N. P. Antonius a Nativitate B. V. Mariae Minister Provincialis ac Deffinitorij Praeses, P. Fortunatus à S. Thoma Definitor Provinciae Secundus. et P. Martelinus a S. Martino Deffinitor Provinciae Tertius. In hac porro Sessione praelibati Patres, pro Consueta Legum praxi et norma praeprimis et ante Omnia ad Electionem Secretarij Deffinitorij accessum fecerunt, ac in instanti Utriusq Electoris Votis Electus est in Secretarium P. Marcellinus a S. Martino Deffinitor Tertius, qui mox pro Servandis secreto et Fidelitate praescriptum Juramentum emisit. Cumq praeterea nihil ad agendum restaret. Sessio ad subsequens tempus Soluta fuit.

Sessio Secunda

Eadem Die horis Pomeridianis. In hac Sessione V. Deffinitorium deliberavit, quaenam in Provincia Domus pro Celebrando futuro Capitulo decernenda foret? et Collatis Consiliis resolvit, quod pro expediendo hocce gravi Provinciae negotio, nempe pro Celebrando futuro Capitulo Conventus Theophipoliensis determinetur, et reipsa Eundem Conventum determinavit. Quia porro ratione Paschatis futuro Anno Solemnitatis, nimis tempestive in Martio nempe occurentis, propter Solitam Verno tempore aeris injuriam, ac

interdum

interdum aquarum exundantiam, pro praefixo in S. N. Regula tempore accessus nimium difficilis, ac propemodum impossibilis esse posset. proinde objustas, ac palpabiles causas, terminus pro Celebrando futuro Capitulo ad Dominicam Septimam post Pentecosten, scilicet ad Diem Tertiam Julij Anni Sequentis Millesimi Octingentesimi Vigesimi extenditur et praefigitur —

Sessio Tertia

Die Vigesima Septima Septembris horis Matutinis. In hac Sessione N. P. Provincialis, utpote Deffinitorij Praeses, juxta Normam et Stylum Legum, praesentibus duobus Provinciae Patribus Deffinitoribus Manifestavit, quod quandoquidem P. Joannes à S.o Adriano hactenus Provinciae Definitor primus incurabilem Caecitatis Miseriam incurrit, hinc ne pro futuro Capitulo necessarius desit Vocalis tempestive huic Defectui est obviandum, et alius ex Patribus in Ejus locum est Eligendus, ac in instanti Duos ad eligendum habiles porrexit nempe P. Leonem a Nativitate B.V.M.ae et P. Valentinum, a Nativitate B.V.M.ae. Praeterea quia adhuc elapso Anno P. Franciscus à S.o Josepho Calasantio Officium Ministerij recusavit. P. vero Leo Minister Brahiloviensis, in Deffinitorem eligendus exhibetur, uterq autem officium Sociorum ex primis annexum habebant, proinde jus et ratio exigit, ut Loco illorum, alij in Actuali Ministerij exercitio existentes subrogentur. In Ministrum itaq Berestecensem porrecti sunt. P. Benedictus a S.o Josepho hic et nunc munus Praesidis Ejusdem Conventus exercens, et P. Aloysius à Conceptione B.V.M.ae In Socium ex primis Primum PP. Ministri Berestecensis et Antecollensis, in Socium vero Secundum ex primis Patres Ministri Theophipoliensis et Orsensis. Quia porro ist in prima Sessione innuimus praesens consessus ex tribus dumtaxat Personis compositus fuit, hinc Canonica Patrum in praelibata Officia electio ad Adventum Pris Casimiri Definitoris dilata extitit, qui quidem brevi perventurus speratur, et Sessio Soluta —

Sessio 4ta

Die Vigesima Nona Septembris horis Matutinis, In hac Sessione lectum est Petitum per P. Vincentium a SS. Apostolis hujusce Theophipoliensis Conventus Ministri porrectum sub Duplici respectu. 1.o Circa Summam Flor. Pol. 5360 die 6 Februarij 1810 Anno apud P. M. D. Antonium Kołysko elocatam, sed cujus Chyrographus justae suspicioni subjacet, atq circa Summam Flor. Polg. 2360 in Februario 1814 pro Annuo Censu Eidem Per. Kołysko datam sed nullo Chyrographo roboratam 2.do Circa Summam Flo. Pol. 2000 Die 12 Aprilis 1811. a P. M. D. Marianna Przybyszewska oblatam, et alteram Summam Flor. Pol. 600 à M. D. Zawadzka oblatam Utraq est Obligatoria, et Obligationes sunt Onerosae implentur, interea autem neutra Chyrographo est roborata, neque Notum est, ubi, pro quo, et quomodo sunt vel elocatae, vel distractae. V. Deffinitorium resolvendo hoc petitum, Injungit P. Ministro, ut deponat coram Deffinitorio Librum Perceptarum et expensarum, nec non Librum Decretorum Communitatis hujus Loci, quatenus aliqua circa Statum praefaturum Summarum notitia acquiri possit —

Sessio Quinta

Die Trigesima Septembris horis Matutinis, In hac Sessione post maturam Petiti in hesterna Sessione à P. Ministro locali porrecti discussionem intimatum est P. Gaspari a SS. Nomine Jesu hic et nunc Residentiae Szumbarensis Praesidi

quate

quatenus 1º In scriptis claram et Legalem deponat delucidationem, quali pacto indigitatae in Petito Summae stante Ejus Superioratu, ab eadem acceptae sunt vel distractae, vel elocatae, et quare circa primam 5360 fl. Chyrographus prorsus apparet illegalis, pro reliquis autem Summis et quidem onerose obligatoriis omnis prorsus Chyrographus desideratur. 2º Certum est, quod a Summa in bonis Wołoczyska elocata in duplici termino, nempe in Januario et in Junio provisio Conventui quotannis solvitur: quare ergo P. Gaspar à SS. Nomine Jesu stante suo Superioratu anno 1811. unam Provisionis portionem flor. 1250 Registris Perceptorum inscripsit, alteram aequalem quantitatem 1250 flor. Eidem Perceptar. Libro minime inscripsit. cum tamen per Omnia certum sit, quod etiam hanc Secundam quantitatem ad Manus Suas recepit.

Sessio Sexta

Die prima Octobris horis Matutinis – In hac porro Sessione P. Casimirus à S. Catharina Deffinitor 4tus, utpote in Intimatione Deffinitorij hesterna die Vesperi adveniens, in praesenti Consessu personaliter comparens juramentum tenore Legum praescriptum emisit. Tum. N. P. Provincialis et Deffinitorij Praeses Omnibus Electoribus distribuit Schedulas eligendorum in Officia, quorum determinatis facta est die Vigesima Septima Septembris in Sessione Tertia. Sed propter absentiam Patris Casimiri Definitoris, ad Canonicam Electionem procedi non potuit. Hac intimatione finita N. P. Provincialis porrexit ad Legendum Notificationem (vulgo Raport) Luceoria ad se transmissam. in qua P. Minister Luceoriensis conqueritur, quod P. Gaspar à Nomine Jesu in Possessione Kuty ad Collegium Luceoriense spectante plurimas Damnificationes exercuisse deprehendatur.

Sessio Septima

Die Secunda Octobris horis Matutinis. In hac Sessione praemissis omnibus formalitatibus, quae Canone Legum praesertim C. 39 Constitut. Ordinis, circa Canonicam Electionem praescribuntur. V. Deffinitoriis ad eandem Canonicam Electionem in distributis in hesterna Sessione Schedulis accessit. Completa porro alternativa et interrupta Scrutiniorum verificatione, ex duobus ad Officium Deffinitoris porrectis electus est in 4tum Provinciae Definitorem Pater Leo à Nativitate B. V. Mae Votis 3. tum Ex duobus ad Officium Ministri Berestensis porrectis electus est in Ministrum Berestecensem P. Benedictus à S. Josepho Votis 4. Praeterea ex duobus Ministris in Actuali Officij sui exercitio existentibus in Socium ex primis primum Electus est P. Benedictus a S. Josepho Minister Berestecensis Votis 3. Tandem ex porrectis Duobus actualibus Ministris in Socium ex primis Secundum electus est P. Vincentius a SS. Apostolis Mnr Theophilopoliensis Votis 4. His Canonicis Electionibus peractis Confirmatio juxta Stylum Legum ad subsequentem Sessionem reposita

In hac Sessione tecta est Dilucidatio seu Explicatio P. Gasparis, quae sic in Sessione Tertia injuncta fuit. hanc vero mature volvendo et ruminando non dissimilem fere reperimus ab illa oratione, contra quam D. Augustinus in Homilia pro Dominica X. post Pentecosten Glossam facit et invehitur. "Quid, inquit, rogaverit Deum, quaere in Verbis Ejus, nihil invenies, Ascendit orare noluit Deum rogare, sed se laudare. Parum est, non Deum rogare, sed se laudare, insuper et roganti insultare". In toto nempe contextu Suae responsionis tractu,

exurra

exarata per longum et latum Explicatio, usq adeo insufficiens, inadequata, vitiosa et manca deprehenditur, ut hac irrisoria potius, omnisq fidelitatis experti narratio, seu philautica sui ipsius Apologia, quam aliqua dilucidatio esse videatur. Habuit nempe a V. Definitoria in comissis ut Rev. Civem Summa apud P. M. Kotyszko reperibilis clavam, directam omnig dubio vacuam deret Explicatione, quare una Summa 5360 fl. tali initiatur Chyrographo, qui nedum apertam pariit suspicionem, verum falso prorsus luberat supposito? Altera vero 2360 fl. Summa ac siquid eundem M. Kotyszko existens omni prorsus destituitur Chyrographo? Simili quoq modo. quare Summae 2000 fl. a P. M. D. Szybyszewska, et 600 fl. a M. D. Zawadzka oblatae, omni prorsus destituuntur Chyrographo, et nullam Evictionis habent securitatem, cum tamen Ipsemet propria manu in Libro Decretorum Communitatis, pro Summis obligatoriis, ac proinde Evictioni subjectis, et inexpendibilibus posuerit? 2do Quare 1811 Anno inscripta una ex Wolszyska provisionis Portione, alteram in Secundo termino ejusdem Anni aequali quantitatis nempe 1250 fl. ad Manus suas receptam, et quietatione asseveratam in Registris perceptarum minime potuit. - Utrumq gravissimi hujus Negotij integritatem nempe ac indemnitatem Bonj Communis concernens pariatum obiter solvendo et peremptorie tangit dicendo 1o Quod P. M. D. Kotyszko paratus sit legalem dare Chyrographum, dummodo P. Minister Moderamen Consentaneam, i. dest aequalem Legi exigant, praemeret et suppeditet Chartam regio Signo impressam, ecce ergo jam aperte fatetur, quod prior illa Charta per Ipsemet adhibita sit incompetens, suspecta et Illegalis. Civem alteram vero quantitatem seu Civem Summam 2360 fl. apud Eundem P. M. Kotyszko reperibilem, quod nullo prorsus usq evasata sit Chyrographo, P. Gaspar nullam adducit Causam nullamq facit Mentionem. - 2o Quod Summa 2000 fl. a P. M. D. Szybyszewska oblata pro coemptione Carbonum Ipsum sit distracta et tamen hanc Summam Ipsemet, ut in primis, propria Manu in Decreti Communitatis pro Obligatoria posuit, Ipsemet in Registri Perceptarum, specifice inscripsit, quod vero eam pro Coquina expenderit, nullibi specifica inveniatur Mentio, cum etiam et Distincti Perceptarum ac Expensarum Coquinae Libri ab antiquo in hac domo separatim semper usitati et a Visitatoribus revideri et subscribi soliti, clante Ejus Superviratu abeumpti evanuerint - Quod autem attinet Summam 600 fl. a M. Zawadzka oblatam, quam similiter propria Manu in Libro Decretorum Communitatis pro obligatoria inscripsit, nullam hic et nunc dat Explicationem. Et tamen hae - Utraq Summa utpote obligatoria, Evictionali, adeoq Inexpendibili ad Supremum Regimen et perrecta. 3o Quod quo alteram receptae ex Wolszyska 1811 Anno provisionis Portionem 1250 fl. aequivalentem in Registris omissam, nullam dando Explicationem, nullamq faciendo Mentionem jam ex ipso fatetur, quod Eam receperit, et sui juris Eam fecisse jure merito supponetur; interea vero in Modernum Ministrum invehitur, cur in suo ad V. Definitorium Petito, non potuit conqueratur contra Praedecessores Superiores, qui à 20 et amplius Annis non per Typum sed per Quinq tantum ex Iisdem bonis percipiebant provisionem? Certe hanc solum Responsionem instaterra sanae Mentis examinando, per quam facile est discernere, quaenam de reliquis etiam

formanda

formandum venit judicium, dum prædecessori majori jam ex parte Viam æternitatis ingressi, ad superstitem Regularem Institutiam eundi, et accedendi suaderent. quare per Eg juxta obloquentiam Chyrographi hucusque tenentes provisionem, sed potius per Saptem pro suo videre non extorquebant. De cetero P. Gaspar asseverat, quod tam Diœcesana, quam Regularis Visitationis Jurisdictionis ~~tempore~~ tempore Ejus Superioratus expedita, singulas sui Regiminis Circumstantias dicendo, quæ prolata, ac hic et nunc perrecta puncta nihil quidquam dixerunt, vel scripserunt. sed ad hæc in promptu et obvia habetur ratio, quia nempe vel coram Visitatoribus specifica ac individua harum Circumstantiarum manifestatio alto silentio fuit involuta, vel quia Libros Decretor Communitatis ac Perceptarum legendo, alq has sumas pro Obligatoriis positas animadvertendo. supponebant, prout justi de causis supponere tenebantur, quod ea aut pote Obligatoria, ac ejusdem inconsumptibilis pro Annuo censu Elocata sunt vel brevi elocanda sperabantur; justissime autem inferendum venit, quod pro Conscientia ligamine nullatenus prædictos Libros, insignum Approbationi subscripsissent, nequæ subscribere potuissent, si eis certo constitisset, quod P. Gaspar inscia et invitata Communitate, pro suo Nutu et arbitratu sumas pro Obligatoriis annotatas expendere et distrahere auderet. - Tandem ad calcem suæ Responsionis, P. Gaspar innuendo, quod hæc P. Modernum Mihi Fictitiam, querelam, quam integritati boni Communis prospiciendo, ac certissime subsequo tempore summe nocivis emergentiis et detrimentis obviando, ad V. Definitorium perrexit, Quod signum hæc Relatio ex malevolo et inquieto procedat animo, enumeratione denique Multorum bonorum et Commodorum prave et intempestive hujus Claustri à suo regimine profectorum, concludit. Transeant equidem hæc elogia, sed multo melius foret memorem esse illius 7æ Paginæ Gratulationis "Laudet te Alienum".

Cæterum V. Definitorium, his omnibus, pro, et contra adductis rationibus, maturo Examine, ac omni qua par est sedulitate discussis, personis tam oretenus seu verbaliter minus pertinaci, contentiosa, ac suæ authoritati et consensui debitæ Considerationis experte apologia, quam scripto tenus perrecta prorsus incongrua, ac indirecta P. Gasparis responsione, invocato Patris Luminum auxilio, necessariam pro Integritate Patrimonij Christi solicitudine extendendo, ac Ipsius met P. Gasparis Conscientiæ, Salutis et Famæ prospiciendo, definitive statuit ac decrevit 1æ P. Gaspar utpote primarius Actor ipsemet teneatur, ac indispensabiliter obstringatur, ut in Instanti tam pro Summa 5360 fl. quam etiam pro Summa 2360 fl. apud D.M. Kostyiko reperibili, legalem, authenticum omnique suppicium Exportatam Chyrographum procuret, alq Pri Mihi Consulis Theophilopolitani tradere in Actis ejus Domus reponendum ac Conservandum satagat. 2æ Alteram Provisionis ex Bonis Wotoczyska 1811. Anno quantitatem 1250 fl. æquivalentem parte receptam, ac Regiis Domus mei investitam pro re et intempestæ Curiæ Theophilopolitanæ, tum quam Ejusdem prospicam restituere et ad Manus P. Mihi locali consignare omnino satagat. 3æ Jam 2000 fl. a Gnæ D. Prybyszewska, quam 600 fl. a M. Jawadzka oblatas Summas per Ipsum Libro Decretor Communitatis insertas pro Mea fructi Consulis Theophilopolitani, ad Annuum censum Locandas, vel integrare satagat, ne arbitrarie per eundem suscepti Obligationibus hodie dum gravata Domus prædecessorum magis, ac magis successoribus imposterum gravetur. 4æ Certissime Regulari Jurisdictioni innotuit, quod P. Gaspar, apud M. D. Kostyiko sua deposita habet summam 130 Hungaricalium, ac si pro annuo censu elocatam, quæ quidem Depositio, et electio, absq ullo Regularis Jurisdictionis actu, et consensu adeoq subreptitie et illicite facta est. Interea autem Decreta Sedis Apostolicæ, Canones Ecclesiastici, Resolutiones Theologor, ac ipsa Civilis Regiminis Regulamina, privatas

hujusmodi

huiusmodi depositiones, et elocationes severissime ac sub gravissimis panis prohibuit interdum et censuris percingunt. Hinc P. Gaspar ad praefatam 130 Hungaricalium quantitatem, tanquam Religiosae Professioni impropriam jus omne amittit, et V. Definitorium de hac quantitate tanquam de Bonis Ecclesiae disponendo praecavet ac determinat, quod M. Provinciali, hanc quantitatem, a M. D. Rissa hausa recipere atq. Nomine Provinciae eandem pro repariendis Conventui Theophilopolitani illatis detrimentis pro Animo causa elocare, ac eidem Conventui fructiferam reddere teneatur. V. Definitorium indulta sibi tamen Legum authoritate, haec omnia punctata ad strictam ac instantaneam executionem mandative et definitive P. Gaspari injungit, praecavendo, quodsi fors aut temporis varii, aut hisce dispositis nebus refragari, aut aliquas trias, et illicitas effugia adhibere praesumpserit, nedum Suspensionis poenam incurret, verum in Celebrande immediate Capitulo officiose judicabitur et panis subjicietur.

In hac eadem Sessione V. Definitorium partim subaudiendo, partim practica experientia animadvertendo, quod nedum aliqui superiores, sed etiam subordinati eorumdem officiales, uti PP. Vicarij Magistri et Lectores ab omnibus praemissi Chori functionibus, absque justa legitima causa absque dispensatione hebdomadae, ab omnibus revocant in Memoriam R. II. et C. XXXVIII Constitt. cum suis respective SS. ut exinde necessariam haueriant notitiam, et ad se ipsos applicare studeant, quando Divinis Officiis adesse teneantur, vel ab Illis interdum Liberi censeantur.

In hac demq. Sessione V. Definitorium discutiendo Cap. 2. I. N. Regulae, Exequantur ea Illis opera Misericordiae. Omnibus Superioribus localibus injungit, ut memores fraternae Charitati, atq. sacro Sancta illa Evangelij oracula, Pauper fui et non suscepisti me, Eurivi et dedisti mihi manducare, cum ex qua pars est animadversione rumsmando, saltem bis in Hebdomada nempe Feria IV et VI aliqua fercula pauperibus in porta elargiri et suppeditari curent, cum Laudabilis hujusmodi Consuetudo et praxis apud Nostratos aliquando viguit, et porro apud Omnes Religiosos Ordines de sola Eleemosyna subsistentes hucusq. vigere, et manutineri observatur ——

Sessio Una

Die Tertia Octobris hora Matutinis. In hesterna Sessione ad Officia Provinciae et domorum electi, in hodierna Sessione Canonice confirmati extitere, nempe R. Lector Matutinalis B.V.M.e In Definitorem Provinciae 4ae Votis 4or. P. Benedictus a S. Joseph in Monasterio Berestecensem Votis 4. P. Min.r Berestecensis Benedictus à S. Joseph in Socium ex primis primum. Votis 4. P. Min.r Theophilopolitanensis Vincentius a St. Apostolis in Socium ex primis secundum. Votis 4. et Sessio Soluta ——

Sessio Una

Die 6. Octobris horis pomeridianis. In hac Sessione, quando quidem nihil ad agendum restabat, igitur totius Definitarij Acta propriis Manibus subscripsimus ——

Fr. Antonius à Nativitate B.V.Mariae
Minister Provincialis mpa

Fr. Fortunatus à S. Thoma Def.r Sec.

Locum Definitorij ac Secretarii Deficientis Fr. Casimirus a S. Catharina Definitor subrogavit

Benedicta sit Sanctissima Trinitas.

Acta Venerabilis Nostri Antecapitularis Definitorii Provincialis sub Praesidentia Nostri Patris Antonii a Nativitate Beatissimae Virginis Mariae Provincialis Provinciae Sancti Joachimi ac hujus Actus Praesidis, Celebrati in Domo Nostra Capitulari Theophilopoliensi Diebus ultimis Junii usq ad ultimam Ejusdem Mensis Currentis Anni Millesimi Octingentesimi Vigesimi. Hoc Definitorium Ante Capitulare Theophilopoliense, in Nomine Domini congregatum, ac ex Quatuor Personis collectum: videlicet: ex Nostro Patre Antonio a Nativitate Beatissimae Virginis Mariae Provinciae Sancti Joachimi Ordinis Sanctissimae Trinitatis Provinciali ac Praeside hujus Actus; ac ex Patribus Provinciae Definitoribus tribus; scilicet Patre Fortunato a S. Thoma Definitore Primo. Patre Casimiro a Sa Catharina Definitore tertio. et Patre Leone à Nativitate Beatissimae Virginis Mariae Definitore quarto (secundus siquidem Definitor hujus Provinciae, hoc est Pater Marcellinus à S. Martino, tanquam ultimis spirans, ad hunc Actum celebrandum comparere non potuit.)

Sic ergo hi omnes Patres pro termino sibi praefixo per antecedaneum Definitorium convenientes, ac Die Vigesima tertia Junii currentis ad destinatum pro celebrando praesentis Definitorii locum, pulsu solito Campanae facto vocati, solitas ac fervidas ad Dum Spiritum luminis, intellectus, et veritatis, implorantes de Caelo auxilium fuderunt, armatique sermone optimo N. Patris Provincialis et et hunc Actum accomodato, eundem Actum Hora media 10 cum dimidia Matutina inchoarunt. Ac Primo.

Sessione Prima.

Juxta Constitutiones Nostras ac Canones admiserunt in Antecedaneo Definitorio electum Definitorem quartum, ac prima vice pro executione sui Officii comparantem Patrem videlicet Leonem a Nativitate Br. Mariae, ad Juramentum praestandum suo Praesidi ac toti Definitorio, de fidelitate ac secreto in rebus Definitorium concernentibus praestando ac servando. Similiter et Patrem Casimirum a S. Catharina Definitorem tertium tanquam Secretarium Definitorii electum, qui ambo Definitores, idem Juramentum legibus Nostris praescriptum coram toto Definitorio praestiterunt. Dein Quoniam Pr. Marcellinus à S. Martino Definitor Secundus

Provinciae propter maximam suam debilitatem; et Pr Valentinus a Natte BVMariae Exminister ac Socius Ex Secundis Secundus propter suum in Seratow discessum, defectum personarum vocem in Capitulo habentium fecerunt; ideo et hac de Causa ne defectus Electorum habeatur, in moderno Capitulo celebrando, et per hoc invalida reddat electio, accessit V Definitoriū ad Electionem Socii ex Secundis Secundi, ad quod Officium unanimi voce ac sortibus electus Pr Leo a S. Nicolao Exminister, qui et statim patentatus ad hoc munus extitit ac ad praesens Capitulum celebrandum officiosè vocatus est.

Ne vero aliqua suspitio suboriatur in aliquibus personis, ad hunc et subsequentem Actum Capitularem vocatis, de Electione Socii ex Secundis secundi Pris videlicet Leonis à S. Nicolao Exministri, ex causa discessus ac aligenationis a Sua Provincia Patris Valentini a Nlle BVM. Socii Capitularis; Ideo lectum fuit Supremum Mandatum Suae Imperatoriae Majestatis, editum Petropoli ab Illustrissimo Metropolitano totius Rossiae, Stanislao Siestrzencewicz, Anno 1820 Die 22. Martii sub Nro 146 praecipiens ac mandans N. P. Provinciali, ut confestim et sine ulla dilatione, Posta ac expensis Imperialibus in Seratow, ad Explenda ac administranda munia Parochialia Collonistis inibi degentibus, per Patres Societatis Jesu prius administrata, mittat sub gravissima responsione, pro inobedientia huic Mandato, Patres Aloysium a Conceptione BVM. Illk, Valentinum a Natte BVM Ernst et P. Antonium a S. Laurentio Ludvich.

Praeterea lecta fuit licentia ac permissio Collegii Romano Catholici I Departamenti ad N. P. Provincialem Die 8 Martii Anno 1820 sub Nro 317. emanata ac transmissa. In hac data ē potestas moderno Capitulo liberae electionis, tum Provincialis tum Superiorum localium ac Patrum Provinciae. Han subscripsit per Ill. Andreas Dominus Mamertus Herburt, Canonicus Cathedralis Luceor: Assessor Collegii Romano Catholici, et Dominus Trochimowicz Secretarius Ejusdem Collegii

Sessio II.

Sessione hac, quae fuit Die 24 Mensis et Anni ut supra, coram Congregatis Patribus Definitorium componentibus, lectum praeprimis fuit Raportum P. Innocentii à S. Severino Ministri Luceoriensis sub Nro 12. Die 17 Junii 1820 Anno ad N. P. Pro

Provincialem datum ac transmissum, quô praeter alia Claustrum concernentia negotia, denuntiavit N. P. Provinciali, et hoc, quod a P. Procuratore Romano Nostri Ordinis, receperit Epistolam, simul cum Imaginibus N. Patris Reformatoris, Beati Joannis a Conceptione in papyro exaratis, simul cum Orationibus propriis Missae Sacrificio inservientibus, et decretis Illius Beatificationis, ac vita hujus Beati in Idiomate Italico. Qui Pr. Minister Luceoriensis, in eodem suo Raporto, expetit a N. P. Provinciali consilium, num ad Postulata Patris Procuratoris Romani, rescribere eidem possit ac valeat deinde quid cum Epistola ad Illum Roma scripta, Decreto ac Imaginibus Beati Patris Joannis a Conceptione, vita et Decretis Illius Beatificationis, cum Collectis Missae facere debeat — N. Pater Provincialis consulto suo Definitorio, eidem Patri Ministro, respondit Primo quod juxta Supremum Suae Imperatoriae Majestatis Mandatum, non licet Nobis aliquam communicationem habere, cum iis qui sunt extra limites Imperii Rossiaci, ac proinde nec scribere, nec rescribere Secundo, quod juxta idem mandatum, Epistolae et alia etiam a Sede Apostolica missa in hocce imperium, praesentanda statim sunt. Praesidi Collegii Latino Romani Petropoli, ideo Recomendat Patri Ministro N. P. Provincialis cum suo Definitorio, ut Imagines cum Vita Illius Beati et alia Roma Luceoriam transmissa Patri Provinciali reddant, qui ea transmittet Petropolim

In Eadem Sessione revisus fuit Triennalis Computus Collegii Luceoriensis, in quo observavit Definitorium, primo non esse in Chartaquenta Apositum, num Collegium Luceoriense habeat aliqua Documenta, et ubi illa reperiant, pro Summa 30000 flor. in Sienna locata — Secundo Non esse specificatam Summam Collegii et Provinciae apud M. D. Chamice locatae, quae binae Summae, una Inscriptione roboratae ac inscriptae sunt. — Tertio non necessario appositam esse in Debitis Activis Summam Terragii flor. 496 et Propinationis flor. 1466 assium 20, cum annus nondum finitus existat, et hae Summae circa finem Anni recipi debeant — Quarto Quare non additum quo Anno Actis Conventus Theophilopoliensis concessit a Collegio Luceoriensi Summam flor. 1200, et num Collegium aliquod Reversale a Conventu Theophilopoliensi pro praedicto debito habeat. Quinto Quare in Inventario porrecto omissus Decessus Rerum et quarum, similiter quare non specificati libri Bibliothecae Collegii, hoc Triennio accessi —

Sessio III.

Instituta ē 23 Junii Currentis Anni, in qua ꝑ primis Ven: Definitorium attendens defectum P. Marcellini a S. Martino Definitoris Provinciæ necessarii vocalis, simulq videns Constitutionum Mstrar Caput 39. §. 11. Num: 5 De Præside et Electoribus, ubi hæc habent „expresse„ ut quotiescunq Definitorium celebrat ette. si vacans fuerit aliquot officium Definitoris, ante omnia eligatur Definitor — Idemq fiat casu, quo in ipsa actuali celebratione tale officium per mortem, renuntiationem aut aliam justā causam vacaverit, hac ratione ductum præsens Definitorium accessit hora 4ta pomeridiana ad electionem Definitoris 4ti loco deficientis Pris Marcellini a S. Martino, ex causa ipsius gravis infirmitatis in hoc Definitorio non comparentis proposuitque ex proxime eligibilibus duos nimirum primū.

P. Aloysium a Conceptione Beatæ V. Mariæ et.

P. Leonem a Sancto Nicolao Exministrum

in Ordine quo ad electionem unius ex illis pro supplendo Definitoris Officio — Insuper hac Sessione Revisa fuit Chartaquenta Collegii Orsanensis, in qua Ven: Definitorium adinvenit, omnia adscripta esse juxta Stylum Religionis — Deniq lecta ē Chartaquenta Residentiæ Babinovicensis, in qua V. Definitorium Defectus nonnullos corrigendos, uti Primo quod Summa 500 Rublonum, data pro Sacris explicandis tanquam stipendium manuale, inter Summas Obligatorias apposita est, cum pro hac Sacra iam applicata existant. Secundo quod in Chartaquenta et descriptione hujus Summæ nulla fit mentio, cujus monetæ sint isti Rublones num Æreæ num Argenteæ Monetæ. Tertio n videt V. Definitorio esse certum ac convictivum, ut Residentia Babinovicensis expendere possit in Posta Epistolar Rubl. triginta, quare in Subsequenti Definitorio expectat hūr omnium enucliationē.

Sessio IV.

Hujus Sessionis tempore de Mane institutæ, Discussæ ac Revisæ sunt a Nostro Definitorio, triennales rationes Conventus Molodecensis, simul cum Inventario ac Testimonio Cujuslibet Religiosi illuc manentis ex receptione necessariorum, in his Ven: Definitorium omnia accurate adscripta ac exarata, sedulitatem insuper Patris Ministri commonstrantia agnovit —

Sessio V.

Hæc Sessio pomeridiana, initiū suū duxit a lectione et discussione Computus triennalis Residentiæ Camenecensis, tum Conventus Nostri Brahiloviensis simul cum suis Inventariis — Tandem elapsis 24.

Horis

Horis V Definitorium accessit ad Electionem Definitoris Provinciae Illi in quâ ad hoc officium, ex prodictis Eligibilibus imposuit Patres Aloysium a Conceptu Villanis et Patrem Leonem a S. Nicolao, ex quibus electus est in Definitorem provinciae quartum Pater Aloysius a Conceptione B. Virginis Mariae. et in hoc Sessio finita

Sessio VI.

Praesente Sessio instituta hora 9 matutina Die 26 currentis Mensis et Anni; totum tempus insumpsit, in lectione et revisione Chartaquentarum, tum Residentiae Bysedovicensis, quum Residentiae Vilepescensis, in quibus omnia legibus nostris consona Vener. Definitorium advertit — Desiderantur tantum ambarum harum Residentiarum Inventaria

Sessio VII.

Ad Sessionem hanc instituendam congregati Patres Definitores cum suo Praeside, legerunt Computus biennales Conventus Berestecensis, cum Inventario Conventus et Praediorum, — Tum Residentiae Crivicensis, etiam cum suo Inventario, in hoc secundo Computu biennali advertit V Definitorium, generica puritate ejus Expensas biennales, sine ulla specificatione, in quo et qualis facta fuerat. Recomendat igitur ut in posterum tales Chartaquentae non transmittantur. Tandem lectus fuit Computus biennalis Conventus Theopolicensis, in quo V Definitorium accurate ejus adscripta adinvenit

Sessio VIII.

In hac Sessione revisus est Status biennalis Collegii Antecessorii cum Inventario, omnium rerum tum in Ecclesia quum in Collegio et officinis ejus reponibilium, earumq augmente, in hoc statu biennali animadvertit V Definitorium, et plenam omnium reponibilium descriptionem, et nulla in contra contracta debita, quinimo satis notabilem in Remanenti pecunia relicta Summam, qua sedulitatem in Regendo P. Ministri cum debita gratitudine V Definitorium suscipit, memoriae suae illi apprimitens

Sessio IX.

Praesenti Sessione lectum fuit Rationarium P. Benedicti Praesidis Januariensis simul cum Perceptis et Expensis biennalibus ejusdem Residentiae Januariensis — Tandem lecta fuit Epistola P. Antonii a S. Laurentio Ludovici scripta Romae ad R.P. Provincialem, annuntians sua in Seraphos discessum, tum Provisionem sibi factam, ut praeparato pecunia et aliis necessariis pro itinere peragendo, tutiora Polonia, quam Claustra, ac demum

ab Illmo Gubernatore Mohylowiensi — Simulq regal ac ob
relatur Vr Provincialem, ut propter suum discessum, pvel
motem solitagia in Religione consveta non amittat — Demq
Lectum fuit Mandatum Suae Imperatoriae Majestatis ex Con-
sistorio Vilnensi ad Vr Provincialem transmissum sub N 2474
anno Currenti 1020 praecipiens Provincialibus, ut ad suos respe-
tive Superiores locales et Consultorio Consilium faciant, quoan
modo succumi possit Conventibus minus habentibus ac indigen
tibus ad quod iam per Vr Provincialem Resolutio data Collegio
Romano Catholico et Seminario Vitepscensi iam dati sunt sub
cerae monetae 100 et post si necessitas exegerit suppeditabunt.
ac Demq Lectum fuit et aliud Mandatum Suae Imperatoriae Ma
jestatis ex Consistorio Vilnensi sub N 1167 anni Currentis 1020 die
10 Martii ad Vr Provincialem emanatum, praecipiens Vr Patri
Provinciali, ut ob desidenia non tanti Illmi Episcoporum, sed
etiam et Archidiaconum Decanorum, in Defectu Parochor aut Vicario
Religiosos idoneos subrogare non dedigneq.

Sessio X.

Hoc hanc Sessionem advenient Nec Electus Definitor Alius Pro
vinciae Pr. Ulricus et Aloysius a Conceptione BVM, huicq Sessioni
presens memoratis justa Constitutionum Nostrarum ordinarias Ju
ramentum fidelitatis et Secreti praestitit ac suo Officio fungi capit
igit ni Completo numero Definitorii et praeside Definitorii, Tali
fuit Sessione hac Inventarium Conventus Theophilopolitanis
ac Sessio in Crastinum soluta

Sessio XI.

Hac Sessione praecelus fuit Cathalogus personarum per Secreta
rium Definitorii, in Ordine ad Componendum Cathalogum justa Sta
tum requisitam, merita sive graduationem et Antiquitatis, ex quo a V.
Definitorio confectus Cathalogus personarum remote Eligibilium
ut sequitur

Pr Joannes a S Adriano in Provincialem et Ministrum
Pr Fortunatus a S Roma in Provincialem et Ministrum
Pr Aloysius a Con BVMaria in Provincialem Definitorem et Ministrum
Pr Antonius a Matre DVM in Definitorem et Ministrum
Pr Guillelmus a S Ignatio in Ministrum
Pr Felicianus a S Francisco
Pr Marcellinus a S Martino in Provincialem et Ministrum
Pr Leo a Matre BVM in Provincialem Definitorem et Ministrum
Pr Raymundus a Regibus in Ministrum
Pr Camillus a S. Felice in Definitorem et Ministrum.

Pr Damascenus ab OO Sanctis in Ministrum
P. Emilianus a S. Michaele in Definitorem et Ministrum.
Pr Florentius a S. Petro in Ministrum.
Pr Gaspar a Jesu Maria in Ministrum.
Pr Benedictus a S. Josepho in Ministrum
Pr Norbertus a S. Leone
Pr Leo a S. Nicolao in Definitorem et Ministrum
Pr Leonardus a Concepti. B. V. Mariae
Pr Lucius a S. Joanne Baptista in Ministrum
Pr Casimirus a S. Catharina in Provincialem et Ministrum
Pr Vilhelmus a S. Antonio in Definitorem et Ministrum
Pr Hilarius a S. Anna
Pr Ladislaus a S. Ignatio
Pr Ambrosius a S. Nicolao
P. Clemens a S. Vincentio
Pr Isidorus a S. P. Joanne
Pr Leopoldus a S. Joachimo in Ministrum
Pr Antonius a S. Francisco in Ministrum
Pr Franciscus a S. Calasantio
Pr Joannes a S. Modesto in Ministrum
Pr Vincentius a Sanctis Aplis in Ministrum
Pr Gaspar a S. Joe Cantio in Ministrum
Pr Clemens a S. Joe Evangelista
Pr Salesius a S. Jacobo in Ministrum
Pr Victor a S. Ignatio in Definitorem et Ministrum
Pr Venceslaus a S. Casimiro
Pr Romanus a S. Matthaeo in Ministrum
Pr Josephus a S. Nepomuceno in Ministrum
Pr Valerianus a S. Antonio
Pr Valentinus a Regibus
Pr Joachimus a S. Casimiro in Ministrum
Pr Onuphrius a S. Erasmo in Ministrum
Pr Melchior a S. Mathia in Ministrum
Pr Innocentius a S. Severino
Pr Felix a Nomine Jesu
Pr Stanislaus a S. Xaverio in Ministrum
Pr Rafael a S. Antonio
Pr Ladislaus a S. Ignatio

Pr. Cantius a S. Thoma
Pr. David à S. Victore in Ministrum
Pr. Benedictus a S. Josepho
Pr. Stephanus a S. Patre Joanne.

Sessio XII ac Ultima

Cum in Hac Sessione ultima instituta Die Ultima Mensis Junii Anni Currentis 1820 nihil ad agendum superfuerat V.D., nisi confirmatio eorum omnium quae in hoc Definitorio Acta sunt per lectionem eorum omnium, ideo Secretarius Definitorii lectis omnibus Actis a principio usque ad finem hunc Librum ad subscribendum porrexit Die Ultima Mensis Junii 1820 Anno et in hoc Definitorium Gerens finit.

Fr. Antonius à Nativitate B.V. Mariae
Minister Provincialis mp

Fr. Fortunatus, à S. Thoma Def. Primus

Fr. Casimirus ad Catharinam Definitor Provinciae et Ven: Definitorii Secretarius

Benedicta sit SSSa Trinitas.

Acta Deffinitorii Provincialis sub Praesidentia N. P. Marcellini à Sto Martino Ministri Provincialis in hac Nostra Residentia Szumbarensi die 10. Mensis Decembris et sequentibus 1821. Anni. —

Convocati ad praesens Diffinitorium à N. Pe Ministro Provinciali pro expediendis quibusdam Provinciae negotiis; nimirum P. Antonius à Nativitte BVMae Diffinitor. 1s. Pr Aloysius à Conceptione BVMae Diffinitor. 2s. — et Pater Leo à Nativitte BVMae Diffinitor 3s. /: Quartus nempe Diffinitor P. Leo à Sto Nicolao ob loci distantiam et multiplicia viae incommoda huic Actui interesse non poterat. :/ Convenimus omnes ad Domicilium Nostrum Szumbarense, utpote ad locum pro celebrando Diffinitorio destinatum. — Atque ibidem constituti statim die 10. Mensis Decembris post sonitum campanae ad cellam N. P. Provincialis descendimus et inchoata fuit. —

Sessio Prima

In hac Sessione horis matutinis habita congregatis supra specificatis omnibus, invocata à Pre luminum ope et benedictione, N. P. Provincialis qua Diffinitorii Praeses praesentibus PP. Diffinitoribus salutatoria officia et tenerrimae benevolentiae vota contestatus est, simulq rationem, ved dudit, qua de causa P. Gasparem à Jesu Maria ab officio Ministerii Trinitopoliensis amovit, quia nempe ex Scrutiniis Communitatis et ex stricta famulorum et subditorum indagatione, necnon ex communibus omnium querelis patuit, quod idem P. Gaspar in administratione Spiritualis et temporalis boni, in regimine Caenobii et praedii, contempta Divinarum et humanarum legum authoritte vilipensis sanctis aliorum consiliis, non jam disciplinae regularis et Patrimonii Xti incrementum promovere, sed potius malesuada philantiae et pertinaciae opinione ductus in detrimentum eorundem vergere palam convictus est. — Et his in medium productis ac discussis, Sessio soluta est. —

Sessio Secunda

Eadem Mensis Decembris 10. die horis pomeridianis habita est. — In hac Sessione N. P. Provincialis V. Diffinitorio proposuit, quod quandoquidem urgentissimae causae in matutina hujus diei Sessione expositae amotionem P. Gasparis à Jesu Maria ab Officio Ministerii Trinitopoliensis omnino exigebant, quibus N. P. Provincialis compulsus tempore Visitationis ejusdem Domus ad effectum eandem deducere, et, ne Caenobium necessario regimine viduaretur, de alio eidem Moderatore instantanee

instantanée providere debuit, prout et reipsa P. Leonardi à Conceptione B.V.ae Mariae ibidem suffecit et in actualem Praesidem Patentalibus Litteris instituit. — Hic proinde et nunc quaerit à V. Diffinitorio, utrum hanc utramq omni ex parte necessariam mutationem ratam habere ac definitive approbare velit? — V. Diffinitorium perpensis maturo consilio causis Constitutionum. C. 40. §. 3. N. 17. et C. 41. §. 1. N.o 1. ac §. 3. N.o 2. allegatis, tam amotionem P. Gasparis, quam Institutionem P. Leonardi, utpote legibus conformes ac omni ex parte necessarias definitive approbat ac ratas fixasq esse pronuntiat. — Et quia N. P. Provincialis fraternae charitatis viam secutus, atque honori et bonae P. Gasparis opinioni prospiciens eidem intimaverat, ut solitam in hujusmodi circumstantiis Resignationem in manus ejusdem deponeret, aut porro V. Diffinitorio transmitteret, licet P. Gaspar eandem huc usq nequaquam transmisit. — resciens tamen V. Diffinitorium, quia P. Gaspar legitimae huic mutationi humiliter se subjecit, ac praeterea ad munducendam in spiritu et instruendam in Praelectionibus Theologiae Moralis et Sacrorum Ordinum Juventutem Scholasticam in Molodecensi Collegio pro capessendis litterarum studiis collocatum sponte se obtulit, — V.e Diffinitorium laudabilem hujusmodi erga commune Religionis bonum voluntatem aequi boniq consulendo, ac grata mentis testificatione prosequendo, omnimodam quidem propensionis vicem rependit, ac mutuum fraternae charitatis affectum pollicetur, authoritate tamen Canone legum sibi impertita hortatur et stimulat, ut bonae in Spiritu Religionis et litterarum palaestra Juventutis Scholasticae educationi invigilando, sanctissimam D. Pauli sententiam sibi perfamiliarem reddere, sibiq à S.ta Matre Religione perpetuo inculcari sentiat. — Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? —

His porro maturè ponderatis. — N. P. Provincialis proposuit 1.o Quia in Visitatione Domicilii Janoviensis P. Superiori mandavit, ut Summam ducentorum Hungaricalium post fata P. p. m. Thaddaei à S.to Joachimo 1813. def.i relictam, ac per P. p. m. Caelestinum Provincialem eidem Domui improprie investitam ex proventibus localibus expungat, quaevis namque in peculio supellex post mortem Praelatorum Provinciae residua in rem et emolumentum Provinciae cedere debet. — P.i vero Victori Antecollensis

Collegii

Collegii Ministro injunxit, ut capto tempore Funeralium pergere, et apud P. M.D. Joannem Podkowski in Oppeln agere studeat, quatenus aut novum Chyrographum pro re et interesse Provinciae extradat, aut easdem Summam in alios bonis elocandum restituat.— 2do Rdmus p. m. P. Fortunatus à S.to Thoma Karpiński Ex Definitor et actualis Provinciae Redemptor d. 1. Xbris, anno currenti Lucernae defunctus in sua manuali Resignatione pecuniam in auro residuum dispositioni P. Provincialis reliquit, in argento autem manibus Superiorii consignavit, ultroby vero ultra praescripta à Legibus, charitativa pro anima Sua Suffragia proposuit.— R. P. Provincialis pia ejusdem Pii intentioni satisfacturus, Dom.s Ministrum Lucer.s obstrinxit, ut pro residuo ac sibi consignato in argentea moneta pecunia instantiae pro anima P.is Fortunati Suffragia persolvantur.— Quod autem concernit aureum monetam in quantitate trecentorum Hungaricalium relictam ac dispositioni R. P. Provincialis vigore resignationis committam, R. P. Provincialis eandem Summam ad manus P. Ministri Antecessoris allegavit cum voto et obligatione, ut eandem in debitis ac minime oneratis bonis in Hermsdorf Epiphaniae pro Anima ejus per 6. à 100. elocare, ac pro posse efficere ac inclare satagat, ut perdenda in usumfructum Provinciae provinciis semper pro semper desuper persolvatur.— Quia vero hae pecuniae quantitas multis procerto defuncto p. m. P. Fortunato laborum et obsequiorum variis Dynastis praestitorum impensis stetit, et ipsa ejus in conservatione solicitudo manifestum teneritudinis ejus erga S.m Religionem propensionis est argumentum, providit ut et fraterna charitatis, et justitiae commutativae legibus, et pia ejus intentioni satisfiat.— V. Diffinitorium statuit ac decrevit, quatenus in unoquoque Provinciae Collegio, Conventu et Domicilio seu Residentia a recitata a perpetuis et stipendialibus obligationibus debitis sacrorum singulis mensibus celebrata sacra pro Anima P. Fortunati à S.to Thoma assignentur simulq. certiores reddit Domos Superiores, quod hae fraternae charitatis officia supervacanea non erunt, quam primum enim R. P. Provincialis provisionem ab hac Summa lucrabitur, illico tempore Visitationis facto justo computu congrua pro absolutis Sacrificiis stipendia distribuet.— Quantitas vero celebrandorum pro anima P. Fortunati Sacrificiorum posteriori tempore determinabitur, postquam accepisse asseveraverit aut recipietur Summa 3000 flor. Pol. per eundem P. Fortunatum apud suum germanum Fratrem P. Theol. Franciscum Karpiński locata, pro qua vindicanda jam nunc per Literas R. P. Provincialis per V. Praesidem Borussiae agere coepit.—

Sessio Tertia

Sessio Tertia.

Die 12. Xbris horis matutinis habita. — In hac Sessione V. Diffinitorium accessit ad ea discutienda, quae in Sessione die 10. pomeridiana proposita fuerunt. — Ac primo in praefata Sessione lectum fuerat petitum Fris Stanislai à Sto Josepho Kudrzyński Laici Donati, ad cujus singula puncta V. Diffinitorium distincte respondet. — 1o Permittit eidem Fri Stanislao ut Conventus Noster Berestecensis Summam 4000. flor. Poll. ab eo oblatam in Librum Decretorum Communitatis inserat, et pro annuo censu super certis aliquibus ac oneve debitorum minime gravatis bonis elocare satagat. — 2o Permittit quoque ac disponit, ut tertia pars pendendae ab hac Suma Provisionis per Superiorem Conventus Berestecensis quotannis ad manus Fris Stanislai pro quibusdam ejus necessariis tradatur. — Quod vero attinet Sacrificia Missae, appromittit V. Diffinitorium, quod post sera Fris Stanislai fata, Sacra juxta stylum Curiae Romanae pro anima ejusdem applicabuntur et persolventur. — 3o Si contingat, quod Fr. Stanislaus aut per N. P. Provincialem ad alium Conventum pro mansione sive pro expediendo aliquo negotio transferatur, aut ipsemet mutationem sui ex Conventu Berestecensi poposcerit, N. P. Provincialis curabit, ut tertia pars Provisionis ad manus ejusdem quotannis ubiq consignetur et fideliter reddatur, Summa verò cum reliqua annuali Provisione semper penes Claustrum Berestecense remanebit. — 4o Equidem quò ad humilia in Conventu Servitia Fr. Stanislaus nullibi et minime compelletur, ad ea tamen et unicè applicabitur obsequia, ad quae sipsum sponte in suo petito offert, nempe ad Processus judiciales, ad Condescensiones, ad dimensiones agrorum, et ad his similia negotia, quae litigia judicialia et causidica exigere suadebunt. 5o Injungit V. Diffinitorium P. Ministro Berestecensi, ut congregato Communitatis actu, Authenticum Reversale Fri Stanislao extradat, atque propriae et Consiliariorum manus subscriptione roboret, cum hac tamen cautione, ut praefatum Reversale Fr. Stanislaus apud sipsum retineat, et nemini unquam extradat, quousq in Religione perseverabit. — Satisfaciendo denique piis Fris Stanislai votis et desideriis, V. Diffinitorium statuit et decernit, quod etiamsi Professionem non emiserit, si tamen in sua vocatione perseveraverit, Religio exemplarem conversationem et sincera obsequia gratae mentis testificatione prosequendo, post sera ejus

fata

fata consueta suffragia per totam Provinciam extendet et peragatur. —

In hac eadem Sessione discussa fuit petitio D.ni Wilhelmi à Bto Antonio Ministri Berethensis, in qua rogat, ut ab officio suo liber evadere possit. — Vr. Definitorium habendo pro oculis rectam et morigeram spiritualis et temporalis boni administrationem, perpendendo graves et instantaneos labores, quos pradictus Dnus Minister in restauratione Ecclesiæ, Claustri, ædificiorumque et his similium ætatis lapsum igne consumptorum exantlavit, atq' pro his omnibus Misericordissimæ Dei Providentiæ documentis per indefessam ejus solicitudinem ad effectum felicissimè deductis, gratissimum affectum repræsentando, hortatur eundem ac obtestatur, ne in hac laudabili solicitudine deficiendo, merita sibi coram justissimo piorum laborum Remuneratore et coram obstricta jam sibi Religione minuere aucleat, imò potius, benignissimæ Ejus Providentiæ confisus, ut qui cepit, igne perficiat, per successivum Patrimonii Christi exactam administrationem eadem merita sibi augere et consolidare prosequatur. — Ideoq' pro re tam Resignationem non admittit, ne verò in gradienti ac operoso cum moderamine importunas querelas experiatur et molestanda impedimenta patiatur. — S. P. Provincialis omnimodum spondet adhibere operam, ut per faciendam brevi mutationem insuetis occurratur impertinentiis, atq' optata pax, debitus ordo, et legitima subordinatio introducatur.

In hac quoque Sessione statutum est, ut Decreta in pergamenis Capitulis ac Definitoriis sancita, in abiguis locis domiciliis neglecta, renovetur et practicetur — Nempe post Meditationem Matutinam et Horas canonicas Antiphona „Te Deum Patrem ingenitum ... cum VV. Benedicamus Patrem .. et sex Orationibus; 1.a De SS.a Trinitate 2.a de B.a Concede 3.a de SS. PP. NN. 4. de B. P. N. Protectore Joane à Conceptr. 5. Ne despicias 6. Da nobis Domine perseverantem in hac voluntate famulatum. — Item Ant.a Nobis solicitis esse ... cum VV. Ora pro nobis S.ta Fidelis, et Oratione ex festo ejusdem S. Protectoris Nostri Ad Vesperas autem Ant.a Quærite primum .. cū versu et Oratione ejusdem S.ti Cajetani. — Præterea ut in omnibus Provinciæ Domibus quavis hebdomada die et hora à Superiore designandis recitetur Litaniæ de Nomine Jesu cum Orationibus in libellis devotionum reperibilibus. —

Sessio Quarta

Sessio Quarta.

Die 13. Decembris horis matutinis habita. — In hac N. P. Provincialis V^i Diffinitorio patefecit et manifestavit, qualia circa mentalem et vocalem Orationem, sublata arbitraria anticipandi Matutini dispensatione, quae perperam et illegaliter introducta, utpote menti et Canoni S^ae Regulae contraria, et praescriptam à Constitutionibus praxim invertens nec suffragari potest, nec manuteneri debet; circa spiritualis libri quotidianam lectionem, circa indispensabilem quotannis Exercitiorum Spiritualium praxim, circa litterarium cursum in Collegiis manutenendum Regulamina indixit et determinavit: haec omnia in medium producta Ve Diffinitorium rata habet et confirmat ac strictè executioni emandat. — Sancivit praeterea ut Artium Liberalium Professores in Domibus Probationis ac recenter Professorum juventutis Scholasticae educationi laborem et operam impendentes iisdem exemptionibus et privilegiis gaudeant, ac S^ae Ihliae Lectores ex stylo et praescripto legum gaudere solent. — Circa interstitia verò graduationis, quae tam publicae quàm Regularis educationis Professoribus competit, Ve Diffinitorium nihil quidquam hic et nunc definitivè statuit, sed momentosum hoc negotium ad plenum futurum Deo dante Provinciale Capitulum remittit. —

Innotuit V^i Diffinitorio, quod nonnulli è Concionatoribus nullo prorsus honestae ambitionis sensu tanguntur, atq; Conciones suas utut conscriptas ex charta legere consuescunt, contra omnem antiquitatis praxim, imò contra ipsammet S. J. M. dispositionem, cujus vigore Praedicatores Universitatis è memoria Conciones perorare tenentur, nostri vero non jam Praedicatorum, sed lectorum officium in Sacris exedris exercent; — interea verò pretiosissimum tempus: — "Quod juxta SS. Patrum et Ascetarum sensum, tantùm valet, quantum aeternitas, imo, quantum ipsemet Deus:" — in nugis, tricis, confabulationibus, vaniloquiis, commessationibus, et his similibus quolibet honesto homine, et multo magis religioso viro indignis quisquiliis et conversationibus nedum frustra et inaniter, sed etiam perperam et immeritoriè prodigunt, immemores illorum decretoriorum D. N. J. C. oraculorum: "De omni verbo otioso reddent rationem homines in

die

formam in Cæremoniali Ordinis præscriptam, Spiritualia Exercitia peragat. —

In hac eadem Sessione V.e Diffinitorium, cum magna cordis amaritudine resciens, quod aliqui Novitiorum Magistri et Vice Magistri, non expectata Candidatorum professione, ac interdum post eandem jam emissam, apportatam eorum supellectilem pro suo nutu et arbitratu sibi appropriant distrahunt vendunt ac revendunt, interea verò per hanc arbitriam direptionem nihil quidquam remanere solet, quo minoribus eorum necessitatibus subveniri et provideri possit, cum tamen antiquitus moris erat, quod ex divenditione residuæ post Novitios ad professionem admissos suppellectilis minora scholæ necessaria, uti theca, atramentarium, cultellus, regula (: vulgo linia :) forfices, ~~[illegible]~~ ellychnia et his similia comparabantur, ac eisdem ad studia pergentibus suppeditabantur, si quod porro ultra prædicta necessaria peculium remanebat, illud pro ornatu Oratorii, vel verò pro comparandis ad Bibliothecam Novitiatus libris cum scitu Superiorum expendebatur. — Innovando proinde laudabilem antiquitatis morem et vituperandis abusibus obviando, V.e Deffinitorium statuit ac decernit, ne PP. Novitiatuum Magistri et Vice Magistri attingere, multo magis verò distrahere vel sui juris facere audeant quamcunque et cujusvis generis suppellectilem à Novitiis ad Domum Probationis advenientibus apportatam, sed eam in securo loco repositam ac fideliter, in binis exemplaribus, quorum unum apud Superiorem localem, alterum apud Magistrum remanere debet, conscriptam cautè custodiant ac in integro conservent, donec hic ille Novitius ad professionem admitti dignus judicabitur; — emissa verò professione, inito cum Superiore et Consiliariis Domus consilio (: non vero proprio arbitratu et videre :) residua suppellex per plus offerentium divendatur, ac, juxta indigitatam superius praxim suppeditatis unicuique professo scholæ necessariis, reliqua peculii quantitas pro decore Oratorii et incremento Bibliothecæ Novitiatus vel his similibus justis et honestis emergentiis convertatur. —

In hac

In hac eadem Sessione decisum est, ut lapis adamantinus hucusq in Archivio Luccoriensi reperibilis pro majori securitate in Archivio Provinciae reponat et conservetur.—

Quod attinet querelas tam à R. P. Antonio à Nativitte B. V. Mariae Provinciae Diffinitore, quam à Conventu Theophipolensi et Domicilio Szumbarensi contra P. Gasparem a Nomine Jesu justissime formatas et productas, Vae Diffinitorium maturo quidem consilio easdem discussit, ac P. Gasparem in omni respectu responsibilem agnovit, ponderatis tamen quibusdam sibi perquam notis ac alto interdum silentio obvolutis rationibus, totum hocce negotium ad futurum Deo dante 1822o Anno celebrandum Diffinitorium discutiendum remittit, interea verò N. P. Provinciali praecommittit ut eundem P. Gasparem urgeat et hortetur, quatenus integritati conscientiae et famae suae prospiciendo, justam claram ac minimè sophisticam ad porrecta sibi Interrogatoria explicationem conscribere et ad manus ejus tempestivè transmittere curet.—

Sessio Ultima

Hac Sessio die 14. mensis Decembris, a. c. ad solitum campanae pulsum horis pomeridianis instituta fuit, in qua quandoquidem nihil jam ultra ad agendum superesset, hinc ultimam operi apponendo manum, ut Actus canonice inchoatus et continuatus Canonicam quoque sumeret conclusionem, Secretarius Diffinitorii pro more et acceptata praxi consurgens omnia ejusdem sancita omnesq Ordinationes, à capite usque ad calcem de verbo ad verbum legit.— Qua lectione finita Actus conclusus et Canonica manuum subscriptione confirmatus extitit.— Die 14. Mensis Decembris Millesimo Octingentesimo Vigesimo Primo Anno.—

Fr Marcellinus à S.to Martino Mus Polis cupp

F. Antonius à Nativitate B. V. Mariae Diffinitor Provinciae

Fr Leo a Natt BVM Diff Pres et Secretarius.

Decretum

Invalide Emissae Professionis Brahiloviae 1820 Anno Per Paulum Rozański

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo Primo Die Trigesima Aprilis Ego Antonius à Nativitate B.ae Virginis Mariae Szewernowski Locum tenens Provincialis Ord: SS.ae Trinitt Provinciae S.i Joachimi Una cum gravioribus Patribus Fortunato à S.o Thoma Karpinski, et Alloysio a Conceptione B. V. M.ae Jilk Definitoribus, ac Patre Wilhelmo à S.o Antonio Ministro Berestecensi simul ad hunc Actum Secretariam Discussis in Ordine Professionis Religiosae emissae a Paulo Rozanski, Nostro in Novicita Brahiloviensi Causis, Praedicti Pauli Rozański Nullitas professionis, omni qua par erat, Diligentia, circumspectione ac legalitate deducta fuit. Nos itaq tum bono Communi Religionis ex Officio prospicientes, quum ut Regula Ordinis Nostri à Sede Apostolica, et Constitutiones specialiter Nobis a p. m Clemente XII confirmatae ex animo observentur cupientes, nec non executioni Supremi Regiminis Mandatorum, circa Personas Ordinem Religiosum ingredi adspirantes, solicitè invigilantes, Praesentibus Declaramus specialiter innixi Nostri Ordinis Constitutionibus Cap. XLII §§ 1 et Sequen. de Personis non admitendis ad Nostrum Ordinem, quae secundum tenorem earundem recipi, et eo magis ad professionem Religiosam admitti non possint, nec non Decreto Reformationis felicis recordationis Clementis VIII super forma recipiendi Novitios Regularium ad Habitum et Professionem, ut ante Professionem fiat Diligens perquisitio, de genere, Vita, et Moribus profitendorum, juxta formam Constitutionis Felicis Recordationis Sixti V. Cum nec Informatio praescripta sub Valore emittendi valide Solemnia vota facta fuerit, professionem Praedicti Pauli Rozanski in Nostro Ordine nulliter factam esse, illumq eo ipso, nullo jure, et privilegiis Nostro Ordini concessis et confirmatis gaudere. Praeterea Iisdem Notum facimus Omnibus Provinciae Nostrae Superioribus, et quibusvis Ejusdem Ordinis Religiosis, jurisdictioni

ctioni Nostræ subjacentibus, ut Dictum Paulum Rozański pro nulliter ab hinc professum habeant. Quorum in Fidem, Anno, Die, et Mense ut supra, præsentes manu Nostra, ac Secretarij subscripsi in Conventu Nostro Berestecensi.

Fr Antonius à Nativitate B V Mariæ Szewernowski

S T Doctor Locum tenens Provincialis mpp

Fr Wilhelmus à S.o Antonio Minister Berestecensis et Secretarius mpp

nr 160

Benedicta sit SSS. Trinitas.

Acta V. Definitorii Prulis sub praesidentia P. Marcellini à S.o Martino Mur. Prlis in Collegio Luceoriensi Die 20. Maii et seqq. 1822. anno inchoati et expediti.

Convocati ad praesens Definitorium à P.e Muro Pruli pro expediendis gravissimis Provinciae negotiis, nimirum P. Antonius à Nativitate BVMariae Definitor 1.s P.r Aloysius à Conceptione BVMariae Definitor 2.s P.r Leo à Nativitate BVMariae Definitor 3.s et P.r Leo à S. Nicolao Definitor 4.s convenimus omnes ad Collegium nostrum Luceoriense, utpote ad locum pro celebrando Definitorio destinatum. Atque ibidem constituti statim postridie, die nempe 20. Maji post solitum campanae pulsum ad aulam descendimus, et inchoata fuit

Sessio prima.

In hac Sessione horis matutinis habita, congregatis omnibus supra specificatis Patribus, invocata à Patre luminum ope et benedictione, P. Mur Prulis, quà Definitorii Praeses, praesentes Patres Definitores brevi alloquio consalutavit, simulque rationem reddidit, ob quam gravia et urgentissima negotia praesens Definitorium convocavit, quae in subsequis Sessionibus discutienda patebunt. Et quia P.r Leo à S.o Nicolao Definitor Prov. 4.s ob intemperiem aëris ac nimiam loci distantiam, anteacto Postcapitulari Definitorio ad finem elapsi anni expedito interfuisse non poterat, mox proinde conforme Legibus praestitit juramentum. Quia porro idem P.r Leo à S.o Nicolao Definitor unanimi consensu in Secretarium Definitorii electus est, alterum proinde Canone Legum praescriptum pro hoc officio juramentum emisit. His formalitatibus expeditis, Sessio soluta est.

Sessio Secunda.

Haec Sessio hora 3. pomeridiana Die 23 Maji initium sumpsit. In hac lectum et discussum fuit Decretum Definitorii Provincialis 1821. Anno Die 30. Aprilis celebrati, circa invaliditatem Professionis per Paulum Rozanski 1820. Anno emisse. Quod Decretum utpote legaliter factum praesens Definitorium authoritate sua quoadomnia puncta

ratificat confirmat, et in suo robore permanere definit, ac eumdem Paulum Boxatski nulliter professum iterum iterumque declarat.

In eadem Sessione accessit Definitorium ad discutienda petita a Superioribus localibus sibi transmissa, circa injurias, quas patiuntur per retentionem provisionum et per exactiones seu potioritates gravaminosas et magnam dammificationem adferentes, unde Collegia et Conventus non sunt in statu solvendi accurate tributa.

Sessio Tertia

Hora Nona matutina Die 24. Maji expedita. In hac Sessione discussum fuit negotium circa Summam 3,000 flor. Polonicalium post fata Pie Mem. Patris Fortunati a S.te Thoma residuam, atque per Patrem Provincialem in Definitorio omni elapsi 1821. mense Decembri notificatam. Cujus nempe Summa apud germanum ejus Fratrem Pie. M. D. Franciscum Karpinski haerentis evindicationem P. Provincialis, Patri moderno Rosidi Brestensi legaliter commisit. P. Praesidens Plenipotentialibus a P. Provinciali sibi transmissis literis provisus perrexit ad praedictum P. M. D. Franciscum Karpinski in Bonis suis Chorowszczyzna dictis in Districtu Wolkowyscensi sitis manentem, mense Januario Anni currentis, praesentavit eidem literas Plenipotentiales et beneplacitum Definitorii Generalis, simulq. insinuavit habere se quoq. Chyrographum manu sua roboratum, cujus vigore hae 3000. flor. Polon. Summa Pie. Me. Patri Fortunato fuit effecurata. Egit proinde P. Praesidens, ut P. M. D. Franciscus Karpinski aut praefatam Summam ad manus ejus consignare, aut pro novo Chyrographo pro re et interesse Provinciae in Bonis suis assecurare dignaretur, ut nempe justa fiat satisfactio piae voluntati Pie. Mis. Patris Fortunati,

qui in resignatione sua hanc Summam Pri Provinci-
ali committendo, instantanee ac summis votis exoravit,
ut per illius in Provincia distributionem quantotius
pro Anima ejus suffragia persolvant. Sed Pltus M.
D. Franciscus Karpinski hanc propositionem aegre tu-
lit, ac omnem prorsus hujus Summae restitutionem
denegavit, allegando quod ipse utpote germanus fra-
ter legitimus ejus est Frater ac Successor, imo et P.
Praesidi oretenus, et Pri Provinciali scriptotenus signi-
ficavit, quod Pr. piae memoriae Fortunatus hanc Sum-
mam ei dono obtulit, ac proinde et Chyrographus
ei restitui debet. Hanc ejus tergiversationem
postquam Pr. Praesidens Brestensis P. Provinciali in
scriptis notificavit, Pr. Provincialis Pltri M. Dno Fran-
cisco Karpinski per longum et latum rescripsit,
quod quandoquidem piae memoriae Pr. Fortunatus
fuit Religiosus, eo ipso Pltis M. D. Franciscus Kar-
pinski nullum successionis jus sibi appropriare po-
test, adeoq Provincia per strepitum Juris legale
suum debitum evindicare curabit.

In hac eadem Sessione lecta fuit notificatio Patris
Victoris Centelewicz Ministri Antecollensis, quod
Summa 6000. flr. Polin. post Fata Patris Fortunati
residua eiq per Pre Provincialem transmissa, apud
Illmu Praelatum Pustowski, et apud Pre M. D. Jose-
phum Grabowski pro Annuo censu per 7. a 100.
desuper pendendo est elocata: quam elocationem
V. Definitorium ratam fixamq habet, atq pro
sollicitudine Pri Ministri Antecollensis gratum
Provinciae animum pollicetur.

In hac eadem Sessione lecta fuerunt petita
Domorum Orsensis, Camenecensis, Brahilovien-
sis, et Babinovecensis, in quibus Superiores loca-
les suas deposuerunt querelas circa injurias per
retentionem Provisionum, per Potioritates Bonorum
et

et per contracta ab antiquo Missarum debita sibi illatas. V. Definitorium compatiendo miseriis et indgentiis suorum Fratrum resolvit, quod interposita sua solicitudine ad Romano Catholicum Collegium Supplicem Libellum porrigit.

Sessio Quarta

Eadem Die 24. Maji horis pomeridianis expedita. In hac Sessione lectum est petitum Pris Ministri Luceoriensis circa retentas provisiones per nonnullos debitores.

Sessio Quinta

In hac Sessione matutina Die 25. Maji habita, lecta sunt duo petita P. Gasparis Moraczewski multas querelas contra P.P. Marcellinum et Leonardum continentia, quorum resolutio ad subsequam Sessionem differtur.

Sessio Sexta

Die 26. Maji horis matutinis expedita. In hac Sessione V. Definitorium accessit ad discutienda pridie perlecta Pris Gasparis a Jesu Maria petita, quæ quandoquidem continebant in se querelas contra Patrem Provincialem, in sua vero causa nemo Judex esse potest, hinc Pater Provincialis relicta hanc causa decisioni V. Definitorii ex Aula exivit.

Absentato ab hac Sessione Patre Provinciali, Definitorium accessit ad legenda scrutinia tum Religiosorum, tum servorum sæcularium per P. Provincialem tempore Visitationis Trinitopoliensis facta, nec non commissionē per P. Clementem a Sto Vincentio in Prædio Krasnensi jussu Pris Provincialis expeditā, ex his lectis luculenter patuit Patrē Gasparum multorum esse reum: signanter minoris curæ observantiæ Regularis, parcissimæ subministrationis necessariorum in victu et vestitu

Religiosorum, infidelitatis Registrorum in inscriben
dis perceptis Conventus, defectum in moribus contra
castitatem, injuriationis servorum in solvendis sala
riis, maxime oppressionis nimiis laboribus tam in Con
ventu quam in Praedio subditorum Krasnensium et
pro hisce nullius solutionis et bonificationis. De
finitorium his omnibus mature perpensis suam
ferens sententiam pronuntiavit: quod Pris Gasparis
admissa et commissa sufficientissime diluant que
relas contra Pre Provincialem ad Definitorium
transmissas, et sat superque evincant, quod non ex
rancore et malo animo, sed juste et merito su
spensus sit ab officio Ministri Trinitopoliensis,
quam suspensionem V. Definitorium mense Decem
bri anni elapsi celebratum ratum fixumq declaravit,
cumque ad futuras quascumque locorum Superi
oritates in perpetuum inhabilem declarat. Quod
vero concernit querelas contra Pr Leonardum has
Definitorium pro nullis declaravit: siquidem ex
scrutiniis Visitationis Trinitopoliensis et perlecta
commissione per P. Clementem a Sto Vincentio
in Krasno expedita abunde patuit, quod non solum Pater
Leonardus et ceteri Religiosi, sed et servientes Con
ventui, et omnes subditi Krasnenses etiam jusjuran
dum interponere volentes fuerunt delatores Pris
Gasparis. His peractis soluta est Sessio matutina.

Sessio Septima

Eadem 26. Maji die horis pomeridianis expedita.
In hac Sessione lecta fuit renuntiatio Ministerii
Trinitopoliensis per Pre Gasparum a Jesu Maria
scripta absque data mensis et Anni in Martio
Anno currenti per P. Provincialem ex Posta rece
pta, quam V. Definitorium acceptavit.

Sessio Octava

Die 27. Maji hora matutina expedita. In hac facta
Spiritus Sancti invocatione, praemisso ab omnibus ju-

juramento circa electionem dignioris, præmisso quoque juramento pro Scrutatoribus scrutiniarum præscripto, præmissa electione Secretarii scrutiniorum ac deposito per eumdem pro fidelitate juramento; præmissa quoque electione pronuntiationis; præmissis inquam omnibus formalitatibus, Cap: 39. §. V. præscriptis accessit V. Definitorium ad electionem Ministri Trinitopoliensis ex propositis in hesterna pomeridiana Sessione duobus, Pre scilicet Leonardo a Concept: B. V. Mæ. et P. Æmiliano a Sto Michaele atque distributis schedulis, electus est per secreta Suffragia votis 5. Pater Leonardus a Concept: B. V. Mæ. cujus electionem NPr. Marcellinus Provincialis illico pronuntiavit forma eodem Cap. 39. §. VI. præscripta.

Quadoquidem Leges Ordinis, Cap 40. §. 4. No 15. præcipiunt, quatenus electis Canonice duobus Sociis ex Ministris noviter electis, Præterea eligantur alii duo, qui fuerint aliquando Ministri, quamvis in eo Capitulo in Ministros non sint electi: interea vero Pr Raymundus a SS. Regibus nec semel hucusque Ministri officium exercuit, ac præterea sicut in totius vitæ suæ decursu, ita hoc vel maxime biennio, non jam pium S. Ntræ Religionis filium ac disciplinæ Regularis amicum, sed potius sacrilegum localis sui Superioris invasorem, subdolum Patentalium sibi a Pre Provinciali transmissarum illusorem, male volum in Aula et in Claustro scandalisatorem, ac proinde inhabituatum omnis æqui honestiq inimicum et eversorem sese monstravit, prout ex adducendis inferius documentis patebit: proinde electionem ejus in immediato Capitulo in Socium ex secundis factum, utpote menti et Canoni Legum contrariam V. Definitorium tanquam illegalem ac per omnia invalidam declarat, eundemque Pe Raymundum hic et nunc Judicio suo subjacentem omni prorsus gradatione indignum definit. Conformiter vero ad stylum Legum exigentia futuri

Capi-

Capituli prospiciendo, pro eligendo secundo ex secun
dis Socio, duo Patres à Patre Definitorii Præside
sunt propositi: Per nempe Vilhelmus a Sto Anto
nio actualis Minister Berestecensis: et Pr. Ga
spar a Sa Joanne Cantio expreterius Minister Orsensis,
Quia verò porro post fata Patris piæ mriæ Fortunati
a Sto Thoma etiam Redemptoris Provinciæ offici
um vacat, proinde huic quoque necessarii Vocalis
exigentiæ obviando, itidem in hac Sessione duo Pa
tres sunt propositi: Pr. scilicet Franciscus a Sto Jo
sepho Calasanctio, et Pater Josephus a Sto Joanne
Nepomuceno in ordine electionis in Redemptorem
Provinciæ. — Et his expeditis, propter imminen
tem postridie SSSæ Trinitatis Solemnitatem
tam quoad confirmationem electi, quam ad electio
nem propositorum, Sessio ad 30. Maij soluta est.

Sessio Nona

Die 30. Maji horis matutinis expedita. In hac Sessi
one V. Definitorium accessit ad Confirmationem
Pris Leonardi a Concept. B. V. Mæ in Ministrum Tri
nitopoliensem die 27. hujus mensis electi, quæ con
firmatio 5. votis facta apparuit.
In hac Sessione distributis schedulis pro electione
Socii ex secundis secundi, ex propositis in sessione
pomeridiana Die 27. Maji expedita PP. Villelmo
a Sto Antonio Ministro Berestecensi et Gaspare a
Sto Joanne Cantio Exministro Orsensi, electus est
in Socium secundum ex secundis Pr. Villelmus
a Sto Antonio Minister Berestecensis 5. Votis,
cujus confirmatio ad futuram post 24. horas Ses
sionem dilata extitit.
In hac itidem Sessione, ex porrectis PP. Francisco a
Sto Josepho Calasanctio, et Josepho a Sto Joanne
Nepomuceno in ordine electionis in Redemptorem
omnium Electorum votis seu calculis 5. electus est
in Redemptorem Provinciæ Pr. Franciscus a Sto
Josepho Calasanctio cujus Confirmatio ad eandem

ut supra Sessionem dilata extitit. — His expeditis Accessit V. Definitorium ad discutiendum Processum contra Pr. Fre Marcum a Sto Joanne de Deo Demontowicz S. Or. N. Sacerdotem, per Pren Gasparem a Jesu Maria Commissarium Delegatum in Residentia Szumbarensi 1814 Anno 3. Februarii expeditum: necnon Indagationem per Pre Villelmum a Sto Antonio Ministrum Berestecensem elapso 1821. Anno die 23. Octobris contra eumdem Pre Marcum in Collegio Theophilopoliensi factam, Produttum porro Processum ex duodecim interrogatoriis, totidemq responsionibus seu testimoniis compositum, trium Religiosorum Testium. Patris nempe Benedicti a Sto Josepho Praesidentis, Pris Leonis à Nativitate B. V. Mae Provinciae Scriptoris, et Fris Martini à Sta Agnete Laici Donati. conventualium Residentiae Szumbarensis manibus subscriptum et juramento firmatum: Indagationem quoque Theophilpoli eductam, ac manibus Religiosorum Pris Vincentii a SStis Apostolis Ministri Pris Romani à Sto Matthaeo Praefecti Scholae publicae Conventualium, Collegii Theophilpoliensis, et Nobilis Joannis Pawłowski Commensalis Domus manibus subscriptam, V. Definitorium à capite usque ad calcem attente perlegit, discussionem vero ac decisionem hac in parte sententiam ad pomeridianas horas prorogavit. Et his omnibus expeditis sessio soluta est.

Sessio Decima

Die 30. Maij horis pomeridianis expedita. Tota haec Sessio consumpta est in seria et attenta lectione multiformium Definitoriorum, qualiter nempe antiqui Patres nostri serpentibus dissolutionis malis obviabant, qualesq poenas contra delinquentes extendebant. Et quia ex lecto in matutina sessione Processa, invenimus Pre Marcum a Sto Joanne de Deo tam in Szumbarensi ante Eto menses Residentia, quam recen

recenter anno nimirum elapso in Theophilpoliensi Collegio, in multis contra Praecepta Dei et Ecclesiae, contra Solemnia Religionis Vota, et contra omne fas et honestatem enormiter deliquisse, ne proinde dilata quidem hucusq, nec tamen oblivioni tradita crimina impunita maneant, deliberavimus qualibus remediis et culpas ejusdem corripere, et absq lesione conscientiae famae ac honori Religionis prospicere debeamus, propterea q sententiam nostram ad futuram Sessionem suspendimus.

In hac quoq Sessione lectum est petitum cujusdam seniculi Wirski circa suum hipocaustum in area Claustri ante aliquot annos extructam, et quia sexta iam hora appropinquabat, ideoq congruam hac inparte resolutionem ad futuram Sessionem distulimus.

Sessio Undecima

Die 31. Maij horis matutinis expedita. Huic Sessioni initium dedit invocatio Spiritus Sti cujus lumen et auxilium ad discutienda gravis momenti negotia humillimis votis exoravimus.

Quia porro in matutina pridie Sessione Canonica fuit facta electio secundi ex secundis ad futurum Capitulum Socii, et Redemptoris Provinciae, interea vero intra spatium 24. horarum nullum hac inparte intercesserat impedimentum, proinde V. Definitorium praeprimis ad legalem confirmationem electorum sese accinxit, ac distributis per Secretarium Definitorii Secretarium calculis Pater Villelmus a Sto Antonio Minister Berestecensis in secundum ex secundis Socium 5. Votis, Pr. vero Franciscus a Sto Josepho Calasanctio Scrae Theologiae Magister in Redemptorem Provinciae 5. Votis confirmati extitere.

In Sessione Nona cum debita animadversione legimus et discussimus Processum per Pre Gasparum a Jesu Maria Ministrum eotunc Theophilpoliensem Delegatum

per Prem piæ memoriæ Cælestinum a Sto Martino eo
tunc Ministrum Provincialem contra Pre Fratrem
Marcum a Sto Joanne de Deo Scri O. Nri Sacerdotem
1814. anno die 3. Februarii in Residentia Szumba
rensi formatum et expeditum. Cum simili quoque
mentis attentione legimus et discussimus Indaga
tionem per Pre Vilhelmum a Sto Antonio Ministrum
Berestecensem de Commissione Pris Antonii a Na
tivitte B. V. Me. Definitoris Provinciæ primi ac
Locumtenentis Nri Pris Ministri Provincialis in Conven
tu Theophilpoliensi contra eundem Pre Marcum ela
pso 1821. anno die 23. Octobris peractam. Utrobiq
porro patuit, quia præfatus Pter Marcus a Sto Joan
ne de Deo vocationis suæ immemor, contra Præ
cepta Dei et Ecclesiæ, contra essentialia Religi
onis Vota enormiter deliquit, et gravissimas pæ
nas promeruit. Patuit inquam, quia Dei timore
omnisq honestatis et modestiæ respectu contempto,
ingerendo se in familiarem ac illicitam cum Per
sonis diversi sexûs conversationem, sextum Deca
logi Præceptum et Votum Castitatis violavit, beni
gnè vero et paternè a Superiore correptus, conta
macem se eidem nonobedientem ac rebellem præ
buit, usque adeo, ut impotenti iræ æstu abreptus vi
olentas quoq manus eidem ingecisset, nisi per Pre
Leonem a Nativitte B. V. Me. Provinciæ Scripto
rem prohibitus fuisset. Theophilpoli cum adducta
clandestine serotino tempore diversi sexus persona
formalem sacrilegæ fornicationis actum perpetras
set, nisi Superior loci certior factus in comitatu
Religiosi Scholæ Præfecti et Nobilis Joannis Pa
wlowski huic crimini obstitisset. Quæ quidem
scelera cum maximo Religiosorum, extraneorum,
et familiæ Domus scandalo perpetrata fuêre.
His tamen non obstantibus, sicut in Residentia
Szumbarensi, ita quoq Theophilpoli contumacem
pro suo more ac inobedientem se monstravit.
de consilio nempe Pris Aloysii a Concepti B. V. Me.

Provinciae Definitoris, consentiente tota Domus Communitate, jussus a Superiore peregre tantisper Luceoriam ad ulteriorem N. Pris Provincialis dispositionem, in Oppidum Lachowce perrexit, conductum vectorinum pepulit, Camenecum Podoliae, apud Illmum Loci Ordinarium protectionem quaesiturus, profectus, pro obsequiis in Bassarabia se obtulit.

Pensatis proinde hisce ejus tergiversationibus, atque apostasiae notam praeseferentibus delictis, illico quidem gravissimas in eundem poenas extendere deberemus. Ne tamen praepropere hac in parte agere, ac supererogatorii rigoris spiritu manuduci videremur, totam subsequam Sessionem ordine decimam perplexum hujusmodi negotium directe respicientem in lectione maturaq ruminatione multiformium Definitoriorum ante 50. annos expeditorum insumpsimus, consultando nempe et attente deliberando, qualiter antiqui Patres nostri in simili materia sese gerere, qualemq pro magis vel minus aggravantibus circumstantiis sententiam proferre solebant.

In subsequa denique ordine undecima Die 31. Maji expedita Sessione, pro consueta praxi, in genua pro voluti, praemissa ad Patrem luminum precatione, ossem et benedictionem ejus humillimis votis imploravimus. Collatis porro adinvicem consiliis, discretionis et longanimitatis viam, praeprimis vero saluberrimum Divi Pauli monitum secuti: Fratres si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujscemodi instruite in spiritu lenitatis: ad mitiora descendendo, sententiamus, ordinamus, ac Superioris localis conscientiam obstringimus. 1o Ut P. Marcus à Sto Joanne de Deo utroque oculatorum et juratorum testium Processu de enormibus luxuriae, inobedientiae, contumaciae et attentatae apostasiae criminibus convictus, non quidem in formali carcere, sed tantisper in proprio cubiculo occludatur et custodiatur. 2o Ut idem Pr Marcus sic occlusus, non ceremonialiter, ad oculum,

et ex consuetudine, sed serio et practicè viginti dierum spatio Exercitia Spiritualia peragat, cum vera intentione ac sincero proposito Divinam Majestatem humillimè deprecandi, vitamq et mores suos ita in posterum semper moderandi, sicut pium Christianum, exemplarem Religiosum, ac sacrosancto Sacerdotii Charactere insignitum Ecclesiæ Ministrum decet. 3º Ut idem Pr. Marcus prima et ultima Exercitiorum Spiritualium die publice in Refectorio de culpis juxta Cæremonialis præscriptum se accuset, prima verò, decima et ultima Exercitiorum die pronus in terra propœnitentia jejunet. 4º Ut pro semper in posterum, præprimis vero tempore exercitiorum omnis familiaritatis et confabulationis cum secularibus occasio tollatur, P. Pbus Superiori et Vicario Domus serio injungitur et præcipitur, ut nemini prorsus tam ex domesticis et commensalibus famulis, quam extraneis hominibus ad Cellam Pris Marci ingressus pateat, sed et modo et postea severe interdicatur, curabitq Pr. Vicarius, ut pro functionibus Chori et Ecclesiæ, pro meridiana et serotina refectione, ac etiam si fors instantanea ac inevitabilis necessitas poposcerit, ad obsequia interdum Parochialia emittatur, absoluta vero quacunq ex prælibatis necessitate et functione illico ad Cellam reducatur, in eaque usq ad finem Exercitiorum sub clausura maneat. 5º Peractis porro pie et fructuosè Exercitiis Spiritualibus, iterum iterumq V. Definitorium P. Pbus Superiori et Vicario insinuat et strictissime obligat, ut super honestam morum culturam Pris Marci omnimodam extendant vigilantiam, ne vel maxime in suspectas familiaritates, honorem Religionis denigrantia, eundemmet ipsum summe prostituentia, pacem et tranquillitatem conscientiæ interturbantia, ipsamq animæ salutem

manifesto finalis inpenitentiæ et æternæ reproba
tionis discriminis exponentia nedum cum mulieri
bus, ast cum dissolutis quoq maribus commercia
sese ingerere audeat. Legat et ruminet Evange
lica oracula, recordetur, et virtute Baptismi, et vi
gore Solemnis Professionis, et excellentia Sacerdota
lis characteris, jusjurandi Religione obstrictum se
esse Jesu Christi discipulum et ministrum, videat
proinde ad qualem ex his sacrosanctis motivis
vitæ sanctimoniam, ad quantam quamq morigeram
coram Populo probitatem teneatur, qualemq et quam
coram Supremo Judice æternæ maledictionis senten
tiam promereatur, si porro Divinæ suæ vocationis
immemor in contractis totiesq in Sacro pœnitentiæ
tribunali deploratis dissolutionis et laxitatis pravis
habitibus pertinaciter manere et malevole perse
verare attentaverit. Advertat ac jugiter in me
moria retineat, quia juxta effatum Jesu Christi:
Nihil est opertum, quod non revelabitur, aut oc
cultum quod non scietur, ac certo certius sibi per
suadeat, de Fide esse, quod sicut nulla Virtus a
pud misericordiarum Patrem irremunerata erit,
ita quoq nulla culpa apud inexorabilem Vindi
cem impunita et inulta remanebit. — Sciat deniq
quod sicut hæc medicinalis ac minime læsiva pœni
tentia hic et nunc paterne ei injuncta, solum dun
taxat ad meliorem frugem reditum ac omnino
necessariam ejus correctionem pro scopo habet, ut
nempe Divinam Majestatem humillime depre
cando, et gratiam ejus recuperare, et tam Religi
onis quam proprium honorem reparare, et æterno
salutis suæ negotio prospicere contendat; ita præca
vet ac serio præmonet V. Definitorium, quod si
forte quod Deus avertat! hac paterna ferula ac le
vissima animadversione abuti et in pristina vitia
relabi præsumpserit, ipse sibi graviorum malorum
causa et auctor existet, adigetq Regularem Juris

Jurisdictionem, quod tanquam contra incorigibilem severissimis carceris et jejunii pœnis animadvertet. In continuatione porro ejusdem Sessionis, quandoquidem manifeste patuit, quia Pter Venceslaus a Sto Casimiro contractis ab antiquo crapulæ et otiositatis vitiis immersus, formalis quoq Superiori inobedientiæ, irreverentiæ, contumaciæ, absentiæ a functionibus chori, nedum oblati pro obsequiis præstitis peculii retentionis, sed etiam occulta seu furtiva stipendiorum Missalium subreptionis ac dilapidationis criminibus notatus deprehenditur. V. Definitorium revocat præprimis Decretum in anteacto elapsi 1821. anni Definitorio contra eumdem latum, ac strictam ejus executionem commendat. Quia vero præfatus Pr. Venceslaus jam multoties paternè commonefactus et mansuete correptus, minime tamen ad saniora honestatis consilia redire compertus, in contractis altefatis sceleribus quasi constanter perseverare et consenescere velle deprehenditur. V. Definitorium iterum iterumq eidem inculcat, ac Paterne hortatur, ut continuo in mente retineat, ac perfamiliarem sibi reddat illam Dni N. J. Christi sententiam: Attendite ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate: meditetur quoq ac practice ruminet Sermonem Sti Leonis Papæ in 2do nocturno Dominicæ 1æ Adventus positum: inhærere etiam suæ memoriæ faciat illam tremendam confessionem infelicissimorum Religiosorum similibus vitiis immersorum: Ambitio et crapula duxerunt nos ad tartara. Hisque saluberrimis motivis cum paterna teneritudine eidem propositis, instantanee eundem præmonet ac definitive concludit: Quod si ab hinc, invocata Divinæ gratiæ ope, non se emendaverit, ac in contractis sueq vocationi directè adversis vitiis sese ingurgitaverit, atq contra omne fas et honestatem proterve persistere præsumpserit, Religio non permittet neq patietur amplius se irrideri, sed ruptis tandem longæ patientiæ et mansuetudinis visceribus, sic ut in præterito Definitorio ac hic et nunc comminata est.

ita et reipsa gravissimas Canone Legum contra scandalosa ebrietatis, inobedientiæ, irreverentiæ, contumaciæ, et subreptionis stipendiorum Missalium scelera incarcerationis et jejunii præscriptas pœnas extendet. Interea præsens Definitorium Patribus Superiori locali et Vicario Domûs Berestecensis præceptive injungit et mandat, ut tam Decreta Visitationis immediate peractæ, quam intimatio ejusdem ab Illustrissimo Loci Ordinario Nri Provinciali demandata, necnon Decreta Sacræ Sedis Apostolicæ de reformatione Regularium in pleno Patrum consessu interpolatis cujusvis hebdomadæ diebus et interstitiis attente legantur et practicæ executioni demandentur, quatenus Religiosi persuadeantur et convincantur, quod Regularis Jurisdictio nihil novi excogitat, nihilq supererogatorii eis imponit, nisi quæ Præcepta Dei et Ecclesiæ, quæve ipsa Supremi Regiminis Regulamina Sæ Imperatoriæ Majestatis authoritate confirmata ab eis exigunt.

Od Definitorium Prowincyi XX. Trynitarzy Na prozbę Macieia Wirskiego

Odpowiedz

Na podaną prozbę w dniu 29. Maja roku 1822. od Macieia Wirskiego do Definitorium, w ktorey wyraził 1º Że z pozwolenia Xa Marcellina bywszego Ministra Klasztoru Łuckiego, zabudował sobie Domek pod murem Klasztornym, na gruncie do tegoż Klasztoru należącym: 2º Że usługi Wirskiego Kościelne, daią powod, aby go nikt z tego domku nie rugował, i aby ten domek nigdy nieulegał zrzuceniu, - 3º Że ieżeliby nastąpiła potrzeba tego domku obalenia, aby mu expensa na domek wyrażony poniesione Klasztor zwrocić był zmuszony. Odpowiada Definitorium Wirskiemu, n 1º Że to pozwolenie od bywszego Ministra P. T. X. Marcellina było z miłosierdziu tylko dane i do tego słowne: na 2º Że usług przy Kościele XX. Trynitarzy Łuckich, nigdy za

żadnych niepełnił Wirski, ani też od Klasztoru do ich niebył użyty, a zatem i powód Wirskiego słusznością nazwać się niemoże, lecz tylko pretensyą niesprawiedliwą, niewdzięczność Wirskiego dowodzącą: na 3cie Jeżeli czynsz zmiłosierdzia mu słownie odstąpiono, i nigdy go niebrano, oraz do posług żadnych Wirskiego nieużywano, tedy w przypadku obalenia domku iego, iako żadnego Klasztor nie miał z tego przychodu, tak ani do zwrotu expensow Wirskiego nie iest obowiązany. — Przytem wiedzieć powinien Maciey Wirski, że w przypadku iakowychkolwiek nieprzyzwoitości z domku iego pod bramą Klasztorną przytkniętego wyniknąć mogących, albo też iakiego niebespieczeństwa, albo nakoniec i woli rządu, niema Definitorium prawa dla tych przyczyn potwierdzać iego domu nietykalność, ani też niema mocy, wkładania niesłusznego obowiązku na Klasztor do zwrotu expensow z okoliczności obalenia domku iego nastąpić mogącego. — Datt. w Klasztorze Łuckim XX. Trynitarzy dnia 2go Mca Junij 1822. roku —

In hac quoq Sessione legi et discuti cœpta Commissio in Collegio Molodecensi per Prem Leonardum la Conceptione B. V. Mæ Superiorem Conventus nostri Trinitopoliensis diebus Januarij anni currentis expedita, cujus quidem per longum latum exaratæ majori parte perlecta, propter appropinquantem jam 12.m meridiei horam, reliquam ejusdem partem ad futuram Sessionem distulimus.

Sessio Duodecima

Die 2. Junij horis matutinis expedita, pridie namq propter Solemnitatem SSmi Corporis Christi Sessio haberi non potuit. In præsenti porro Sessione, invocata Spiritus Scti ope et benedictione, accessimus ad continuationem Commissionis Molodecensis, eamq usque ad calcem att

attente perlegimus. Ponderatis porro pro utraque parte rationibus, discussisque tam accusationis ex parte Superioris, quam explicationis ex parte subditorum motivis, utramq equidem partem culpabilem extitisse patuit, re tamen maturo judicio perpensa manifeste deducitur, infensum Superioris animum à regulis fraternæ charitatis et justitiæ commutativæ dissentaneum perplexo huic ac perquam molesto turbulentoq negotio ansam præbuisse. Interea, ne in re tam gravis momenti præpropere agere, ac definitionis nostræ alterutrius querelæ notam inurere videamur, relicta maturæ deliberationi morâ, sententiam nostram tantisper suspendimus, et ad futuram sessionem prorogamus.

In hac sessione, ad remonstrationem Pris Antonii Definitoris, quandoquidem Perllris Mci Dni Autuszkiewicz noster Petropoli in negotio Conventus Orsensis Plenipotens insinuavit eidem, quod pro continuatione ac fors Deo dante conclusione ejusdem negotii necessaria est omnino præsentia alicujus à nostris Religiosis, qui eidem evigilent, conclusum proinde est, N. Pter Provincialis litteras patentales provisorie transmittat Pri Lucio a Sto Joanne Baptista Cybulski ejusdem Conventus Orsensis Ministro cũ obligatione, ut quamprimum Mg Autuszkiewicz significaverit indilate Petropolim pro attentando præfato negotio se conferat.

Sessio Decimatertia

Die 3. Junij horis pomeridianis habita. In hac porro, quoad Commissionem per Prẽ Leonardum a Conceptione B. V. Mæ Superiorem Trinitopoliensem Molodeci expeditam, ac in utraq præterita Sessione a nobis attente perlectam et discussam attinet, quandoquidem ex productis in ea objectionibus et refutationibus, seu interrogatoriis et responsionibus manifeste compertum est, quod totius hujus tam domesticæ in subditis, quam extraneæ in contiguis ac vicinis indivi

individuis dissensionis et litigii charitatis et justitiæ, boneq harmoniæ defectus, propria causa et origo fuit: proind V. Definitorium, invocata Patris luminum ope, præcomissa N.o Pri Provinciali in futura max Visitatione stricta hujusce negotii indagatione, ac respectiva super utramq partem justæ satisfactionis extensione, interea definitive statuit ac decernit.

1.o Quod domesticam tam Religiosorum quam famulantium familiam concernit, Pri Superiori locali sub formali præcepto injungit et mandat. 1.o Ut memor Divini Oraculi: Judicium durissimum his qui præsunt fiet: agnoscens se mysticam esse lucernam in candelabro positam, omnibus suæ jurisdictioni subiectis, in observantia mandatorum Dei et Ecclesiæ, ac omnimoda disciplinæ regularis manutentione verbo et exemplo præire satagat, cum ex trito ac communi axiomate: longum sit iter per præcepta, breve per exempla! longe vero potiori jure Evangelica sententia frequenter in horis Canonicis legi solita eandem obligationem Moderatoribus imponit: Videant opera vestra bona...

2.o Ut neque ad suam, neq ad cujuscunq cellam, diversi sexus personas famulitium in prædio et area Claustri exercentes, et quomodocunq contrariam honestati et verecundiæ Religiosæ suspicionem parere potentibus tam diurno, quam multo magis vespertino tempore ingressum permittere patiatur, cum in regulari Domo omnia queq obsequia masculini sexûs famuli præstare teneantur, ingressus vero mulierum Decretis Scræ Sedis Apostolicæ strictissime interdictus sit, ut omnis nempe scandalorum et præposteræ subsannationis occasio tollatur.

3.o Persuasus Pr. Superior, quod in Officio commissæ sibi prælaturæ intuitu Religiosorum suæ jurisdictioni subjectorum, atq patrimonii Christi suæ administrationi concrediti, conformiter ad spiritum Evangelii et Ecclesiæ, non absoluti domini, sed Patris ac vil

villici seu administratoris personam gerit, cum omni itaq; prudentia sollicitudine utriq; hic obligationi invigilare tenetur. Nempe quod attinet spirituale Religiosorum moderamen, omnimodam quidem curam et vigilantiam extendere obligatur, ut disciplina regularis quo ad mentalem et vocalem orationem, ac his similes spiritus et schola functiones in suo quidem vigore floreat et manuteneatur, ejus tamen propagationem et incrementum, non cum exotica severitate ac despotico rigore, non scommaticis agnominibus sed bonis mediis, sanis consiliis, paterna mansuetudine ac exemplari teneritudine exercere et promovere contendat. Caterum justis quoque eorum quoad victum et amictum indigentiis prospicere, innocuas querelas discernere, ipsas quoque fragilitatis culpas corrigere cum omnimoda discretione curet, cum utiq; juxta Sapientissimum Dictatum effatum, plures musca melle, quam aceto invitari soleant: proinde magis se facilem et liberalem, quam nimis tenacem et rigidum, fratribus suis se exhibere soleat; frugalitas nempe Tridentini decreto omnibus quidem Ecclesiæ Ministris est injuncta, nimia tamen tenacitas, aquè ac clandestina prodigalitas semper est explosa et ubiq; vitio vertitur. Aliud porro est, si quod Deus avertat, si quispiam ex subditis non cum debita reverentia, congrua suo statui necessaria humiliter petere, sed cum molestia importunitate aliqua supererogatoria ac vocationi sua dissentanea extorquere præsumpserit; tum enimvero præmissa Divi Pauli doctrina: Fratres, si præoccupatus ... levitatis: consequenter juxta ejusdem Apostoli effatum: severe arguendus, increpandus ac exemplariter ad mentem Legum puniendus foret. Hic Omni conatu evitet Superior, ne in ejus cella frequentes sæcularium congressus et ad seram noctem prohibiti nobis chartiludiorum lusus practicentur, ipsemet quoq; extra mœnia Claustri nocturno tempore præsertim sæcula-

rium

hippocausta non frequentet, semperq omnimodam
adhibeat curam, ut ad octavam pomeridianam
horam omnia quaque negotia expediant, perso-
luta verò Antiphona Benedicta, omnes Religi-
osi in suis cubiculis maneant, ac quibusvis saculari-
bus forinsecus abire jussis, illico tam in Claustro quà
in area porta occludantur. 5to Invigilet Superior,
omnesq charitatis et prudentiæ artes adhibeat, ne
unquam cujusvis conditionis seculares et extranei
cubicula Fratrum Scholasticorum visitent, eosq
ad capessenda studia impediant, aut parvo ad
otiosas et sæpenumero ad scandalosas confabula-
tiones ansam præbeant, serioq præcaveat, ut por-
ta Collgii, exceptis Communitatis actibus, semper occlu-
sa maneat. 6to Provideat Superior, ut famuli do-
mûs in Dominicis ac ex calendario festivis diebus
ad servilia opera in triturando frumento, in secan
dis lignis ac similibus laboribus non compellantur;
omnem potius adhibeat curam, quatenus a domesti
cis obsequiis liberi Cathechetica doctrina ac Divi-
nis assistant officiis, ne in sciendis necessitate
medii et præcepti necessariis vincibiliter peregrini
in obligationibus Christianismi hallucinentur; se-
vio quoq eisdem prohibeat et interdicat, ne, in com-
missa sibi rei familiaris custodia, excessiva ac defor-
mi cura peroccisionem aut vulnerationem ani-
malium volatilium abutantur, cum violenta hu-
jusmodi rapidaq sollicitudo plurimarum querela-
rum, inimicitiarum ac litigiorum seminarium ef-
se soleat; præmoneantur potius tempestivè propri-
etarii suorum animalium, ne per incuriam suam
damna alienæ possessioni faciant, ac eo ipso ad
restitutionem tenentur.

II. Reverendus Simon Popeyko Ecclesiæ Molo-
decensis Ritus Gr. Uniti Parochus ad Commissionem
in Collegio Molodecensi peractam suam porrexit
petitum, in quo contra Superiorem loci coniquest-

1mo Quod præfatus Pater Superior 1819. anno die 18.
Maji, omissa necessaria circa conditionem inda-
gatione, inter Georgium et Helenam Ritus Gr. Uniti
Christianos apud Mam Kasperowicz in Aula Privi-
si servitium exercentes Matrimonium benedicere
ac eo ipso ad ritum latinum traducere præsumpsit.
2do Quod idem Pater Superior 1820. anno die 16. No-
vembris inter Justinam Zacharkiewiczowna 1818.
Anno ad ritum Latinum illegitime traductam,
et Josephum Woloszkiewicz R. Gr. Uniti. Matri-
monium benedixit. — 3tio Quod Pater Superior
1821. anno die 19. Obris super infantem Parentum
R: Gr. Uniti Sacramentum Batismi administravit,
absque scitu proprii Parochi, qui eorum domi sua
Wolodeci præsens aderat. — 4to Quod idem Pater
Superior frequentes contra profatum Reverendu
Parochum scriptotenus et oretenus vixarum ad-
hibet occasiones, in cujus documentum transmi-
sit Nro Pri Provinciali in authentico epistolam
2da Novembris 1821. anno ad se scriptam cum
interminatione accusationis coram altiori foro. Ex-
postulat proinde Rdus Parochus, quod dum proce-
dantis Wolodeci Superioribus in bona harmonia
et fraterna amicitia convivere solebat, cum pro
sentaneo in aliena jura se intromittente, multa
rum querimoniarum fomitem submininistrante
similem philadelphiæ consuetudinem retinere non
potest, minitatur proinde, quod si forte Regularis
Jurisdictio usurpationibus hujusmodi ac tergiversa
tionibus obviare intermittet, ille ad altius forum
recursum facere ac per strepitum juris consentaneam
suis votis satisfactionem procurare obstringetur. —
V. Definitorium habendo præoculis multiformia
Dei et Ecclesiæ, specialiter autem Smor Pontificis
Apostolici Principum Petri et Pauli Mandata, in
quibus non solum subjectissima Ordinationibus

Principum obedientia, verum etiam tenerrima charitas, dilectio, pax, concordia, beneficentia et longanimitas inculcatur ac sub interminatione Divini Judicii strictissime commendatur, Patri Superiori Molodecensi mandative injungit et praecipit.

1º Ut omnia Supremi Regiminis Mandata et Regulamina Suae Imperatoriae Majestatis authoritate confirmata ac ubique promulgata cum omni qua par est respectu observare satagat et observari faciat. 2º Cum vero eorumdem Regulaminum canone et qualibet Christianitatis professione ad Ritum Latinum transitus severissime prohibitus sit, nunquam proinde in aliena jura se ingerere, ac ad prohibitum hujusmodi transitum quoquo modo cooperari audeat. 3º Circa indigitatam matrimonii inter personas R. Gr. Uniti benedictionem, et Baptismi super infantem parentum ejusdem Ritus administrationem per se attentatam, instantaneè claram et candidam Reverendo Molodecensi Parocho porrigat explicationem, eandemq in simili pagina et methodo authentice futuro Definitorio porrigendam N. Pri Provinciali transmittat. 4º Praeter officiosam porro hac in parte explicationem, curet omnino absq mora litigiosum hocce ac minime vilipendendum negotium per bona media et amicam interpositionem cum Rvrdo Parocho moderari et componere. Et quia praedictus Rdus Parochus de privatis quoq in sua ad N. Pre Provincialem epistola per Patrem Superiorem loci sibi ac caeteris illatis molestiis multum conqueritur, obligat proinde Pr. Superior, ut, conformiter ad spiritum Evangelii, cum eodem Rmdo Parocho ac aliis quoquomodo offensis sinceram reconciliationem facere, ac porro candidam cum omnibus amicitiam manutenere et perpetuam pacem fovere satagat; cum utique commune ferat adagium: melius est centum

amicos habere, quam uno inimico urgeri.
In eadem Sessione cautum est, ut ex mente V. Definitorii certior reddatur Rdus Popeyko, quod Pater Antonius Minister in mandatis accepit, quatenus claram et candidam eidem porrigat explicationem, ac totum litigium per bona media cum eodem componat; ac proinde V. Definitorium familiariter eidem insinuat, ut tantisper patiens esse ac interminatarum juris prosecutionem suspendere velit.

Sessio Decimaquarta

Die quinta Junij horis matutinis expedita. In hac post imploratam humillimis precibus Spiritus Sti opem et benedictionem, accinximus nos ad legendum processum de vita et moribus Pris Raymundi a Sctis Regibus a Superioribus Szumbarensis et Ryszczowiensis Domicilii formatum, et ad praesens Definitorium transmissum. Hujus vero per longum et latum exarati parte perlecta, propter devotionem SSmi Sacramenti, Sessionem ad pomeridianum tempus distulimus.

Sessio Decimaquinta

Eadem Junij die 5. horis pomeridianis peracta, In qua reliquam Processus contra Pre Raymundum formati partem usque ad calcem perlegimus. Obstupuimus et cum porro summa cordis amaritudine condoluimus, quod vir sexagenarius, in unius, Sanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae gremio natus et educatus, solemni votorum sponsione devinctus,, et quod caput est Sacerdotali charactere insignitus, tam enormia et nefanda scelera impudentissimè hucusq perpetrare non cessat. O vere Sancta Mater Religio contra tam degenerem filium illis Scrae Scripturae verbis conqueri et expostulare potest: Homo Sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos! et ecce omnia et serpentinis ejus

promissis, et benevolis votis ejus contraria omnino facta sunt. Verum enimvero compatimur equidem miseranda iniqui Sacerdotis conditioni, qui, male volentissimo animo in reprobum sensum vuendo, manifestissimo æternæ damnationis periculo se exponere nec erubescit, nec veretur; memores tamen celeberrimi S.ti Scriptura oraculi: Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea: mirari certe desistimus, perpendendo, quod ille à primigeniis suæ vocationis intervallis imprudentissimum carnis et sanguinis mancipium factus, pactum ferè cum illicitis ejus suggestibus iniisse compertus est, atque non jam fidelem suæ professionis sequacem, vel verò pœnitentis Magdalenæ fletum imitatorem, sed juratum potius illusorem præseferre pernitiose quidem et abjectissime, in suo tamen sensu eximiæ et populari ambitioni semper sibi duxit.

Ne tamen a Sacrosanctis Ecclesiæ regulis, et à solido disciplinæ regularis spiritu vel latum unguem deviare, ac proinde contra gravissima scelera et palpabilia scandala nihil agere, et quasi eisdem connivere videamur; priscorum Patrum nostrorum dicta in simili materia formata diligenter perlegere, ac intuitu ferendæ hac in parte sententiæ eorum vestigiis inhærere proposuimus. Et quidem quod abhominandum in præsentiarum concernit negotium, invenimus, quod Pater Raymundus à Sctis Regibus a primo ingressu et Professionis suæ tempore, quadruplici jam informativo Processu ac propriis oris confessione, de gravissimis et habitualibus pravitatis suæ deformitatibus judicialiter convictus et promeritis pœnis mulctatus, nunquam tamen veræ correctionis vigora præseferens, septem Definitorium Sanctis vere incorrigibilis declaratus fuit. In Sempe Definitorium 1703. 27 Septembris celebratum Bresteci. Vigore Processus per Patrem Josaphat a Le Martino cum omnijuris

formalitate expediti, Fr. Raymundus, ratione trinæ apostasiæ, complicitatis notabilis furti, nocturni ad malum finem egressûs, suspectæ et scandalosæ cum mulieribus familiaritatis, quamvis dictus Fr. Raymundus, præsentiendo graves sibi infligendas pœnas, clandestinè se subduxerit; Definitorium tamen post maturam Canonistarum revisionem, decrevit, ut quamprimum comparuerit, immediatè in carcerem impingatur, atque jejunio et propriæ manus flagellatione per sex menses probetur. — 2.º Definitorium 1784. 17. Octobris Theophilpoli celebratum. Postquam Fr. Raymundus post trinam apostasiam, postq gravissima alia delicta à se commissa, ad Conventum Theophilpoliensem in veste sæculari animo perseverandi in vocatione et vitam emendandi pervenit, Definitorium nihil quidquam de rigore latæ in præterito Definitorio sententiæ derogando, spectato duntaxat ejus ad Religionem regressu et emendationis proposito, designato eidem pro mansione Conventu Berestecensi, Pre Ministrum ad specialem circa dictum Fre vigilantiam obligat, ut assignata ei 10. dierum Exercitia Spiritualia persolvat, ad observantiam Legis compellat, et si emendationis signa non dederit, quamprimum N. Pri Provinciali deferat. — 3.º Definitorium 1789. 25. Julij Brahilovia celebratum. Lecto informationis Processu, nec non habita Pris Raymundi rei propria oris confessione. Decernit, ut Decretum Definitorii 1783. 27. Septembris Beresteci formatum illico executioni mandetur. —

4.º Definitorium 1790. 10. Junij celebratum. Post perlectum informativum Processum, ratione fugæ Patris Raymundi, eundem velut apostatam excommunicationem incurrisse declarat. Equidem ad Reverendum Pro-Vicarium Generalem Pre Hieronymum a Sto Francisco Varsaviam recursum faciendo, ab excommunicatione absolutus et a pœnis liberatus fuit. Quia tamen dispositioni Rdi Pro-Vicarii Generalis

non satisfecit, proinde arbitrarias pœnas promeruisse indubitatum est. Cavet itaque Definitorium, ut sententia in Definitorio 1789. contra eundem lata omnino executioni mandetur. — 5.o Definitorium 1791. 14. Novembris Lublini celebratum. Post lectum informativum Processum, ex cujus juratorum testium depositionibus, ac propria oris Ptris Raymundi confessione, discussis anteactorum Definitoriorum, idq 1783. 1784. 1784. 1790. sententiis, patuit, eundem prorsus incorrigibilem ubiq comparuisse, tandem concludit et decernit: Ut igitur ille continuus scandalorum patrator, apostasiarum frequentator, indignus Eminentissimorum à salubri suæ incorrigibilitatis correptione patrociniorum emuntitor, de omnibus post ultimam ex carcere Cracoviensi fugam irreligiosis conversationibus et actibus plenè convincatur, necnon de diuturnitate et qualitate carceris sit Definitorio notum: Definitorium Ptri Rudolpho à Sto Bartholomæo Provinciæ Scriptori committit, quatenus de singulis inquisitorium ex juratis depositionibus testium formet Processum, ad manus Ptris Provincialis remittendum, et inquantum opportunitas postulabit, in foro externo ex proprio vel adverso actoratu agere valeat. 6.o Definitorium 1793. 19. Aprilis Beresteci celebratum. — Sessione 10ma: Intulit Pter Provincialis ad discernendum Processum per Pre Rudolphum a Sto Bartholomeo Scriptorem Provinciæ contra Pre Raymundum a Sctis Regibus Cracoviensem Conventualem Cracoviæ 1792. diebus Martij. Quia vero ad illum ex legendis Inquisitionibus discernendum una solummodo ante inchoandū cras Provinciale Capitulum restat Sessio. Ea propter illius disjudicationem futuro Definitorio Provinciali relinquit. — 7.o Definitorium 1792. 25. Maji Luceoriæ celebratum, Processum 1792. 20. Martij in Conventu Cracoviensi factum lustravimus.

et discussimus. Post producta vero apostasiæ, vagati-
onis, gulæ, ebrietatis, scandalosæ in cauponis perno-
ctationis et saltationis, iniquæ ac præjudiciosæ Patris
Dominici a Sto Hyacintho Definitoris diffama-
tionis, ac similia irreligiositatis absurda per Pre
Raymundum perpetrata; Definitorium decer-
nit ac declarat, ut duorum tantisper mensium
decursu in carcere recludatur; quod si fors post
emensum incarcerationis tempus eadem sce-
lera reiterare attentaverit, tunc tanquam in-
corrigibilis sex mensium intervallo incarceretur;
Processusque informativus instituatur, ut Reus
absque spe ulterioris veniæ aut in perpetuum
incarcerandus, aut utpote incorrigibilis è Sacra
Nra Religione, tanquam membrum scatens,
inficiens ac putridum amovendus disjudicetur.
Visis porro ac revisis, mature ponderatis ac discussis,
Ubilior Definitoriorum Decisionibus, quarum vi-
gore Pr. Raymundus jam interdum severe reprehen-
sus et promeritis pœnis affectus, jam interdum Pa-
ternè admonitus et ab iisdem benigne absolutus, vel
vero per iniqua subterfugia ab iisdem liber evadens,
semper tamen eis obnoxius declaratus fuerat, jure
merito supponere debuimus, quod et externo justissima-
rum animadversionum rigore multoties perculsus,
et interno conscientiæ remorsu exagitatus, et ingra-
vescentis jam ætatis ac eo ipso proximis jam mortis et
judicii manentis commonefactus ad saniora tandem
redibit consilia, ac identidem cum Scto Rege Ezechia
in silentio cordis pœnitens ingemiscet: Recogitabo tibi
omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.
Sed eheu omnia contraria experimur, ac iterum ite-
rumq cum Sapiente ingemiscere cogimur: Adole-
scens juxta viam suam etiam cum senuerit, non re-
cedet ab ea. Mirabilia certè ac multum horribilia
sunt, quæ ex fide dignis oculatorum Testium

depositionibus oretenus et scriptotenus in medium productis audire, legere, et excipere debemus. Luce nempe meridiana clariùs intuemur et convincimur, quia Pater Raymundus, gratuitis Patris misericordiarum inspirationibus, charitativa piæ Matris Religionis mansuetudine, omnibusque gratiæ et naturæ donis abusus, crescentibus annis, in graviora crimina pejoraque scandala excrescere quasi honori et gloriæ sibi duxerat. Strictim solummodo persequimur, quæ ex relatu superstitum in vivis Virorum percepimus. Pr. Raymundus inhonestis ac peromnia nefariis suis persuasionibus Ptri piæ Memoriæ Joanni à Jesu Maria instrumentum fuit, quod tempore Ministerii ejusdem, Brahiloviæ in Domo eotunc probationis ac postea in Collegio Eloquentiæ et Theologiæ, non jam intra mœnia seu in hypocausto rei familiaris, sed in ipso Claustri ambitu, in aula nempe inferiore ad honestos interdum Cives hospitii gratia suscipiendos destinato lusus musicæ nocturnis horis practicabantur, et choreæ cum personis ~~utriusq~~ sexquiorisq sexus ducebantur, idq cum validis buccinæ clamoribus, cum epiparis eduliis et commessationibus, cum luxuriante boni communis prodigalitate, cum nimia honoris Ecclesiastici prostitutione, et cum gravissima disciplinæ regularis relaxatione. Pater Raymundus subreptitie per Pre Joannem a Jesu Maria in Capitulo 1802. acsi à censuris sublevatus /: cujus quidem sublevationis in Antecapitulari ejusdem anni Definitorio nulla mentio nullumq extat vestigium:) ac per eundem Pm Joannem jam eo tunc Provincialem Vicarius Collegii Brahiloviensi creatus, post plurima cum Professoribus Theologiæ jurgia et absurda ab officio amotus et ad residentiam Ryszczoviensem ablegatus, Superiorem loci eotunc Provicæ Definiterem Pre Nicolaum a Lo Paschasio nefariis scommatis et convitiis aggredi, dissidia in pusilla Communitate spargere, et violentas Superiori manus comminari ausus, sed à nequissimo

intento per honestum Religiosum Pre Josephum
a Sto Joanne Nepomuceno Concionatorem praepe
ditus, ad extrema tandem prorsusq Religioso illi
cita effugia recursum facere praesumpsit. Per abu
sivam nempe et arbitrariam licentiam proprio equo
et vehiculo provisus, sicut pro suo more absq ulla
reverentia et facultate pedester aut in suo vehicu
lo per varia loca vagabundus fuit, ita hic et nunc
protervia et malevolentia suae repulsam passus,
nulla Provinciae aut loci Superiori facta notifica
tione, ad Illmum Archidiaconum Grabowski in Zwi
nogrodka perrexit, apud eundem ementitis supplica
tionibus effecit, quod Ecclesiae Parochialis in Zozow
instrumentum Commendae obtinuerit. Ibi per septen
nium et amplius qualiter se gesserit, qualiter amo
tus postea ab officio in aliena Diaecesi cum aliqua
sesquioris sexus persona ac si sua consobrina se se occul
taverit quibus modis in Winnica tractatus fuerit, do
nec tandem de mandato Illmi Archidiaconi, inter
posita Rdi Decani opera, ad Domicilium Ryszczo
viense tanquam ad locum suae mansionis ab Illmo
Archidiacono ad ulteriorem Pris Provincialis disposi
tionem destinato remeare compulsus fuit, hone
stae aures id audire expavescunt, ac tenera corda
famam ac decorem status Ecclesiastici aequi boniq
facientia gravissima amaritudine replent, cum ocu
lati fideque dignissimi testes omnium ejus tergiver
sationum, absurdorum et eventuum bene gnari haec
omnia coram nobis propalare erubescunt. Et haec
quidem ex auditu.
Quod vero ejus elapso et moderno anno in Szumba
rensi domicilio, in Steblovienſi Aula, ac post ejus inde
amotionem, in Ryszczoviensi Domicilio vitae rationem
morumq consuetudinem concernit, iterum iterumq
ingemiscere ac summa cordis amaritudine opprimi
cogimur. Ex duplici nempe, in Szumbarensi et Ry
szczoviensi Domicilio formaliter educto Processu,

in quo et Religiosæ et seculares personæ ad pro
ducta scriptotenus exarata, propriisq manibus subscri
pta testimonia jurisjurandi sponsionem obtule
runt, necnon ex duabus ad N. Pre Provincialem et
ex octo ad Superiorem Ryszczoviensem, ab illustri
bus et honestissimis utriusq sexus Civibus, directis
Epistolis firmissime persademur ac plenè convin
cimur, quod Pr. Raymundus aut omnem prorsus
timoris Divini scintillam in corde suo suffocavit,
aut omni penitus recti honestiq sensu ac pernicio
sissima laxitatis notâ inustus, nulla jam nedum
Evangelicæ et Christianæ pietatis, sed neque na
turalis honestatis notione tangit, aut porro in phræ
nesim et delirium prolapsus esse deprehenditur.
Obstupescimus nempe utrumq Processum, et Epi
stolas legendo, quod Pr. Raymundus, pro eo quod tam
juncoribus Religiosis, quàm secularibus personis verbo
et exemplo præire, ac pia decoraq morum ratione
prælucere et ad omne bonum sollicitare deberet, pe
tra potius scandali et lapis offensionis non solum
propter Christianos, sed etiam propter infideles
et judæos esse convincitur. Et ne per longum et la
tum distendamur, summatim ejus crimina et scan
dala persequimur. Pr. Raymundus Jurisdictioni Regu
lari inobedientem se præbuit, dum patentes Litte
ras sibi à N. P. Provinciali anno elapso in Julio trans
missas elusit, jussus nempe Brahiloviam cum
Fre Michaele pergere, relicto eodem Fratre Camene
cum perrexit. Pr. Raymundus post factam sibi
a N. P. Provinciali notificationem, quia Brahilo
viam perrecturus est, injustum contra Pre Præiden
tem localem suum Superiorem concepit odium usq
adeo, ut nedum nefanda in eum scommata effuti
re, sed etiam violentas ei manus injicere et lage
nam capiti ejus impingere usque ad vulneratio
nem et effusionem sanguinis præsumpserit, cum
permissione verò ab excommunicatione absolutus,
nulla facta Superioris deprecatione Missas celebra
vit et itineri se accinxit. — Pr. Raymundus Came
neco Ryszczoviam relegatus, ac in Aula Stebloviensi

pro Capellania collocatus, hypocausta mulierum fre-
quentare, scandalosa verba effutire, turpes cantile-
nas insonare, ac plurima offendicula tam famulis
et ancillis, quam ipsismet Dynastis Illmis Germa-
no et Emiliæ Hołowinskie præbere non erubuit.—
Pater Raymundus propter hæc ac id genus absurda
ex Aula ad Claustrum ablegatus, in Domicilio Ry-
szczoviensi plurima furta patravit, nempe vascu-
lum pro conservando saccharo (vulgo cukiernica) de
margaritifera concha afabrè compactum, Crucem par-
vam argenteam cum argenteo annulo, Imaginem
Dñi Nri Jesu Christi de ferro elaboratam; quatuor
rotas ad currum domesticum factas; duo ad equi-
tandum necessaria, nempe burty et trezle; igni-
arium fomitem; quæ omnia ex cella Pris Præsidis
et Fris Martini clam surripuit, interrogatus au-
tem de iis, semper negavit.— Stipendia in Sacri-
stia oblata sibi reservabat, et nunquam ad commu-
nem carbonam restituebat.— Præterea qualibet fere
die proripiens se de lecto illico in thorace fumigan-
do folia tabaci, prædiolum rei familiaris, stabulum,
aliasq officinas, quin etiam aliena hypocausta visitabat,
per plateas vagabat, cujuscunq sexus et conditionis
personis obviam factus obscenas cantilenas modulabat,
ac inhonesta verba effutiebat, taliq præparatione
præmissa ad Altare accedebat, in ipso autem acessu,
imo interdum in ipso celebrationis actu puerum ali-
umve servitorem inclamabat, ut herbathè quanto
cyus ei ad epotandum parata sit.— In ambitu Clau-
stri et extra illud continuos clamores excitabat, sibil-
labat, tam domesticos famulos, quam quemlibet
extraneum fuste graviter cædebat, alienam domum
ingressus, cum personis diversi sexus petulanter
conversari volens mares expellebat, ac innumera
hujusmodi absurda et scandala perpetrabat, prout de
positiones testium, supplex libellus injuriati et gra-
viter per eum verberati judæi, et epistolæ attestant;

Quæ quidem omnia nedum nimis longum et prolixu
ast horrendum quoq et detestabile foret in specie enu
merare, sufficit dicere, quia, qualibus vitiis deformita
tibus, scandalosis ubiq conversationibus, sacrile
gis absurdis ab antiquo immersus erat, quæ scelera
in permultis informativis et inquisitoriis Proces
sibus ei objecta ac propria ejus fassione confirma
ta fuêre, ab iisdem nec latum unguem recessisse,
aut quidpiam minuisse, imò ad summum nequitiæ et
perversitatis gradum illa auxisse comperitur.
Proinde ut protervus hic et inveteratus scandali
zator ac infensissimus propriæ et alienæ salutis
hostis, Ecclesiasticis status et Religiosæ professio
nis sacrilegus profanator, donorum gratiæ et naturæ
ironicus contemptor, tandem aliquando resipiscat,
ad sanam mentem et ad meliorem frugem rede
at, ac horrendam Supremi Judicis vindictam pro
vocare desinat, invocata humillimis ac ferven
tissimis precibus Patris luminum ope et bene
dictione, decernimus et sententiamus. 1.º Ut Pter
Raymundus, perlecto ac intimato sibi per Superi
orem loci hoc nostro Decreto, illico ad deprecan
dam gravissimis ejus scandalis ofensam Divinam
Majestatem et ad implorandam Paternæ ejus mi
serationis clementiam, 30. dierum spatio, (idq
non cæremonialiter, non ad oculum, sed prout in
conspectu illius Domini, quem Ecclesia decan
tat, et fides convincit scrutatorem cordium ac ine
xorabilem malefactorum nostrorum esse Vindicem)
sed ex vero Evangelicæ pœnitentiæ spiritu ac
cum sincero perseverantis emendationis pro
posito, Exercitia Spiritualia in proprio cubiculo
reclusus peragat, atq pœnitentialibus praxibus
in Cæremoniali Ordinis ac in libris Ascetarum
indigitatis seriò insistat. — 2.º Persolutis exempla
riter spiritualibus Exercitiis, invigilabit Superior
loci, ne Pter Raymundus nocivas semperque

pernitiosas cum secularibus, prepprimis autem cū
diversi sexus personis familiaritates contrahat,
na extra limina Claustri et cubiculi sui pedem mo-
veat, (exceptis Ecclesia et Communitatis actibus)
ne in regimen Superioris ac his similia minime
ad se spectantia negotia se ingerat, neve scandalo-
sis cantilenis, turpibus confabulationibus, indignis
conversationibus, clamorosis rumoribus, inhone-
stis foliorum tabaci fumigationibus, ac his similibus
statum Religiosum ac personam Divino cultui de-
votam dedecentibus difformitatibus et immodestiis
indulgeat, sed in sua cellula tanquam fidelissima
religiosa persona amica et sponsa, solus cum solo
per lectionem librorum spiritualium de gravi spi-
ritus eternitatis negotio agere, contractos hucusq
pravos habitus extirpare, misericordiam et clemen-
tiam Divinam exorare, novissima sua, jam
jam imminentem nempe mortem ac irrevocabi-
lem benedictionis vel maledictionis eterne sen-
tentiam in continua memoria retinere, atq salu-
ti sue efficaciter prospicere satagat, memor quod
si universali Christianismi professioni, tum multo
magis ac propriissime unicuiq Religioso illa
Decretoria Dni Nri Jesu Christi inservit senten-
tia: Nisi penitentiam egeritis, omnes peribitis.
cum à Religiosis utpote Discipulorum suorum
successoribus rigidiorem penitentiam et majorem
vitæ morum sanctimoniam exigit: Nisi abun-
daverit justitia vestra plus quam Scribarum et
Pharisæorum, non intrabitis in Regnum Celorum.
3.° Hac lenissima ac medicinali penitentia
proposita, finaliter declaramus et sententiamus:
Quod si forte, quod Deus avertat, R. Raymundus
hac pia matris Religionis mansuetudine et be-
nevolentia abuti, in contracta hucusq crimina
et scandala pertinaciter relabi, Jurisdictioni
regulari illudere, Superioris localis authoritati
derogare et proterve resistere, honorem Status

Ecclesiastici prostituere, fratribus et quibusvis aliis superbe imponere, cum mulieribus luxuriari ac in quevis absurda et scandala praeceps ruendo, salutem animae suae manifesto damnationis suae periculo exponere, absq ulla recti honestiq ratione et sine ullo conscientiae remorsu attentaverit ac mordicitus praesumpserit: tum enimvero iterum iterumq declaramus ac sententiamus, quod stantibus ac in suo robore permanentibus quintuplicibus hucusq Processibus ac Definitoriorum Decretis, absq alia jam sententia, conformiter ad mentem et decisionem Clementis et Urbani VIII. ac Innocentii XII. – illico Supremae Jurisdictioni deferetur, et adhibito brachio saeculari ad Domum correctionis ablegatus in carcere sex mensium intervallo pro rigida in pane et aqua paenitentia occludet, indeq emissus absq ulla spe veniae instantanee tanquam formaliter incorrigibilis ex Religione expelletur.

4.° Quod attinet juste retentam Ryszczoviae aliquam Pris Raymundi peculii quantitatem ac aliam prorsus incompetentem religioso statui saecularium picturarum, vel aliunde accommodatam supellectilem, haec omnia futuri Definitorii decisioni relinquentur, donec scilicet Pr. Provincialis in officiosa Ryszczoviensis Residentiae visitatione de licita aut illicita horum comparatione, aut porro de frugali eorum distractione vel vero de iniqua ac statutis Ecclesiae interdicta prodigalitate certior fiet.

Sessio Decimasexta.

Die 8a Junij horis matutinis expedita. In hac caepimus legere petita Pris Isidori à Sr Pre No Joanne, cujus utpote per longum et latum extensi parte perlecta Sessio soluta fuit.

Sessio Decimaseptima

Eadem die horis pomeridianis expedita. Hac iterum in lectione petiti Pris Isidori insumpta fuit et Sessio soluta.

Sessio Decimaoctava

Die Jna Junij horis matutinis expedita. Hac tota impensa fuit lectioni petiti heri incepti, quod ex 20. foliis compositum à seminona ad semiunde cimam antemeridianam horam finivimus, et Sessio soluta.

Sessio Decimanona

Eadem die horis pomeridianis expedita. In hac Sessione perlegimus duo ejusdem Pris Isidori quasi petita, quae idem in separata charta ad N. Pre Provincialem direxit. Hac porro utraq non jam Petiti alicujus speciem praeseferente, sed potius irrisorii sermonis apologetici incondita farragine lecta et perlecta, revera illa Hymni Ecclesiastici pro Festo Sti Sigfridi Pri Sucae verba adhibere et ad portentosam hujusmodi narrationem applicare possumus: "Illic Regem cum populo potatum fraudis poculo. Invenit, et condoluit, — Quod haec Gens deos coluit." Obstupuimus certe et cum summa cordis amaritudine miserrimae hujus Religiosi conditioni indoluimus, quod ille posthabita spretaq, nedum axismatum Evangelicorum et sanae asceseos cognitione, sed ipsa quoq veri Dei notitia penitus rejecta, turpissimarum illecebrarum ac furiosarum depravatae mentis cupiditatum, quasi falsorum deorum juratus et sacrilegus cultor esse deprehendit, cum utiq in Spiritu Ecclesiae in unanimi SSrs P. Pr. et Ascetarum sensu hac carnis, et sanguinis portenta sub nomine falsarum divinitatum communiter usu venire soleant. Multoties nempe, ne dicam infinities à Provincialibus et localibus Superioribus jam Paterne commonefactus,

iam interdum pro omnimoda exigentia severeis correptus,
ac de contractis viteis et pravis habitibus convictus, sem-
per praesentissima remedia contemnit, pejerandat, culpam
in alios devolvit, se verò semper innocentem, impollutum,
nullius crimenis reum, sed levium duntaxat fragi-
litatum conscium deprædicat mordicitus, ac salutá-
res penitentias tanquam gravissimas persecutiones
proclamando, iniquissima contra officiosos Legum
Custodes totumq Provinciæ corpus commata effu-
tire non veret. Legendo certe præsentium ejus non
jam, ut innuimus, petitum, sed Apologeticum
potius sermonem, in quo ex una parte sua talenta,
sua in Claustris et Aulis præstita obsequia, suam
ubiq acsi omnis Divini humanq juris consultissi-
mam rationem, suam quasi integerrimam vitæ
morumq probitatem crepantibus buccis ventilan-
do, innocentissimi in suo sensu agni, revera autem
importunissimi histrionis, personam repræsentare
non erubescit, ex altera verò parte, omnium non
inferiorum duntaxat, et cujuscis conditionis æ-
qualium, sed ipsorummet moderatorum et Seni-
orum sna consilia, moderatissima jussa, ipsaq eti-
am cogitata, dicta, facta, oglè ferre, vilipendere, ca-
lumniari, maistre interpretari, mendacii notam eis
inurere, ac pro suo genio et prurita ironicis nuti-
bus explodere absq ullo conscientiæ remorsu non ve-
ret, imò omnes has technas tanquam nobilissimas
sui ingeniosi partus decantare, de illisq gloriari absq
ullo scrupulo præsumit. Deveniemus ac manifesta
experientia convincimur, quia malesuada hæc per-
versi animi et depravati cordis ejus sensa non ex
alio fonte pullulant, nisi quia Divinarum ac
humanarum Legum contemptor ac disciplinæ
regularis perpetuus osor vellet, ut nullus omni-
do inveniret, qui nefariis ejus intentis ac male-

malevolis tergiversationibus contradicere et obviare
auderet. Et quia Superiores pro strictissimo conscientiæ ligamine ex officio, cæteri vero fratres vigore præcepti Evangelici ex charitate hisce ejus absurdis jam mansuetis admonitionibus et consiliis, jam severioribus interdum reprehensionibus et pœnitentiis pro debito suo obicem ponere conabant, ecce ergo tota et universa causa est, quod contra illos verè quidem et sincerè ejus saluti faventes, at in sensu ejus infensissimos suos inimicos et persecutores mendacissima scommata et virulentos odii livores vibrare non veret. — Multo magis quoq proterva ejus malitia ac Jurisdictionis Regularis formulis contemptus apparet, quod irrisoriam suam Apologiam venerando Suæ Imperatoriæ Majestatis nomine abusivè insignire non erubescit, cum Augustissimus hic titulus Officiosis duntaxat Regiminum à Sua Majestate confirmatorum Expeditionibus, non autem privatis ac ementitis narrationibus, apponi soleat, contra ipsam proinde Supremi Principis Authoritatem hac sua effrenata audacia enormiter deliquisse convincitur. — Non minus quoq gravissimæ imprudentiæ et temeritatis arguendus venit, quod contra Decretum in Definitorio 1818. Anno per sex graviores Provinciæ Patres cum omnibus Canonum formalitatibus expeditum, illi ipsi publicatum, propria ejus manu subscriptum, à suprema Romano-Catholici Collegii Authoritate ut legitimè et Canonice factum, et ut tale confirmatum, ac immediatæ executioni demandatum impudenter invehitur, et confictis suis ratiunculis tanquam contra illegitimum garrire, tamque Regularem, quam supremam Ecclesiæ Jurisdictionem reprehendere nonextimescit, dignus

certè, cui utpote Dei hominumq irrisori illa communis impingatur gnoma: "Irridens insontes, olim vicissim irridebitur:" et: "Malo indisertam prudentiam, quam stultam loquacitatem." Cæterum, ut tandem aliquando juxta Divum Paulum addiscat: Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ~~ad sapere~~ ad sobrietatem: sciat et convincatur, ~~sciat et convincat~~, quia sicut juxta Scram Scripturam "Deus non irridetur:" ita et locum suum tenentibus mandative inculcat, ne injurias Majestati ejus illatas inultas esse patiant, neve à protervis suis obtrectatoribus se impune irrideri et contemni permittant: V. Definitorium decernit et statuit, ut Pter Isidorus, à publicatione præsentium, pro gravissima Dei ac omnis Jurisdictionis læsione, in cella meridiem respiciente occlusus unius mensis decursu, Diebus Dominicis et festivis, feriis quoq tertiis et quintis tribus ferculis, feria vero secunda, quarta, et sabbato duabus portionibus provisus, sextis autem feriis in pane et aqua jejunet, atq Spiritualia exercitia cum seria emendationis intentione peragendo, Divinam Majestatem deprecari, atq tandem aliquando ad meliorem frugem redire studeat. Hanc levissimam ac medicinalem pœnam V. Definitorium indispensabiliter eidem subeundam imponit, antequam ad discutiendum ejus Processum accedat, ac respectivam promeritamq ei pœnitentiam determinet.

Sessio Vigesima

Die Decima Junij horis matutinis expedita. In hac ab initio ad finem perlegimus informativum Processum contra Patre Isidorum Brahiloviæ expeditum, eoq perlecto sessio soluta est.

Sessio Vigesimaprima

Eadem die horis pomeridianis persoluta. In hac iterum iterumq discussio informativo Processu contra Patrem Isidorum expedito, quia hoc

negotium maturam deliberationem exigere videbatur, ideoq ejus decisionem ad futuram Sessionem distulimus.

Sessio Vigesima secunda.

Die 13. Junij horis pomeridianis peracta. Perlecto ac discusso in anteactis Sessionibus Informativo Processu per Pre. Benedictum à Sto Josepho Ministrum Mierzwinski Brahiloviensem ac Patentalibus a Nro. Pre Provinciali Marcellino Litteris juridice deputatum Commissarium contra Patrem Isidorum a Sto Pre. Joanne Fedorowicz Canonice formato, post maturam tandem deliberationem, V. Definitorium invocata ferventissimis precibus Patris luminum ope et benedictione, ad definitivam in hac sessione accessit sententiam. Ex producto nempe Processu manibus trium Patrum et sex Religiosorum fratrum in Conventu Brahiloviensi manentium jusjurandi religione obstrictorum Testium subscripto, patuit, quia praefatus Pr. Isidorus aequè ac antea prorsus incorrigibilem ac in pristina scelera et scandala se perseverantes relapsum monstravit. Ex adductis, inquam Testimoniis, porrectisq ei ac minimè ab eo dilutis et revocatis gravaminibus patuit. 1o Quia Pr. Isidorus, tyrannicus (juxta Testimoniorum et Gravaminum obloquentiam) religiosae concordiae et tranquillitatis est turbator, cum maxima fratrum amaritudine, et gravissimo saecularium scandalo: Quia Pr. Isidorus continuò otiosus et frequentissimè scandalosae crapulae et ebrietati deditus, ubiq se immiscet, omnia reprehendit, omnium dicta factaq vituperat et calumniatur: sibi ipsi tantum notam sapientiae adsciscendo, reliquos ignominiosissimis stultitiae pro-

probris afficit: (Każdy u niego otrąbiony durniem, dudkiem, chłystkiem, łagdakiem, i.t.d.) ex auditis, excogitatis, imaginariis, aut prorsus confictis notitiis, contra omnes ferè (: præcipuè autem contra Superiores:) tam in vivis superstites, quàm defunctos, probrosas nugas, detractorias ineptias et turpissima convitia disseminat cum tanta impudentia, ut coram simplicibus etiam et idiotis has iniquas criminationes effutire non erubescat. — Patuit 2º Quia Pater Isidorus de formali Superiorum irreverentia et inobedientia multoties convictus, nullam animadversionem, nullumq prorsus Jurisdictioni suæ respectum exhibet. Quod quidem intuitu Pris Benedicti à Sº Josepho Mierzwinski actualis Ministri Brahiloviensis suiq localis Superioris tam in proprio ejusdem cubiculo, quàm in publicis Communitatis Actibus multoties comprobatum est, ita quidem, ut semel etiam in præsentia fabri murarii Withowski secularis hominis contra eundem Superiorem insurrexisse, interdum per curritoria pepulisse et alapas pugnis intentasse compertus sit, idq ideo, quia toties et tot ei cremati pocula propinare renuit, quoties et quot epotare sibi complacuit. — Patuit 3º Quia ex frequentibus Pris Isidori crapulis et ebrietatibus sordidissimi et scandalosissimi pullulabant effectus, nempe jurgia, imprecationes, invasiones et percussiones variarum personarum, insulsæ et blasphemæ blaterationes, temeraria judicia ac pernitiosa offendicula, intempestivi ac perquam molesti die nocteq clamores per curritoria et ad januas illorum, ad quos exagitandos ansam, et, ut ajunt, prætensionem aliquam confinxisse genio suo arriserat. Patuit 4º Quia Pater Isidorus tam in privata, quàm in publica vivendi ratione, non ad sacrosanctam Divinarum et humanarum Legum nor-

normam se se conformare studebat, sed pro vilis-
simo cupiditatum fomite vitam moresq suos com-
ponere nitebatur. Patuit deniq, quia Pr. Isidorus
post plurimas Provincialium et localium Supe-
riorum mansuetas admonitiones, post severio-
res interdum scriptotenus et oretenus repre-
hensiones, post medicinales ac salutares aliquo-
ties sibi impositas pœnitentias, non obstante
quoq extremi remedii seu expulsionis intermi-
natione, nullum hucusq resipiscentiæ ac emen-
dationis vestigium præseferre, nullamq bonæ
frugis spem facere deprehenditur.
Attendendo proinde, et cum debita animad-
versione ponderando, quia Pr. Isidorus eorumdem
criminum hic et nunc reus esse ac eo ipso formali-
ter incorrigibilis, et in sua incorrigibilitate perti-
nax et obstinatus esse convincit, ac educto ex binis
Processibus informativis Decreto authoritate Roma-
no-Catholici Collegii confirmato palam convi-
ctus atq promerita semiannuali pœnitentia affe-
ctus fuit: V. Definitorium conformiter ad men-
tem et tenorem Decretorum Sacræ Congregatio-
nis Concilii Smi Dni Nri Urbani VIII. verba: "Cæte-
" rum Sacra Congregatio Religionum Superiores
" serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtesta-
" tur, ut memores charitatis paternæ et mansue-
" tudinis, quam profitentur, nihil intentatum re-
" linquant, ut lucrentur animas fratrum suorum
" ferè in profundum malorum delapsas, antequam
" gravissimum atq extremum expulsionis remedi-
" um experiantur. Idq eo magis, quod subditorum
" sanguinem, qui ex malo negligentium et sui of-
" ficii immemorum Prælatorum regimine peri-
" bunt, Dominus noster Jesus Christus in Supre-
" mo Dei Judicio de eorumdem Prælatorum ma-
" nibus sit requisiturus: "His inquam sanctissimis

motivis inniti, ac infinita Patris misericordiarum bonitatis confisi, cum sciamus, non esse abbreviata manum Domini, ut salvare nequeat, horrenda formalis ejectionis sententiam minime equidem precipitandum, ac lenitatis et mansuetudinis viam secuti tantisper suspendimus; precavemus tamen ac finaliter Reverendorum promonemus, quod si forte quod Deus avertat! huic presenti nostre definitive sententie humiliter se non subjecerit, atq; pro superbe laxe concietie sue pervicacia, pretiosis atq; a Patre misericordiarum benigne sibi indultis temporis momentis abusus peracta cum sincero perseverantis emendationis proposito, quam ei hic et nunc injungimus, medicinali penitentia, exuto veteri, novum hominem, qui secundum Deum creatus est, bonum nempe Christianum, bonum Religiosum, bonumq; ac verum Jesu Christi discipulum non induerit, ac dissolutam hucusq; et scandalosam, in sanctam, modestam, exemplarem, ac vere piam et honestam vitam commutare et perseveranter prosequi non studuerit, precavemus ingeram, ac iterum iterumq; promonemus, quod Religio non ulterius Deo sibiq; subsannari, suaq; patientia et mansuetudine pertinaciter abuti permittet, atq; hec ipsa nostra sententia, illico pro authentica ratificatione ad Romano-Catholicum Collegium a nobis transmittenda, pro decisiva ac finali expulsionis sententia irremissibiliter suffragabit. Definitive itaq; decernimus, ac sententiamus, ut à publicatione presentium Reverendus in formali carcere seris ac repagulis bene provisio pro semiannuali seu sex mensium penitentia occludatur, idq; si forte huic nostre decisioni pertinaciter contravenire presumpserit, conformiter ad tenorem Pontificorum Decretorum, cum adhibito brachii secularis adminiculo et vinculorum remedio, sicq occlusus diebus Dominicis et festivis, ac tertiis et quinta feria tribus furculis, feria

secunda, quarta et sabbato duabus portionibus gaudeat, feria vero sexta in pane et aqua jejunet. Patris vero Ministri et totius Patrum Communitatis conscientiam oneramus, ut Scræ Sedis Apostolicæ Doretis ac Legum nostrarum sanctionibus innixi, occluso Ptri Isidoro Breviarium et libros spirituales suppeditare, eumq interdum cum fraterna charitate visitare, et per bona consilia ad meritoriè subeundam pœnitentiam exhortari et animare studeant. Conformiter scilicet ad canonem Constitutionum Ordinis Cap: 31. § 4. n. 6. "Prælatus per se, vel per
" alium curet de solatio incarceratorum, et de
" exhortatione ad tolerantiam. Libros spirituales
" illis concedat; sed non atramentum, nec alia ad
" scribendum requisita, nisi raro, pensatis circum-
" stantiis" et cum scientia eorum quæ scribunt.
Atque ita decernimus, statuimus ac sententiamus, hanq nostram definitivam sententiam propriis manibus subscribimus Luceoriæ die 16ª mensis Junii Millesimo octingentesimo vigesimo secundo Anno.

Fr Marcellinus à S. Martino Minister Provincialis ...
Fr Antonius à Nativitate BV Mariæ Deffinitor Annus Provinciæ ...
Fr. Aloysius à Concept. B.V. Mæ. Definitor 2dus.
Fr Leo a Natt BVM Deff Btius
Fr Leo a Sto Nicolao Definitor Htus.

Sessio Vigesimatertia

Die 14. Junij horis matutinis peracta. Quamvis ad tenorem Divinarum humanarumq Legum, tam in Capitulis et Definitoriis Provincialibus, quam in Officiosis Ministrorum Provincialium

Visitationibus, multiformes prodierint Sanctiones, quæ spiritualis et temporalis boni integritatem, seu exactam disciplinæ regularis praxim ac fidelem Patrimonii Christi administrationem ex professo urgent ac necessariò demandant: quia tamen experientia testa, partim per injuriam temporum, partim per malevolam nonnullorum incuriam, aliqua Provincia Domicilia in utroq respectu plurimum damnificata et ad extremam fere penuriam redacta esse conqueruntur: providè Definitorium, indemnitati utriusq boni salicitè prospiciendo, statuit ac decernit.

1° Superiorum localium, una cum Consiliariis, conscientiam sub strictissimo ligamine obstringit, ut tanquam immediati ac fideles utriusq boni depositarii et custodes, conformiter ad Sancita in Generalibus ac officiosis per dd. Rdos Decanos aut Ministros et Visitatores Provinciales expedita libriq domesticis inserta, quæcunq exactam Legum Dei et Ecclesiæ observantiam, disciplinæ regularis praxim, pacem et charitatem fraternam, honestam minimeq derogandam necessariorum in victu et amictu subministrationem, exemplarem Parochialium obsequiorum curam, fidelem juriurm stolæ et stipendiorum Missæ ad communem Domûs majam importationem, accuratam minimeque sophisticam officiorum Domus et Parochiæ Librorum conscriptionem, diligentissimam tam in Claustro, quàm in prædio rei familiaris parsimoniam et custodiam, ac cætera id genus munia concernunt, vigilantissimam curam extendere studeant: si quis verò è Religiosis, quod Deus avertat! vocationis suæ immemor, mera incalescere, in functionibus Chori et Ecclesiæ negligentem, proterum et contumacem præseferre attenta verit, Superiores nequaquam Legum injuriam impunem esse, suamq authoritatem derideri et contemni patianter, sed post trinam in Conven-

Conventuali capitulo paternam admonitionem
et reprehensionem, immediatè pœnas Canone Le-
gum pro qualitate culpæ taxatas, super inobedien-
tes et petulantes extendere satagant. 2º Patribus
Magistris et Vi Magistris Novitior. V. Definitori-
um iterum iterumq injungit, ac per viscera Jesu
Christi obtestat, quatenus commissam sibi novella-
rum plantarum familiæ sedulo invigilantes, men-
tes et corda Novitiorum solida spiritualium axi-
omatum, asceticorum charismatum eruditione,
tenerrima veritatum Evangelicarum cognitione
imbuere, tum in Ritibus et Cæremoniis exactè
instruere, et, quantum ab his principalibus obliga-
tionibus supererit temporis, doctrinalibus quoq
linguæ Latinæ elementis aliquam quotidiè tem-
poris moram impendere satagant, quod si aliqui
eorum extranei idiomatis quoq notitiam possident, omnimo-
dam adhibeant curam, ut per continuum exer-
citium in eo perficiant. Quæ quidem circumspec-
tio et solicitudo PPbus quoq recenter professorum
Magistris et Professoribus respectivè injungitur.
3º Quod concernit susceptionem aspirantium ad
Scrum nostrum habitum aut ignotorum hominum
ad aliqua in Claustro vel prædio servitia sese offe-
rentium, V. Definitorium strictissimè præca-
vet, ac iterum iterumq inculcat, ut multifor-
mia tam in multis annis, quam recenter à Supre-
ma Jurisdictione hac in parte edita et publicata
Regulamina adamussim observentur, nec aliter
tam ad Religionem aspirantes, quam ad servitiũ
sese offerentes suscipiant, nisi prius locali regimi-
ni seu Districtus Politiæ notificent, præsententur,
de suis testimoniis, de sua libera aut servili condi-
tione, deq cæteris requisitis seriò examinentur,
ac sic tandem aut admittantur, aut rejiciantur.
4º Quandoquidem aliqua Domicilia non solum debi-
tis passivis, sed etiam onere Missarum ab antiquo
gravata à V. Definitorio aliquod subsidium et le-

levamen exposcunt, obligantur proinde Superiores locales, ut residua à perpetuis, parochialibus et stipendialibus obligationibus Sacra quolibet bimestri ad N. Pre Provincialem transmittere curent, ut sic et gravibus conscientiæ oneribus, et fraternæ charitatis necessitatibus quantocyus satisfieri possit.

5.o Anno 1819. mense Octobris, et 1821. Anno in Julio Conventus Theophilpoliensis et Residentia Szumbarensis, anno quidem anteriore ad V. Definitorium, posteriore autem ad Nrum Pre Provincialem supplicem libellum cum dilucida demonstratione porrexerunt. Et quidem quod concernit Petitum a Conventu Theophilpoliensi ad V. Definitorium 1819. et ad Nrum Pre Provincialem 1821. porrectum, et ad Pre Gasparum à Jesu Maria Moraczewski directum, utrinq eidem injunctum et demandatum erat, ut claram, fidelem, distinctam minimeq sophisticam daret in scriptis explicationem, 1.o Quare census annuus 1811. anno pro Ratha Sti Joannis a Pri Mca Dono Moszczynski per Pre Gasparum eotunc Ministrum Theophilpoliensem receptus, Registris tamen Domus non est inscriptus? Deinde Idem Pr. Gaspar 1811. anno die 12. Aprilis, inscia et inconsulta Communitate, accepit à Pri Mca Dmina Marianna Przybyszewska Summam 2000. florenor Polonicalium. cum obligatione stante ejus vita unum quavis hebdomada Sacrum, post sera autem ejus fata 1000. mille Sacra absolvendi. — Similiter tandem summam 600 flr. Polium a Mca Domina Marianna Zawadzka, inscia et inconsulta Communitate, pro perpetuis obligationibus idem Pr. Gaspar 1811. anno. 10. Martij suscepit. Utramq porro hanc 2600. flor. Poliu. Summam contra stylum Curiæ Romanæ onerosam, arbitrariè susceptam, et per seipsum tantum in Libro Decretorum Communitatis breviter insertam, neq N. Pri Provinciali praviè notificatam,

neque Communitati significatam, absq ullo lucro, utpote nullibi pro annua provisione elocatam successori reliquit. — 2.º Pater Gaspar a Summa 5360. flor. Polii apud Perlitre Nrm Dominum Kołysko elocata toto sui Theophilpoliensis Superioratus tempore provisionem lucrabat, prout quietationes manu ejusdem Pris Gasparis scriptæ et subscriptæ testant, interea in Registris perceptarum Domus nulla de hac provisione mentio invenitur.

4.º Pater Gaspar à regimine Domus Theophilpoliensis remotus nulla manualia Perceptarum et Expensarum Registra Raptulatz vocitata suo successori reliquit, cum tamen Regulari et Civili Lege ea sint demandata. Similiter superstites in vita Religiosi, ipsiq famulitium domûs exercentes operarii attestant, quod etiam Cæroficinæ tam manualia, quam officiosa Perceptarũ et Expensarum Registra semper antiquitus reperiebantur, et à Visitatoribus approbabantur, stante autem Pris Gasparis superioratu ea evanuerunt, nec ullam successores capere possunt notitiam, quid eis contigerit, et ubinam reperiantur: hoc solùm Religiosi et famuli Domus unanimiter comprobant, quia per Patrem Gasparum exusta fuêre.

Pater Gaspar, a V. Definitorio 1819. Theophilpoli celebrato, similiter et 1821. per Nrũ Pre Provincialem sub actu officiosæ in Conventu Trinitopoliensi in scriptis 22. Octobris ejusdem Anni ei porrectis officiosè requisitus, ut ad hæc momentosa utpote ligamen conscientiæ et boni communis integritatem concernentia puncta adæquatam minimeq fucatam daret explicationem. Licet porro a V. Definitorio 1819. cum interminatione quoq in subsequo Capitulo Judicii

praemonitus, similiter et a Nro Pre Provinciali iterum iterumq anno elapso scriptotenus solicitatus fuit, ut sepositis quibusvis minimeq suffragaturis cavillationibus, clare et simpliciter se explicaret et proposita puncta resolveret, his tamen non obstantibus, absq ulla Jurisdictionis Regularis animadversione, non jam claram et veridicam, sed pro superbo genii sui videri, utrobiq obscuram, mutilam, sophisticam, ementitam, non jam verosimilem explicationem, sed irrisoriam potius et ironicam narrationem, post aliquot mensium decursum, complacito nempe sibi temporis mora transmittere dignatus est.

Quod autem alteram paginam respectu Szumbarensis Domicilii ei per Nrum Pre Provincialem 1821. 22. Octobris Trinitopoli porrectam concernit, in qua ex indagatione per Pre Vincetium a SSctis Apostolis Lipinski Ministrum Theophilpoliensem à Nro. Pre. Provinciali deputatum hac in parte Commissarium 23. Aprilis 1821. in Szumbar expedita, aliquae boni communis damnificationes ac in Registris Perceptarum et expensarum falsitates per Pre Gasparum tempore ejus praesidentiae perpetratae, ac in generali quoque Rndi Decani Klonowski Visitatione 1820. XX. 9bris peractae indigitatae, Libroq Visitationis insertae, atq Pri Gaspari per Nrum Pre Provincialem specificè per longum et latum de verbo ad verbum porrectae fuerunt, omnia haec puncta Pr. Gaspar alto silentio contexit, nullamq ad ea V. Definitorio aut Nro. Pri. Provinciali responsionem dedit.

Conformiter porro ad mentem et decisionem V. Definitorii. 1819. celebrati, praesens Definitorium cum Paterna quidem teneritudine et amica intentione, serio tamen et ultimato. Pre Gasparum praemonet, hortatur et solicitat, ut conscientiae et famae suae integritati, boni com communis indemnitati, et quod caput est momen-

tosissimo æternæ salutis suæ negotio consulturus,
ad porrecta sibi monita Trinitopoli 1821. 22. Octo-
bris duo jussa, quorum unum Nro 142. Theophilpo-
liensis Conventus, alterum Nro 143. Szumbaren-
sis Domicilii negotium continet, et utrumq Re-
gularibus Institutis ac supremæ Jurisdictionis
Regulaminibus innititur, sinceram responsio-
nem et claram explicationem. V. Definitorio
tempore Autumnali Anni currentis celebrando
in scriptis transmittere curet: Præcavet autem ac iterum
iterumq V. Definitorium præmonet, ut ab
omnibus à longè petitis, aliunde contortis, vel
quomodocunq ambiguis, indifferentibus, multoq
magis cavillatoriis, sophisticis, alienam famam
carpentibus, in alios culpam retundentibus ex-
pressionibus, ac eo ipso falsis et ementitis ter-
minis se se abstineat, sicut enim hæc talis ex-
plicatio in altefato 1819. Definitorio data, et
præsenti quoq anno ad Nru. Pre. Provincialem di-
recta, utpote manifeste falso supposito labo-
rans rejecta ac pro nihilo reputata fuit, ita
subsequa etiam ac ad futurum Definitorium
transmitti demandata explicatio, si forte simi-
li sophismatum ac tergiversationum respersa
deprehendatur farragine, similiter quoq reji-
cietur et pro nulla reputabitur.

Ne vero Pr. Gaspar hanc nostram Paternam
mansuetudinem ac sinceram cautelam ægro
animo ferre præsumat, aut forte ex male
volo ac infenso animo pullulare arbitret, pro-
testamur ac ecce coram Deo quia non menti-
mur, quod sicut omnes in Christo fratres, ita
illum quoq ipsum æquali charitate ac intima pro-
sequimur teneritudine. Sed quia hic et nunc tam
quoad spirituale, quam quoad temporale regi-

regimen Nobis desuper commissa est cura et solicitudo, cujus virtute incremento ejus prospicere, damnis vero et detrimentis ejus obviare, ac juxta posse ea resarcire, sub strictissimo conscientiæ ligamine, ac sub inevitabili responsionis interminatione tenemur; non possumus non loqui et non urgere, ubi aliqua hac in parte negligentia intercedit aut damnificatio deprehenditur. Cæterum certo certius sibi Pr. Gaspar persuadeat et convincat, quod licet pia Mater Religio nedum communes fragilitates, sed graviores quoq et criminosas tergiversationes manuete tolerat, leniter reprehendit, ac pro fraterna charitate hactenus cooperit et reticet; si tamen hac materna ejus mansuetudine ac benigna lenitate, sicut huc usq, ita ulterius quoq abuti perrexerit et præsumpserit: Nos quamvis indignos nos ac infimos Matris Religionis filios profitemur, quia tamen ad clavum Jurisdictionis Regularis sedemus, atq eo ipso officiosi Legum Custodes, ac tam Spiritualis, quam temporalis boni Canonici administri nominamur et sumus, authoritatem nostram non ultra irrideri et subsannari patiemur, sed ruptis deniq diuturnæ patientiæ visceribus, ut tandem aliquando similibus absurdis et detrimentis finis imponatur et efficaciter occurratur, ad extrema remedia manum admovere et recurrere adigemur.

Sessio Vigesima quarta

Hæc Sessio die 16. Junij horis matutinis fuit expedita. — In hac sessione adhuc quidem Domum pro celebrando futuro Capitulo V. Definitorium non determinat, consuetam tamen pro Domo Capitulari Contributionem Superioribus localibus insinuat, ac tempestivam ejus ad cassam Provinciæ importationem Nro. Patri

Provinciali committit. — Notum quoq facit, quia in decursu præsentis Definitorii pro vacantibus officiis Canonica facta est electio, scilicet Pr. Leonardus a Conceptione BaVis Mariæ in Ministrum Conventus Trinitopoliensis, Pr. Vilhelmus a Sto Antonio Minister Conventus Berestecensis in secundum ex secundis Socium, et Pr. Franciscus a Sto Josepho Calasanctio Sæ T. Lector in primum Procuratorem seu Redemptorem Provinciæ Canonice electi et confirmati extitere.

Cumq iam nihil ultra ad agendum restaret, proinde Secretarius totum præsentis Definitorii Actum perlegit, eumq perlectum ad Stylum Legum Ordinis propriis manibus subscripsimus Luceoriæ die decimasexta mensis Junij Millesimo octingentesimo vigesimo secundo Anno.

Fr Marcellinus à S. Martino mllæ Mno Prolis pa

Fr Antonius à Nativitate BVmariæ Deffinitor Provinciæ mp

Fr. Aloysius à Concept. B.V.Mæ. Definitor 2dus.

Fr Leo a Natt BVM Definitor 3tius

Fr Leo a Sto Nicolao Definitor 4tus et ejusdem Definitorii Secretarius mp.

Benedicta sit Sanctissima Trinitas.

Acta V. Definitorii Provincialis sub Præsidentia N. P. Marcellini a S. Martino Ministri Provincialis in Conventu Theophilapoliensi Die 10. Martii 1823. Ac expediti.

Sessio prima.

Hæc Sessio initium sumpsit die 10. Mensis Martii horis matutinis. In qua quidem præmisso brevi alloquio, quo N. Pater Minister Provincialis tres præsentes Provinciæ Definitores, P. nempe Aloysium à Conceptione B. V. M. hic et nunc primum, P. Leonem à Nativitate B. V. M. secundum, P. Leonem à S. Nicolao tertium Provinciæ Definitorem salutavit, quandoquidem unus è gremio Nostri P. Antonius à Nativitate B. V. M. primus antehac Provinciæ Definitor die decimaquarta mensis Decembris elapsi Millesimi octingentesimi vigesimi secundi anni è vivis excessit. Porro, postquam fraternæ teneritudinis officiis justisq dolo-ribus satis datum est, illico ad ea factus est accessus, quæ Canone Legum præscripta manent. Itaque præmissis præmittendis, quæ Constitutionum Capite 39. §. V. indigitata deprehenduntur, post electionem ac depositionem juramenti Secretarii P. Leonis à S. Nicolao, N. P. Provincialis declaravit, primas Definitorii Partes esse, ut ante omnia ad electionem Definitoris accedatur, priusquam ad alia manus admoveatur. Distributis proinde schedulis pro faciendа proximè eligibilium. P. nempe Leonardi à C. B. V. M., et P. Romani à S. Matthæo electione, pensatis pensandis modernarum circumstantiarum momentis, ex prælibatis duabus Personis cecidit sors super P. Romanum à S. Matthæo, qui favente sibi quaterno secretorum suffragiorum numero, in quartum Provinciæ Definitorem electus, mox à N. P. Provinciali renuntiatus extitit.

His peractis, N. P. Provincialis manifestavit, quod juxta Commissionem à V. Definitorio anni elapsi sibi intimatam in Visitatione Domicilii Rzyszczoviensis mense Decembri anni praeteriti expedita, strictam init rationem circa peculium P. Raymundi à Regibus justis causis retentum, Rubl. nempe argr. 100. Papyraceorum 60. et aereorum 3½; quia porro patuit 1º quod per malevolam P. Raymundi incuriam currus Claustralis doroszka dictus per totum deterioratus et multoties confractus fuit, Judaeus quoque ab eodem conductus nedum in salario injuriatus sed verberibus quoque affectus et ad fugam adactus erat, proinde ex summa praelibata 32. rubl. argr. detruncati fuêre. 2º Patuit, quia P. Raymundus tempore suae praesidentiae in Szumbar lebetem Claustralem Inventario Domûs inscriptam (vulgo Alembik) alicui Judaeo vendidit, Perceptae vero Domûs minimè investivit, lucratus autem pro illo fuit rubl. arg. 4. cop: 25. totidem ergo pro bonificatione Claustri detruncati fuêre. Proinde ex quanto peculii superiùs expressi remanserunt tantùm rubl: arg. 63. cop: 75. Pap. 60. aer. 3½. quod equidem peculium eidem captato tempore reddetur. — Hanc indemnizationem per N. P. Provincialem injuriatis determinatam et impensam V. Definitorium utpote legibus justitiae commutativae conformem approbat ac ratam firmamq. declarat.

His discussis, Sessio soluta.

Sessio Secunda.

Haec Sessio eadem die horis pomeridianis expedita. In hac porro Sessione Domus Capitularis pro celebrando brevi Capitulo Provinciali determinata est, nempe Conventus Theophilpoliensis. — De Capitulo autem Provinciali convocando, visum est V. Definitorio, ut illud nonnihil differatur, ad diem scilicet quintam mensis Julii currentis millesimi Octingentesimi vigesimi tertii anni, idque tum propter aquarum eluviem ac

ac viam lutosam, quæ verno tempore passim contingere solent, tum propter alias graves, V. Definitorio bene notas ac tempore Capituli patefaciendas causas. Ex prorogatione porro Capituli, V. Definitorium declarat ac injungit, ut Chartæquantæ Domorum ad ultimam mensis Maji conficiantur, ac 1mis Junii indilatè ad Definitorium ante Capitulare transmittantur.

In hac quoque Sessione lectum fuit Petitum à Superiore et Consiliariis Collegii Luceoriensis scriptum ac V. Definitorio porrectum. In hoc porro petito insinuatur, quod quandoquidem exenumeratis à Collegio Luceoriensi ad manus Pis p: m: Antonii 1820. d: 29. Januarii Mnri Provincialis Rubl: arg: 403. ad cassam Seminarii Vilnensis consignandis, hucusque præfatus Pr p: ma: Antonius Rubl: 268. cop: 28. retinuit ac ad prælibatam Seminarii Vilnensis cassam minimè restituit; rogat proinde Collegium Luceoriense, quatenus V. Definitorium ex residuo post fata Pis Antonii peculio pro re et interesse Collegii Luceoriensis prædictos Rubl. 268. cop: 28. tanquam ejusdem proprium ac instantanee Vilnam transmittendum. Quantum determinare et consignare dignetur. V. Definitorium Legibus æquitatis consentaneam Collegii Luceoriensis animadvertens petitionem, benignè annuit, ac N. P. Provinciali committit, ut ex residuo post fata P. Antonii peculio Rubl: 268. cop. 28. enumerare non gravetur, Collegium verò quantocyus hanc summam Vilnam transmittere curet, ne interminatæ executionis discrimini exponat. His expeditis, Sessio ad subsequens tempus soluta.

Sessio tertia

Die undecima Martii horis matutinis expedita. In hac Sessione V. Definitorium accessit ad confirmationem electi in hesterna matutina Sessione

Definit-

Definitoris quarti, P.s nempe Romania S.o Matthaeo.
Quia porro intra spatium viginti quatuor horarum
nullum circa hanc electionem patuit impedimentum,
hinc in moderna Sessione concordibus omnium
votis et calculis praefatus P. Romanus à S.o Matthaeo,
Definitor quartus confirmatus extitit. — Et Ses-
sio in crastinum soluta fuit.

Sessio quarta

Haec Sessio die duodecima mensis Martii Anni
currentis horis matutinis instituta fuit. In qua qui-
dem, cùm jam nihil ultra ad agendum super-
esset, hinc ultimam operi apponendo manum,
ut Actus Canonicè inchoatus et continuatus Cano-
nicam quoque sumeret conclusionem, Secretarius
Definitorii pro more et accepta praxi consurgens,
omnia ejusdem Sancita à capite usque ad calcem
de verbo ad verbum legit. Qua lectione finita,
Actus conclusus et Canonica manuum subscripti-
one confirmatus extitit. Die duodecima mensis
Martii Millesimo octingentesimo vigesimo ter-
tio Anno.

Fr. Marcellinus à S.o Martino rellae Mus Prlis ppa
Fr. Aloysius à Concept. B.V. Mae. Definitor Provinciae Imus. mpp.
Fr. Leo a S.o Nicolao Definitor Provinciae tertius
et ejusdem Definitorii Secretarius. mpp:

Benedicta sit SSSma Trinitas

Acta venerabilis nostri Ante Capitularis Definitorii Provincialis sub Praesidentia N. Pris Marcellini a S. Martino Provincialis Provinciae S. Joachimi ac hujus actus Praesidis, celebrati in Domo nostra Capitulari Theophilopoliensi diebus ultimis Junii usque ad Quartam Julii currentis anni Millesimi Octingentesimi vigesimi tertii — Hoc Definitorium ante Capitulare Theophilopoliense in Nomine Domini Congregatum ac ex Quatuor (inque) personis Collectum, videlicet: Nostro Patre Marcellino a S. Martino Provinciae Sancti Joachimi Ordinis SSSmae Trinitatis Provinciali ac Praeside hujus actus, ac ex Patribus Provinciae Definitoribus Quatuor, scilicet: Aloysio a Conceptione B. Virg. Mariae Definitore primo — Pre Pre Leone a Nativitate Beatissimae Virginis Mariae Definitore secundo — Pre Leone a S. Nicolao Definitore tertio et Pre Romano a S. Mathaeo Definitore quarto.

Sic ergo hi omnes Patres pro termino sibi praefixo per antecedaneum Definitorium convenientes ac Die vigesima quinta Junii currentis ad Destinatum pro celebrando praesentis Definitorii locum, pulsu solito Campano facto vocati, solitas ac fervidas ad Deum Spiritum luminis intellectus et veritatis, implorantes de caelo auxilium fuderunt, et hunc actum horis pomeridianis inchoarunt ac primo —

Sessione prima

Die vigesima quinta Junii horis pomeridianis sessio initium suum duxit a lectione et Discussione Computus trienalis Conventus Theophilopoliensis in quo venerabile Definitorium accurate esse adscripta adinvenit, et soluta est sessio

Sessio secunda

Die vigesima sexta ejusdem In hac Sessione visi sunt Libri in specie qui hoc trienio accesserunt ad Bibliothecam Conventus Theophilopoliensis — In hacq Sessione lectae sunt Chartae quantae Domiciliorum Camenecense et Ryszczoviense et finita est sessio

Sessio tertia

Sessio tertia.

Ratione adventus Principis Nicolai Sapieha Protectoris Scholae nostrae ac ratione Examinum Scholasticorum Saecularium non fuit habita sessio usque ad primam Julii inclusive — hac vero die Secunda Julii sessio tertia horis matutinis est instituta in qua lectae sunt Chartae quantae Domorum Antecolensis, Luceoriensis et Berestecensis in quibus omnia legibus nostris consona venerabile Definitorium advertit, et in hoc Sessio finita

Sessio quarta

Eadem die horis pomeridianis ad Sessionem hanc instituendam congregati Patres Definitores cum suo Praeside legerunt Computus trienales Domorum Brahiloviensis, Szumbarensis et Molodecensis et soluta est sessio.

Sessio quinta

Die tertia Julii horis matutinis lectae sunt Chartae quantae Domorum Orsensis, Vitebscensis et Janoviensis et soluta est sessio. —

Sessio sexta

Eadem Julii 3a die horis pomeridianis expedita. Porro perlectis in anterioribus sessionibus aliquarum Domorum Chartaquentis, nam Trinitopoli, Bresta, et Criviciis non sunt transmissae, in moderna sessione pro necessaria in posterum cautela, Ven: Definitorium animadvertit 1o Quod nonnullae nimis obscure et inintelligibiliter sunt conscriptae, in nonnullis verò quo ad utrumque idioma ortographia et gramatica desideratur — 2o Quod praeter Antecollim, Luceoriam, Berestecum, Camenecum, Ryszczoviam et Molodecum, ubi summae capitales, pro accepta semper praxi et consuetudine, specificè quò ad suam elocationem et retentam ab unaquaque provisionem distinctae manent, reliquarum Domorum Chartaquantae genericè duntaxat ac eo ipso inadaequatè hanc materiam expresserunt — 3o Quod in non nullis Domibus aliquae summae accesserant pro perpetua obligatione, interea requisita à Constitutionibus Cap XI, §o III. cautela non est servata. 4to Quod in aliquibus Domibus ubi et fundus sufficiens reperitur, et communitas non adeò numerosa et

fam

famulitium non omnino magnum, et percepta satis est copiosa, interea remanens ex trienali computu per quam tenuis et obventionibus minimè correspondens apparet.

In hac quoque sessione lecta fuit conventio communitatis Ryszczoviensis* cum P. M. D. Romiszowski* facta, quo ad restaurationem antiqui Claustri de ligno extructi jamque extremam ruinam minantis, impensis ejusdem Civis faciendam, cum conditione advitalitatis ejusdem cum sua consorte mansionis, et persolvendi quotannis viginti rublones argenteos, post fata autem utriusque compartis restaurata aedificia in rem et usum fructum Conventus remanebunt; quam quidem conventionem jam tempore visitationis per P. Provincialem roboratam, hic et nunc Ven: Definitorium uti pro bono et emolumento Domûs utilem ratam habet et confirmat.

In hac itidem sessione lecta sunt testimonia Medicorum, et notificatio Illmi Antistitis Cieciszowski. In hac Luceoriâ transmissa circa statum infirmitatis Fr. Cypriani Hermanowicz; quod quidem negotium ad decisionem V. Capituli reponitur.

Tandem lectus fuit Elenchus personarum remotè eligibilium qui quidem posterius inscribendus venit. — Et his peractis, sessio in crastinum soluta.

Sessio Septima

Die quarta Julii horis matutinis expedita. — In hac perlecta fuerant aliqua scripta P. Isidori a Sto P. N. Joanne per P. Provincialem ad Ven: Defin. porrecta. — His porro perlectis et discussis miratur praeprimis Ven: Definitorium quod Pr. Superior Brahiloviensis contra punctum ex constitutionum Cap. 31. §. 4. n. 6. in anteacti anni Decreto citatum sese gerere et ad tantam tamque odiosam incompetentium scriptorum farraginem quasi cooperari presumpserit. Perpensis porro futili-

bus,

cavilatoriis, sophisticis, philauticis jurisdictionis Regularis offensivis et praejudiciosis P.s Isidori ratiocinationibus non jam ad arbitrariam, ut ipse garire non erubescit, sed ad formalem, juridicam, legalem et decisivam Ven: Capituli sententiam remittit; praemonet tamen eundem, quod nisi confictis semperque falso supposito laborantibus suis querelis abjectis, ad saniora redeat consilia, et non jam seipsum innocentem nulliusque culpae conscium falso depraedicet, sed totius regularis ac civicae etiam communitatis fide digna de sua perseverante resipiscentia et poenitentia testimonia promereatur, praemonet inquam Ven: Defin: quod tanquam incorrigibilis, semperque pertinax et scandalosus, autoritate Vener: Capituli, vel post Capitularis Definitorii, ut talis reputabitur, judicabitur, et in perpetuo carcere ad agendam publicam poenitentiam recludetur.

Hac sessione porrectus fuit Catalogus personarum per Secretarium Definitorii in Ordine ad componendum Cathalogum juxta aetatem requisitam, merita seu graduationem et Interstitia, ex quo a V. Definitorio confectus est Cathalogus personarum remotè eligibilium, ut sequitur:

P. Aloysius a Concep: BV. Mae in Prvlm et Mnrm
P. Valentinus a Nativitate BVM. in Definit: et Ministr.
P. Vilhelmus a S.o Ignatio
P. Procopius a S.o Stanislao in Definitor. et Ministrum
P. Felicianus a S.o Francisco.
P. Marcellinus a S.o Martino in Prvlm. Defntm et Mnrm.
P. Leo a Nativ. BV. Mae in Prvlm et Ministrum.
P. Damascenus ab OO. SS. in Definit. et Mnrm.
P. Emilianus a S.o Michaele in Mnrm
P. Florentius a S.o Petro de Ali: in Mnrm
P. Camillus a S.o P. N. Felice in Mnrm.
P. Benedictus a S.o Josepho in Defntm et Mnrm
P. Leo a S.o Nicolao in Prvlm et Mnrm
P. Leonardus a Conc: BV. M. in Prvlm. Defin. et Mnrm

P. Lucius a S. Joanne Baptista in Dfrm et Mnrm.
P. Vilhelmus a S. Antonio in Prvlm, Dfrm, Mnrm.
P. Casimirus à S. Catharina.
P. Hilarius a S. Anna.
P. Ambrosius a S. Nicolao.
P. Clemens a S. Vincentio in Mnrm.
P. Leopoldus a S. Joachimo.
P. Antonius a S. Francisco.
P. Franciscus a S. Josepho Calasantio in Dfrm, Mnrm
P. Vincentius ab Aplis in Dfrm et Mnrm.
P. Gaspar a S. Joanne Cantio in Mnrm
P. Salesius a S. Jacobo in Mnrm
P. Victor a S. Ignatio in Prvlm, Dfrm, et Mnrm.
P. Romanus a S. Matthaeo in Dfrm et Mnrm
P. Venceslaus a S. Casimiro.
P. Josephus a S. Joan. Nep. in Dfrm et Mnrm
P. Valerianus a S. Antonio.
P. Valentinus à Regibus.
P. Joachimus a S. Casimiro in Mnrm
P. Onuphrius a S. Erasmo in Dfrm et Mnrm.
P. Melchior a S. Matthia in Mnrm.
P. Felix a SS. Nre Jesu in Mnrm
P. Felix ab Angelis in Mnrm
P. Stanislaus a S. Francisco Xaverio.
P. David a S. Victore.
P. Gabriel a S. Jacobo in Mnrm
P. Adamus a S. Vincentio.

P. Blasius

P. Blasius a S.o Joane Evgl.sta in Mnrm.
P. Michaël à S.o Francisco in Mnrm.

Sessio Octava ac Ultima

Cum in hac Sesione ultima instituta die ut supra anni currentis nihil ad agendum superfuerat V. Dr.io nisi confirmatio eorum omnium, quae in hoc Definitorio acta sunt per lectionem eorum omnium; ideo Secretarius Definitorii lectis omnibus actis a principio usque ad finem hunc Librum ad Subscribendum porexit Die Quarta Mensis Julii 1823. Anno. et in hoc Definitorium praesens finitum.

Fr. Marcellinus à S.o Martino vell.e Suor. Pris.pu
Fr. Aloysius à Concept. B.V. M.ae Definitor Amus.
Fr. Romanus a S.o Mathaeo Definitor Quartus ac Gust.us Defin.
Secretarius

Benedicta sit SSS. Trinitas

Acta Venerabilis Definitorii Provincialis Postcapitularis, sub præsidentia N. R. P. Victoris à S. Ignatio Ministri Provincialis, S. T. D in Domicilio Szumbarensi die 15. Mensis Junii, et sequentibus 1824 celebrati.

Sessio prima

Hæc sessio initium sumpsit die 15. Mensis Junii a. c. horis pomeridianis. In qua quidem præmissa imprimis Spiritus S. invocatione, congregati Patres, nempe N. P. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis, Pr. Marcellinus à S. Martino Definitor Proviæ Primus, Pr. Benedictus à S. Josepho Definitor Proviæ secundus, et Pr. Leonardus à Conceptione B. V. Mæ Definitor Proviæ 4tus (: tertius namq. Definitor Pr. Romanus a S. Matthæo, utpote Scholæ Districtorialis Theophilopoliensis Præfectus, ob urgentissima Educationis negotia nullatenus hic et nunc comparere potuit.) Canone Legum Nostrarum, præscriptum juramentum emisêre. Mox quoq. vigore earumdem Legum ac electionem Secretarii accessum fecêre, atq. unanimitate votorum, electus in Secretarium Definitorii Pr. Leonardus à Conceptione B. V. Mæ, consuetum pro suo officio juramentum emisit. his peractis —

Lecta fuit Conventio per R. N. P. Provincialem cum M. Dño Vincentio Lewkowicz Plenipotente Illmi Chodźko Bonorum Krzywice Hæredis, 5. 9vembris facta, 1823 anno circa assecurationem persolvendæ Domicilio Nostro Krzywicensi provisionis ab aliquot annis retentæ, atq. summam florenor. Poll. 8,280 efficientis, et quidem in termino 1a Januarii et 23. aprilis, ita quidem ut postquam ad præfixum terminum prælibata 8,280 florenor. Poll. Summa persoluta, ac eo ipso retenta provisio ex integro restituta fuerit, in subsequis jam annis, sola dumtaxat annua flor. Poll. 2170 æquivalens provisio, in termino 23. Aprilis

ani. c. 1824 jam vero 1825 et 1826 d. 23 aprilis

pendenda remaneat. Cautum porro est quod quandoquidem ad calculum hic et nunc factum quaecumque reperibiles Quietationes et extractae ex Registris obliquidationes, ab utraque parte productae, ingrossatae et acceptatae, usq ad praefixum et supraterminum extitere, nullae proinde praetensiones abhinc aliquem influxum et respectum habere poterunt – In hac eadem Sessione lectus fuit Contractus die 28. 7tembris 1811 anno factus, vigore cujus Perillustris M. Dnus Joannes Chodzko Bonor. Krzywice Haeres accepta et ad manus suas enumerata flor. Poll. 4000 Summa, assecuravit Domicilium Krzywicense, quod turrim Ecclesiae jam quidem ab antiquo sursum protensam, ast nudum plene finitam, cum suis operariis et materialibus consummabit, incrustabit, et dealbabit –

In hac quoq Sessione lectae fuerunt Chartae quantae Conventus Trinitopoliensis, et Domicilii Krzywicensis, quae pro termino Definitorii Ante-Capitularis, non erant transmissae

In hac deniq Sessione lectum fuit Petitum Ftris Stanislai a S. Josepho Kudrzynski Donati, quo discusso V. Definitorium annuit, ac determinat. 1o. In quocumque Claustro Fratrem Stanislaum munere contigerit, semper a Summa 4000 flor. Poll. duae partes provisionis eidem suae mansionis Claustro enumerabuntur, tertia vero pars ad manus ejusdem Ftris Stanislai consignabit. 2o. Post sera Ftris Stanislai fata, in vim praefatae 4000. florenor. Poll. Summae pro anima ejus quinquaginta Vigiliae cum totidem Sacris decantabunt, necnon 1500 legentur.

Sessio secunda

Die 16. mensis Junii a.c. expedita. In hac Sessione ex propositis per N.P. Provincialem P.F. Lucio a S. Joanne Baptista, et P.F. Ambrosio a S. Nicolao, Pater Lucius unanimitate votorum in Chronistam Provinciae electus fuit –

Quandoquidem ex Testimonio Communitatis Orsensis scripto tenus ad N.P. Provincialem transmisso, atq manibus Ptis Gasparis a S. Joanne Cantio Ministri Con-

vestus Orsenis, P. Davidis a S. Victore Vicarii, et P. Valeriani a S. Antonio Concionatoris subscripto patuit, quia Fr. Michael a S. Alexandro Petranowski Diaconus exemplarem pro delictis suis poenitentiam agendo, contractam irregularitatis censuram expiâsse supponitur, ac ipsi Religioni in dubiam spem praeferre videtur. his proinde motivis inductum V. Definitorium declarat, quod si adjuvante Dei gratia ac propria sedulitate cooperante, in hac laudabili vitae, morumq. probitate perseverantem se monstraverit, ac certissima emendationis signa jugiter praetulerit, eo tunc favente sibi S.ae Communitatis approbativo Decreto, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri dignus judicabitur, ac reipsa Sacerdotio initiari permittetur –

Cum summa cordis amaritudine innotuit V. Definitorio, quia P. Isidorus indurata protervia sua innixus, usq adeo caeca mente, in scandalosa crimina prolabi assolet, ut jam omnia media reducendi eundem ad meliorem frugem nihil proficere nullamq emendationis spem praeferre et sortiri deprehendantur: proinde V. Definitorium consentit et suadet, ut N.P. Provincialis obviando futuris malis, atq status Ecclesiastici famae et decori prospiciendo, eundem Patrem Isidorum, ad aliquam in Diaecesi Camenecensi ecclesiam curam animarum annexam habentem, pro obsequiis parochialibus dirigere et designare curet, ut Illustrissimus Loci Ordinarius de ejus sese agendi modo convincatur, ac tandem Religio ad extrema remedia manum apponere valeat –

Ex certa scientia patuit, quod P. Raymundus perseverander dissolutus, protervus, ac scandalosis absurdis immersus, nedum vel minimam resipiscentiae, emendationis, et poenitentiae spem praeferre deprehendit, verum etiam manifeste convincitur, quod qualia crimina in Omnibus mansionis suae locis perpetrabat, eadem et Berestei perpetrare non cessat, ac in scandalosa ebrietatis, vivagationis, jurgiorum, contumaciae, ac his similia scelera prolabitur –

Proinde V. Definitorium inhaerendo per multis Processibus

contra eundem latis ac eundem semper in corrigibilem declarantibus, iterum iterumque definitive pronuntiatis, ut, si fors in suis malefactis et scandalis pertinaciter perseverave presumpserit, Pr. Minister loci, eundem per Decretum Communitatis adhibito[s] si id necessitas postulaverit, brachio seculari, in formali carcere occludere teneatur – Precavet quoque V. Definitorium, ut januas carceris bene reparare et fortificare quantocius curet –

Sessio tertia

Die 16 Junii horis pomendianis expedita –

Quandoquidem supremi Regiminis authoritate cautum est, ut penes quamlibet Ecclesiam curam animarum annexam habentem, schola parochialis introducatur et retineatur, proinde V. Definitorium antiquam praxim innovando, determinat, ac injungit, quatenus in Conventu Nostro Brahilovien si, qui utiq; ecclesiæ parochialis titulo insignitur, schola parochialis, suscitet, et manuteneat – Quod vero concernit pædagogum, seu hujusce scholæ directorem, R. P. Provincialis cum Illustrissimo hærede jam in hac parte notificato agere ipsum det, ut pro ejusdem sustentatione et stipendium seu salarium congruum, et sufficientem Ordinariam, annuatim suppeditare dignetur –

Ecclesia Theophilopolensis ante aliquot annorum decursum magnis impensis sursum versus erecta, atq; sat longo tempore derelicta et neglecta per intemperiem aëris continuo deterioratur, ac eo ipso pedetentim manifesto discrimini exponitur, ut postmodum cum magna difficultate ac nonnisi cum gravissimis impensis, ad fastigium elevari et consumari possit – Proinde V. Definitorium, tam justis Illustrissimi Loci Ordinarii querelis prospiciendo, quam propriæ indemnitati consulendo, iterum iterumq; obstringit Pm Ministrum præsentaneum, ut huic tam pernecessario operi instantaneam manum admovendo, ac omnimodam curam et solicitudinem impendendo, quantocius eandem Ecclesiam consummare et perficere satagat –

Ideog necessaria hac imparte materialia, uti lateres, calcem
ligna, et his similia, absq ulla intermissione præparare
curet, ita ut sequenti anno fabrica tempore verno, indilate
inchoari, et promoveri possit —

Innotuit V. Definitorio, quod Cyprianus Hermanowicz
a Collegio Luceoriensi amotus, utpote nulliter professus
et Brahilowiam tamquam ad domum probationis tantis
per ablegatus, hucusq habitum religiosum non deposuit.
Cum tamen V. Capitulum Provinciale anno elapso cele
bratum jam declaraverat ejus Professionem justissi
mis et Canonicis de causis fuisse invalidam, et nullam.
circa quod quidem negotium N.P. Provincialis, Illus
trissimo Loci Ordinario Camenecensi canonicam por
rexit notificationem, quæ si pro emissione ejusdem Cy
priani Hermanowicz affirmativum non sortiatur
effectum, tunc enimvero ad Romanum Catholicum
Collegium recursum, in hoc negotio facict —
Cum summa cordis amaritudine, partim expositionibus Domo
rum, partim ex relatione oculatorum testium, innotuit V. Defi
nitorio, quod in aliquibus Provinciæ locis, per nonnullam eorum
quorum proprius partium esse, debet disciplina Regularis
tam in moribus, quam in spirituali respectu, nimis vacillare, pes
sumdari, et enervari deprehenditur, non adducit in pra
sentiarum V. Definitorium multiformia VV. Capitulo
rum et Definitoriorum Decreta in locabilibus cujusvis
Collegii et Conventus Libris videnda, et legenda, vigo
re quorum intimantur ea, quæ in Decretis Sanctæ Sedis
Apostolicæ, ac in Sancta Nostra Regula et Constitutionibus
Ordinis continentur, ~~et atque~~ sub strictissimo Conscientiæ
ligamine observanda quilibet Religiosus tam in susce
tione habitus, quam in emissione Professionis indispen
sabiliter sese obligavit et quotannis eandem obliga
tionem tempore renovationis Votorum in memoriam sibi revocat. Ex ordinatione
non nisi Illustrissimi Archi-Præsulis ~~et Consistorii~~

~~Mohiloviensis~~ ad N. Ptrem Provincialem, per longum et latum exarata, ac recenter directa, ea succinctè adducimus, et citamus, quae internam et externam vocationem nostram concernunt — Cujus quidem Ordinationis tenor est talis: „ Ukaz Jego Imperatorskiey Mości
„ Samowładcy Całey Rossyi z Metropolitalnego Kon
„ systorza Przewielebnemu J.X. Centelewiczowi Prowin
„ cyałowi Trynitarskiemu —
„ Ten Konsystorz słuchał przedłożenia JW. Metro
„ polity Arcy Pasterza z dnia 24 Stycznia biegące
„ go Roku za N.m 47 w Następuiącym brzmieniu:
„ Pochwalam Konsystorza Zastrzeżenie uczynione
„ względem Jchmość XX. Karmelitow, ktorzy zapom
„ niawszy na przepis Reguły swoiey do swieckich lu
„ dzi manierow stosuią się: i Zalecam owszem Konsys
„ torzowi, ile możności starać się sprostować, tak Zakonni
„ kow, iako i Swieckich Kapłanow, aby odpowiednie powoła
„ niu swoiemu tak suknie nosili, iak i głowy strzygli, a tem
„ sposobem udaliwszy onych od powierzchowney swiatowości, może
„ Za pomocą Bożą wewnątrz wszedłszy w siebie przypom
„ ną stan, i powołanie swoie, i poprawią omyłki poczy
„ nione.
„ Postanowił — Spełniając Przedłożenie Arcy
„ Pasterskie przemowić do Duchowieństwa Oboygu
„ Kleru Swieckiego, i Zakonnego: Brawa? Powoła
„ nie Wasze Zakonne, iest wybor tey drogi, iako pyta
„ iącemu Młodzianowi wskazał Zbawiciel JEZUS
„ Chrystus: si vis perfectus esse, vade, vende om
„ nia et sequere me. Wy idąc za tą radą uczyniliście
„ rozbrat z doczesnością, wszelka zewnętrzność żyią
„ cym na Swiecie nieiest odpowiedną z waszym Sta
„ nem, gdyż obumarli, iesteście moralnie swiatu...

„Augustyn S. przepisuiąc dla Osob Zakonnych Ustawę, o-
„prócz wewnętrznego charakteru, zewnętrzny oraz Zakon
„nika obraz chciał mieć doskonały, nakazuiąc: "Non sit no
„tabilis habitus vester.. nolite placere vestibus, sed
„moribus.. in incessu, statu, et habitu vestro nihil fi
„at, quod cujusquam offendat aspectum, sed quod dece-
„at vestram sanctitatem" Inni Patryarchowie w podo
„bnymże duchu dla swoich dali Ustawy, a przyimuiący
„one zaprzysięgliście przed Bogiem, że spełnicie, o iak
„to obowiązuiące są pobudki, do pokazywania się dobrze
„iak wewnątrz przed Bogiem nayskrytsze serca przepaści
„widzącym, tak przed swiatem spowierzchowności sądzą
„cym.... Obowiązuie Zwierzchność Naywyższa Was,
„gorliwi Zakonu Prowincyałowie! Sami widzicie i na
„rzekacie, że swieckość, i liberalność wkradła się w Mu
„ry wasze, Użyiecież środkow do wypędzenia oney.
„Wamże oddana Władza nad świętością Zgromadzeń
„wedle Reguł i Ustaw waszych, znieście nadużycia,
„co do powierzchowności gorszące; Wy iesteście obrażą
„mi tych staro dawnych praw wiążących waszey ie
„dności łancuch. Niespuszczaycie z oka, co zachowaniem
„bydź powinno, macie albowiem obowiązek corocznie
„widzenia wspoł Braci swoich, dla tego, abyście wi
„dzieli, iak postąpili w drodze doskonałości... Od
„Was zależy wszelkie nadużycia odwrócić radą, prze
„konaniem, ale staraycie się i własnym przykładem
„a to naypierwszym, i naymocnieyszym będzie przekona
„czem tey powinności dla innych: w przypadku nie
„poprawy, w skutkach waszych wizyt wymieńcie osobę,
„Zwierzchność za wszystkiemi czuwać nieprzestanie.
„Iakowe przez publikatę objawić wszystkim porządkiem
„należnym. Kwietnia 26. dnia 1824 Roku —

Assessor Karol Zubrzycki mp.
Zastępca Sekretarza Ignacy Poszewicki mp.

Et quia que ad omnia huius extracta puncta et motiva, tam que ad secularem, quam multo magis et justius quo ad regularem Clerum, idem omnium Ecclesiæ Prædatum ac ipsissimet Supremi regiminis spiritus, eadem mens eadem Regulamina, eadem a plurimis annis emanarunt, et quotannis ferme emanare noscessant, ordinationis Spiritui Ecclesiæ, et Religionis, per omnia conformes; Videant proinde et bene advertant Religiosi nostri, ad qualem tam cordis, quam oris, et operis perfectionem teneant; Videant, bene ruminent, et subinferant, si porro in essentialibus statuis et Vocationis sue obligationibus desides, vilipendentes, protervi, et laxitatis notam præferentes esse præsumunt, si conformiter ad Statuta Ecclesiæ, ad Leges Ordinis; ad Regulamina Supreme Jurisdictionis, ad pias Institutiones vitam moresq; suos componere, ac fideli populo verbo et exemplo præluere non studeant; videant, inquam, et subinferant quid apud justissimum cordium Scrutatorem, ac inexorabilem Judicem Deum; Quidve apud Vicariam Ejus Jurisdictionem sibi polliceri, et præstolari valeant. Injungit V. Definitorium ac sub strictissimo Conscientiæ ligamine Superioribus localibus præcipit, ut hæc Ordinatio cum toto suo extractu sæpe sæpius coram pleno Communitatis consessu attente legat, et ad amussim observet.

Sessio 4ta

Hæc Sessio die 17. Junii hora matutina expedita

In hac Sessione adveniens Pr. Romanus a Sc. Matthæo Definitor Provinciæ tertiæ, præscriptum Legi

bus juramentum emisit, ac toti Sessioni interfuit, qua finita ob urgentissimas causas, ratione nempe instantanei adventus, Illustrissimi Moniuszko scholarum in Praefectura Volhinensi sitarum, Visitatoris, circa 10 matutinam, Theophilopolim perrexit—

In hac quoq Sessione lecta fuit resignatio Ministerii Brahiloviensis, quam Pr Salesius a Sto Jacobo in Capitulo elaspsi Anni electus ad manus N.P. Provincialis deposuit, quamve V. Definitorium justis de causis ratione nempe infirmitatis admisit, et ratam habuit

Sessio 5ta et Ultima

Haec Sessio die 18. Mensis Junii instituta et expedita fuit—

In hac porro quandoquidem nihil jam ad agendum supererat, proinde surgens Definitorii Secretarius Omnia ejusdem Definitorii Acta à Capite usque ad calcem perlegit, et Definitorium resolutum fuit— Die 18 Mensis Junii Millesimo Octingentesimo Vigesimo quarto Anno—

Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis.

F. Marcellinus à Sto Martino rullae Dr Praes. Mens.

Fr Leonardus a Conceptt BV Mariae Provinciae Definitor et ejusdem Definitorii Secretarius mp

Benedicta sit S.S.S. Trinitas.

" Acta Ven.^s Definitorii Provincialis sub Praesiden-
" tia R.P. Victoris à S.^o Ignatio Ministri Prov.lis
" S.T.D. in Conventu Theophilopoliensi die vigesi-
" ma tertia et seq.^s mensis Februarii millesimo
" octingentesimo vigesimo sexto anno celebrati.

Sessio prima.

Haec Sessio initium sumpsit die vigesima tertia mensis Februarii horis matutinis. In qua quidem, utpote electiva, invocato ferventissimis precibus Spiritûs S.^ti lumine et auxilio, mox ad ea accessus factus est, quae Canone Legum praescripta manent. Electiva, inquam, haec Sessio fuit, quandoquidem post fata P.^s Benedicti à S.^to Josepho Definitoris secundi, qui anno elapso die quarta Junii defunctus est; praeterea post renuntiationem ministerii Prahiloviensis per P.^m Franciscum Salesium à S.^o Jacobo secundum ex primis Socium factam et à Ven.^o Definitorio in Junio millesimi octingentesimi vigesimi quarti in Domicilio Bambarensi celebrato acceptatam; tandem post fata duorum ex secundis Sociorum P.^s nempe Aloysii à Conceptione B.V.M.^ae et P.^s Leonis à Nativitate B.V.M.^ae, quorum uterque millesimo octingentesimo vigesimo quarto vitam cum morte commutavit. Deficientibus quatuor Vocalibus ad subsequum Capitulum necessariis, quatuor eo ipso officia vacantia apparuere. Comparentibus itaque praelibata die P.P.^s Victore à S.^o Ignatio Ministro Prov.lis et Praeside, necnon tribus Provinciae Definitoribus, Patre nempe Marcellino à S.^o Martino, P.^e Romano à S.^o Matthaeo, et P.^e Leonardo à Conceptione B.V.M.^ae. Praemissis proinde iis omnibus, quae Leges anticipative praerequirunt et injungunt, porrectus est ad hunc effectum uniuscuique elenchus personarum ad munus Definitoris elegibilium nimirum: P. Casimirus à Sta Catharina, P. Luisius à S.^o Joanne Baptista, P. Camillus à S.P.N. Felice,

P. Vilhelmus à S.o Antonio, P. Procopius Stanislaus, P. Antonius à S.o Francisco, P. Gaspar à S.o Joanne Cantio, et P.r Damascenus ab OO. Sanctis.

Porro distributo personarum remotè elegibilium elencho, illico porrectæ fuerunt schedulæ pro facienda proximè elegibilium electione, atque per secreta suffragia proximè elegibiles patuerunt sequentes: P.r Camillus à S.P. Felice, P. Casimirus à S.a Catharina, P. Lucius à S. Joanne Baptista, et P. Vilhelmus à S.o Antonio.

His porro peractis, Conventus Brahilo-viensis pro celebrando proximè Capitulo Provinciali unanimi consensu est deter-minatus, et Sessio soluta.

Sessio secunda.

Eadem ut suprà die horis pomeridianis hæc Sessio initium sumpsit. Tu hac præ-missis præmittendis, quæ Canone Legum præscripta manent, accessit præprimis Defi-nitorium ad electionem Definitoris in locum vacantis Officii Definitorialis. Ex porrectis por-ro in matutina Sessione proximè elegibilibus personis, quandoquidem duo præsertim proximè elegibiles Patres patuerunt, nempe P. Camillus à S.P. Felice quatuor, et P. Casimirus à S.a Catharina tribus votis, proinde in moderna po-meridiana Sessione applicatis iterum secretorum suffragiorum schedulis, ex prælibatis duabus per-sonis cecidit sors super P.m Casimirum à S.a Ca-tharina, qui favente sibi trino contra unum votorum numero in quartum Provinciæ Defini-torem electus, mox à R.P. Provinciali pronuntiatus ~~extitit~~. . . . Completa hujusmodi electione, in continenti Definitorium ad electionem tam se-cundi ex primis, quam duorum ex secundis Socior.m

accessit. Ad hunc itaque effectum, unicuique ex praesentibus Electoribus exhibitus et porrectus est elenchus personarum ad praefata munera elegibilium, et quidem quò ad secundum ex primis Socium P. Franciscus à S.o Josepho Calasanctio Minister Luceoriensis, et P. Gaspar à S.o Joanne Cantio Minister Orsensis. Applicatis proinde Suffragiorum schedulis, ex praesibatis immediatè duabus personis, cecidit sors super P. Franciscum à S.o Josepho Calasanctio, qui favente sibi quaterno suffragiorum numero electus ac à R.P. Provinciali pronuntiatus est secundus ex primis Socius. . . Canonica hujusmodi electione finita, factus est accessus ad electionem primi ex secundis Socii, ac ex porrectis quidem suffragiorum schedulis duo proximè elegibiles comparuerunt, nempe P. Gaspar à S.o Joanne Cantio, et P.r Antonius à S.o Francisco, applicatis tamen iterum suffragiorum schedulis, quaterno votorum numero electus et mox à R.P. Provinciali pronuntiatus in primum ex secundis Socium P. Gaspar à S.o Joanne Cantio Mur. Orsensis. . . In secundum porro ex secundis Socium ex porrectis suffragiorum schedulis duo proximè elegibiles comparuerunt, nempe P. Aemilianus à S.o Michaële, et P. Antonius à S.o Francisco, applicatis autem iterum suffragiorum schedulis trino contra unum votorum numero in secundum ex secundis Socium electus, et mox à R.P. Provinciali pronuntiatus extitit P. Antonius à S.o Francisco. . . Completo denique hocce Canonico Electionis ritu, sepositaq juxta Leges ad futuram pomeridianam Sessionem ad sua respectivè electorum officia confirmatione: V. Definitorium post maturam deliberationem, Provinciale Capitulum immediato anno convocandum et

celebrandum, ad diem octavam Julii anni currentis differt et prorogat. .. Patribus verò Superioribus localibus injungit et commendat, quatenus Summas Rationum seu Chartasquentas tempestivè et ordinatè scriptas, subscriptas et obsignatas ad ultimam Maji ad Domum Capitularem primis Junii diebus pro Antecapitulari Definitorio mediis Junii inchoando indilatè transmitti curent et faciant.

His omnibus peractis et determinatis, Sessio pro die sequenti ad horas pomeridianas soluta extitit.

Sessio tertia.

Hac Sessio die vigesima quarta ejusdem mensis Februarii horis pomeridianis instituta. In hac Sessione V. Definitorium accessit ad confirmationem electorum in hesterna pomeridiana Sessione Definitoris Provinciae quarti, Socii ex primis secundi, et utriusque ex secundis. Quia porro, intra spatium viginti quatuor horarum, nullum circa hanc electionem patuit impedimentum, proinde in moderna Sessione P. Casimirus à Sa Catharina Definitor Provinciae quartus, votis tribus, P. Franciscus à Sto Josepho Calasanctio Mnr Lucerns Socius ex primis secundus votis quatuor, P. Gaspar à Sto Joanne Cantio Mnr Orsensis Socius ex secundis primus votis quatuor, et P. Antonius à Sto Francisco Prns Camenecensis Socius ex secundis secundus votis quatuor ad immediatè subsequum Provinciae Capitulum confirmati extitêre. Quibus peractis Sessio ad diem crastinam soluta extitit.

Sessio quarta.

Ad hanc die vigesima quinta ejusdem mensis Februarii institutam neo-electus et confirmatus Provinciae Definitor quartus P. Casimirus à Sta Catharina, statim conforme Legibus juramentum emisit. Cumque jam nihil ad agendum superesset, proinde ultimam operi apponendo manum, ut Actus Canonicè inchoatus et continuatus Canonicam quoque sumeret conclusionem, Secretarius Definitorii pro accepta praxi omnia ejusdem acta et sancita à capite usque ad calcem de verbo ad verbum legit. Quae lectione finita Actus conclusus et Canonica manuum subscriptione confirmatus extitit, die vigesima quinta mensis Februarii, Millesimo octingentesimo vigesimo sexto anno.

Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis.
Fr Marcellinus à S. Martino mtre Definitor 1.
Fr Leonardus a Conceptte BV Mae Definitor tertius et Secretarius

Benedicta sit sanctissima Trinitas.

Acta Venerabilis Definitorii Antecapitularis Provincialis, sub Praesidentia N. Patris Victoris a S. Ignatio Ministri Provincialis, ac Sacrae Thliae Doctoris, in Conventu nostro Brahiloviensi, die prima Julii et sequentibus, millesimo Octingentesimo vigesimo sexto anno Celebrati —

Convocatis iuxta stylum Ordinis ac Provinciae omnibus Patribus Definitoribus pro die ultima mensis Junii Anni currentis ad Domum nostram Capitularem Brahiloviensem, eadem die et mense, omnes cum suo Praeside comparuerunt Definitores, ac sequenti die nimirum: prima Julii exequentes praescriptum legum de Definitorio Antecapitulari, hanc Sessionem primam inchoarunt, hora media ad sextam pomeridiana. —

Sessio prima. —

Anno, die, et hora ut supra expressis, facto signo in celebratione Definitoriorum usitato, convenientibus ad aulam Definitorii Patribus Definitoribus cum suo Praeside, huic Sessioni initium dedit electio Secretarii Definitorii, in quod officii munus, omnium Definitorum voce ac calculis (: praeter suum :) electus est in Secretarium Definitorii praesentis Pater scilicet Casimirus a S. Catharina Definitor quartus Provinciae, susceptoque hoc officio, qua neo electus statim coram Praeside et Definitoribus praescriptum Juramentum fidelitatis ac secreti servandi, emisit. — Quo praestito accessit Definitorium ad legendas summas rationum triennalium Collegii Theophilpoliensis et Residentiae Brestensis, easque diligenti perpendens scrutinio, adinvenit praecipue in secunda rationum triennalium Summa, Residentiae videlicet Brestensis, peculiarem curam Patris Superioris, in reparandis, incrustandis et dealbandis Ecclesia ac Claustro, erigendis de lapide cocto curritorio iter praebente ex una curitori et Claustri linea ad alteram post majus altare, et granario ligneo, dignam vere laude ac grato posterorum affectu quem V. Definitorium eidem nomine illius Successorum ad promittit. Et in hoc finita est Sessio prima

Sessio secunda. —

Non dissimili modo a prima Sessione, die subsequenti videlicet 2da Julii currentis anni, hora nona cum tribus quadrantibus matutina Sessio secunda instituta est. Cum enim omnes Definitores locum Definitorii convenirent suaque loca cum Definitorii Praeside assiderent, porrectus est in primis a N. P. Provinciali ad legendum et discutiendum computus triennalis Residentiae Camenecensis, qui etsi in Definitorio lectus est, cum tamen et incomplete adscriptus existat, nam non nisi summas continet, reliqua vero, quae in Chartaquentis apponi solent ac debent, ut status Domorum omnimode et ac perfecte inteligatur, omissa ac non expressa manent, hinc Venerabile Definitorium eundem Patri praesidi remittit, ac insimul mandat, ut Chartaquenta Residentiae Camenecensis, de novo efformetur, omniaque in ea exprimantur, quae in Chartaquentis apponi solent, sicque facta, adscripta, et cum Consilianiis subscripta, ad proximum post capitulare Definitorium transmittatur. Quod vero attinet Petitum Patris

praesidis

Praesidis ad Venerabile Definitorium porrectum, circa formandam Tabellam Obligationum perpetuarum exponendam in Sacristia, ex mandato Illustrissimi Loci Ordinarii — Quoniam hae omnes obligationes perpetuae contentae sint sat clare in reductione Missarum per Rndum N. P. p. m: Stanislaum ab Assumptione B. V. Mariae Vicarium Generalem, cum suo Definitorio facta; idcirco praesens Definitorium, Patrem Praesidem ad eandem reductionem remittit, ut ex illa conformiter ad Tabellam obligationum ad V. Definitorium transmissam, et aliam per N. P. Provincialem in visitatione factam, Obligationes perpetuae per Menses dispartiantur, Tabellaque Obligationum efformetur et in Sacristia exponatur. Insuper eadem Sessione lectus est Computus triennalis cum inventario, Collegii Orsanensis, quorum lectio finivit hanc Sessionem —.. —.. —..

Sessio tertia.

Eadem die hora media ad quintam pomeridiana, praesens Definitorium accessit ad legendas Summas triennales rationum Residentiae Rzyszoviensis, ex quibus cum adverterit in hac Residentia multa in aedificiis et sepimentis tam muratis quam ligneis, cura ac sedulitate Pris Praesidis, hoc triennio accessisse, gratulatur eidem tanti obtenti a Deo adiutorii, in illis complendis, simulque ut haec Dei benedictio semper illum committetur, votis suis eidem adprae=catur —.. —.. —.. —.. —.. —..

Sessio quarta —..

Ad hanc Sessionem die tertia Julii hora media ad decimam matutina vocati pulsu campanae cum suo Praeside Patres Definitores, omnes in unum convenerunt, ac missas ad Venerabile Definitorium Summas rationum triennales, spetiatim vero Conventûs Molodecensis, tum Residentiae Szumbarensis, ac Crivicensis in communi legerunt, discussisque omnibus, quae ad dilucidandum statum cujuscunque Conventûs ac Residentiae pertinent, factisque ac conformatis cujuscunque status calculis, indubie, imo palpabiliter comparuisse invenerunt, primam rationum Summam nempe Conventûs Molodecensis, suspectam, nulliusque fidei esse ac existere — ex rationibus sequentibus — 1mo Quod praefata rationum Summa, ad mentem legum nostrarum non sit subscripta a Consiliariis Conventûs. 2do Quod in praelibato calculo triennali, etsi Expensa superet Perceptam flor. polonicalibus 5071. grossis 9, tamen hac non obstante superata, per summam inanimadversionem, seu potius obfuscationem mentis rationis compotis, remanens adhuc pro futuro triennio appositus existat in Summa flor. poll. 145 Assium 15 — 3tio Quod nulla debita aut vis aliqua contra Conventum contracta esse a Superiore loci in hac exprimunt, de quibus certam Venerabile Definitorium habet notitiam, quod haec excedant Summam Rublorum argenteorum plus quam unius mille, pro quibus omnibus et vel maxime pro falsificatione Chartaquenta, Superior iuxta Constitutiones nostras punire graviter debet — Hanc ergo poenam etsi modernum Definitorium non imponit subeundam Patri Ministro Domus, pronuntiat tamen illum, propter suam negligentem in regendo, boni communis administrationem, ineptum ac

in

inhabilem, etsi non pro semper, attamen pro hac vice ad officia Superioratus, exis-
tere, ac juste eandem plenam promereri. —

Legatis vero Statum Residentiarum Szumbarensis ac Civicensis, cui eos iis omnimo
dam diligentiam ac sedulitatem Statum harum Residentiarum Superiorum, non so
lum in illis dilucidandis, verum etiam conservandis ac amplificandis, per varias nego-
rias reparationes factas advertent, hinc cum animi quâ par est grata mentis affecti
commonstratione, Venerabile Definitorium hanc sedulitatem illorum recipit ac
presentibus promulgat.

Sessio quinta.

Sessionem hanc pomeridianam instituit Venerabile Definitorium, eadem
die, mense, et anno, hora quarta cum semi quadrante vespertina; tempore cujus Ses-
sionis, primum lectum est Rapportum cum Processu, ad Illustrissimum ac Re-
verendissimum Administratorem Dioecesis Minscensis, ac S. Fidei Docto-
rem Josephum Kaminski, pronectum a R.P. Provinciali, in ordine obtinen
dæ approbationis, Inscriptionis pie legati Adm Rudi Domini Matthæi Ga
gielłowicz Canonici Livoniensis; Simulque notificata est per R.P. Provincia
lem Venerabili Definitorio cum omnibus circumstantiis, facta fuerunt
talis inscriptio, supradicti Rudi Domini Gagielłowicz Villa Kuczuki dicta,
modo opportuno in rem Conventus Mohilocensis, cum obligationibus,
per R.P. Provincialem nomine ejusdem Conventus acceptatis ac admissis. —
Hæc inscriptio cum admissis obligationibus perpetuis pro anima p. d. Matthæi
Gagielłowicz, cum jam pro Conventum Mohilocensem, oblata in Judicio Ter
restri Oszmianensi existat, ac Intromissio judicialis ad Villam Kuczuki in
rem Conventus Mohilocensis penitus facta sit, desideratur non nisi ho
rum omnium Approbatio a Collegio Romano-Catholico. Departa-
menti primi, ratione cujus obtinende notificatum jam manet Collegio
Romano Catholico.

Post eadem Sessione lectus est computus triennalis Residentiæ Ga
bimovicensis, finitaque Sessio.

Sessio sexta.

Quoniam dies Dominica incidens in diem quartam Julii, propter devotio-
nem matutinam, nec non vespertino tempore Examen Novitiorum, Sessioni
ulteriori impedimentum fecit; ideo: Venerabile Definitorium, hanc prorogavit,
ad diem quintam Julii. Quo die hora matutina decima Sessio congregati-
tuta est, ac in ea lecta Charta quondam Collegii Antecollensis ad Visnam, ac
status Collegii Berestecensis visus ac revisus extitit, in quibus omnia con
sona advenientes Venerabile Definitorium, Patri præfecto Ministro Bere
stecensi pro finitis reparationibus in Claustro post conflagrationem factis,
debitam gratitudinem effert.

Hac Sessione insuper notificatum sibi habuit V. Definitorium factum
Patris Basilii a S. Sedis Vice-Magistri Constantinopolitani, de dilacerato suo

Professionis insertione, ex libro Professorum Novitiatus Trinitopoliensis, non alia utique de causa facta, nisi quod vita religiosa ipsi displicuit, et placuit mundana — ac simul de renitentia praestita Patri Ministro Antecollensi, iubenti nomine N. P. Provincialis, ut praefatam suam Professionem denuo inserat ac inscribat libro Professorum, utpote valide ac legaliter factam — Quam jussionem usque modo non adimplevit, nec adimplere vult, retrudens hoc factum in Gallos grassantes Lithvaniam, quasi per ipsos hoc completum esset — Quod omni ex parte falsitatem spirat — Nam 1mo Gallor. grassatio contigit Anno 1812, et subsequenti Anno cessavit, at vero dilaceratio professionis de libro, seu potius evulsio ejusdem, longe posterioribus annis facta demonstratur, dilaceratione partiali Professionis libro eidem insertae Patris Ignatii Rodziewicz, qui anno 1816 professionem dumtaxat fecit, tum quod praedicta insertio Professionis in libro Professor. adscripta mansit adhuc anno 1823. nam tempore 1mae Visitationis N. P. Victoris a S. Ignatio Ministri Provincialis, idem ipse Pater Basilius, Professor. Religiosor. inibi manentium, tempus professionis, et propriae, dictaverit, tam ad verificandum Cathalogum Religiosorum, quam Conscriptionem porrectam ad Collegium Romano Catholicum — Evidens igitur est consequentia, hanc evulsionem professionis non a Gallis, sed ab ipso Patre Basilio Vice-Magistro Novitiorum factam ac malitiose admissam esse — Audax tale factum, omnibus Legibus contrarium, omnimode gravissimis poenis plectendum veniret in Patre Basilio, ni V. Definitorium condolendo infirmitati humanae, labilitatem ejusdem attenderet — Sed ne hac indulgentia, relinquatur locus maioris ejusdem destructionis, praesenti Decreto modernum Definitorium praeceptive mandat Patri Basilio, ut professionem suam inscribat libro Professorum, anno et die quo eam fecit, curetque ut Superior loci et Consiliarii, eandem subscribant — Sin autem hoc mandatum nostrum adimplere neglexerit, imponitur onus Conscientiae P. Ministri Domus, procedendi cum ipso iuxta nostras Constitutiones, ut cum Apostata a Religione ac Publicorum Actuum evulsore. —.. —.. —.. —

Sessio septima.

In hac Sessione instituta die sexta Julii anni currentis 1826i, hora decima cum dimidia, lectus est computus triennalis Conventus Brahiloviensis, ex quo Venerabile Definitorium, cognoscens varias reparationes, auxiliante Jesu Nazareno, circa aedificia Conventus, ac dispositiones ordinatas ac nitidas hortor. seu pomariorum, Patri Superiori grata mente suam omnimodam satisfactionem commonstrat. —.. —..

Similiter eadem Sessione lectum fuit porrectum petitum ad Venerabile Definitorium Nobilis Dmuchowski, Organarii hujus Ecclesiae, rogantis ac postulantis ut pensionem ac Ordinariam errectione statutam ac assignatam Organario, annuatim a Claustro percipi possit — Venerabile Definitorium perpensis variis motivis, etsi hunc ei denegat, tamen advertens alia ex parte illius necessitates inevitabiles, ac minus correspondentem illius pensionem annuam, illam meliorando, auget eandem florenis unius centum, loco Ordinariae in errectione expressae, quod quantum praeter assignatos illi Contractu annuo florenis ducentis, Superior hujus loci, quolibet anno illi superaddere obligatus existit —.. —..

Sessio

Sessio Octava.

Hac sessione instituta die 7ma ejusdem mensis et anni hora nona cum uno quadrante, porrectus fuit Cathalogus Personarum, per Secretarium Definitorii, in ordine ad componendum Cathalogum juxta ætatem requisitam, merita, seu graduationem et interstitia, in qua in Venerabili Definitorio confectus est Cathalogus Personarum remote eligibilium, ut sequitur —.. —.. —.. —.. —..

Pr. Valentinus à Nativitate BVMariæ —.. —.. —.. —.. —..
Pr. Felicianus à S. Francisco —.. —..
Pr. Antonius à S. Laurentio —.. —..
Pr. Bernardus a S. Adalberto —.. —..
Pr. Marcellinus a S. Martino, In Provincialem et Ministrum.
Pr. Camillus à S. P. N. Felice. In Definitorem et Ministrum.
Pr. Æmillianus à S. Michaele. In Ministrum —. —.. —
Pr. Florentius à S. Petro in Definitorem et Ministrum —.
Pr. Damascenus in Ministrum —. —. —..
Pr. Norbertus à S. Leone —.. —..
Pr. Leo à S. Nicolao In Provincialem Definitorem et Ministrum —
Pr. Leonardus a Conceptione BVMariæ, In Provincialem et Ministrum
Pr. Lucius à S. Joe Baptista in Provincialem Definitorem et Ministrum —
Pr. Aquilinus a S. Victore —.. —..
Pr. Casiminus à S. Catharina, in Provincialem Definitorem, et Ministrum
Pr. Vilhelmus à S. Antonio, in Provincialem, Definitorem et Ministrum.
Pr. Hilarius à S. Anna, in Ministrum —
Pr. Ambrosius à S. Nicolao, in Ministrum —
Pr. Clemens à S. Vincentio, in Ministrum —
Pr. Antonius à S. Francisco in Ministrum —
Pr. Franciscus a S. Josepho Calas. in Provincialem Definitorem et Ministrum
Pr. David à S. Victore in Ministrum —.
" Pr. Victor à S. Ignatio, in Definitorem et Ministrum —
Pr. Stanislaus à S. Francisco Xaverio, in Ministrum —
Pr. Joachimus à S. Casimiro, in Ministrum —
Pr. Josephus a S. Joanne Nepomuc: in Definitorem et Ministrum
Pr. Benedictus a S. Josepho —. —. —.
Pr. Joannes Cantius a S. Thoma —.
" Pr. Vincentius ab Aplis, in Provincialem, Definitorem et Ministrum —
Pr. Gaspar à S. Joe Cantio, in Provincialem, Definitorem et Ministrum —
Pr. Salesius à S. Jacobo in Ministrum "
5 Pr. Valentinus à Regibus —. —. —. —. —.
Pr. Melchior à S. Mathia In Ministrum
Pr. Gabriel à S. Jacobo, in Ministrum —.. —. —.
Pr. Blasius à S. Joe Baptista in Ministrum —. —
Pr. Valerianus à S. Antonio, in Ministrum
Pr. Stanislaus à S. Dionysio
Pr. Onuphrius a S. Erasmo, in Provincialem Definitorem, et Ministrum —

Pr.

Fr Marcus a S Joanne de Deo — .. — .. — .. — ..
Fr Romanus a S Mathaeo, in Provincialem et Ministrum —
Fr Felix a Nomine Jesu, in Ministrum. —
Fr Felix ab Angelis in Ministrum. —
Fr Antonius a Purificatione BV Mariae. — .. — .. — ..
Fr Innocentius à S Severino, in Provincialem Definitorem et Ministrum
Fr Josaphat a S Andrea, in Ministrum —
Fr Onuphrius a Conceptione BV. Mariae. — .. — ..
Fr Adamus a S Vincentio, in Ministrum
Fr Edvardus à S Benedicto — . — .. — .
Fr Bruno à S. Dominico — .. — . — .. —
Fr Urbanus à S Joe Nepomuceno — . — . —
Fr Zeno à S Stephano In Ministrum —
Fr Augustinus a S Vincentio In Ministrum — . —
Hoc facto Cathalogo edem Sessione ad praefectum petitum, a Nobili Adalberto Malgiewski, Musico Chorali Ecclesiae Brahilovienses, ad Venerabile Definitorium datum, ac in eodem Definitorio lectum ac perpensum, praesens Definitorium habens prae oculis illius per plusquam 40 annorum decursum in hujus Ecclesiae Musica servitium ac famulatum in nullo suspectum, benigne votis ac petitis ejus annuit, Udorique illius Vetulae habitationem liberam cum aliis in hospitali Ecclesiae, ac Vetum Religiosum matutinum vespertinumque constans duabus portionibus de Ulina Claustrali quotidie accipiendis assignat, sub hac nihilominus conditione, si Udor illius paccate ac quiete cum aliis habitatoribus, hospitalis vivere curabit, alias hoc beneficium illi subtrahetur — .. —

Sessio Nona et Ultima.

In hac Sessione ultima instituta hora pomeridiana hujus 4ta, desiderabatur a Venerabili Definitorio Chartaquenti, Collegii Luceoriensis, Conventus Trinitopoliensis, et Residentiae Vitebscensis, quae per summam negligentiam horum Domorum Superiorum, cum ad Venerabile modernum Definitorium transmissae non sint, ac tempus Capituli instet, hac de ratione Venerabile Definitorium, tales Superiores monet ne similiter in post taliter facere praesumant, sed finito Capitulo statim tales Chartaquentes ad post Capitulare Definitorium transmittant, si volunt evadere notam inobedientiae — Nihil praeterea habens ad agendum, huic Sessioni, lectione per Secretarium Definitorii, horum omnium, quae in hoc Definitorio suis Sessionibus acta statutaque sunt, verba ad verbum facta finem imposuit canonica manuum subscriptione die septima Mensis Julii Millesimo Octingentesimo Vigesimo Sexto Anno —

Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis. —
Fr Marcellinus à S. Martino Definitor prae primus. [illegible]
Fr Casiminus a S Catharina Definitor 4tus Provinciae ac V Definitorii Secretarius —

Benedicta sit sanctissima Trinitas.

Acta Venerabilis Nostri Definitorii post Capitularis sub Praesidentia N. P. Victoris a S. Ignatio Centelewicz S. Thliae Doctoris Ministri Provincialis in Residentia Nostra Szumbarensi anno Millesimo Octingentesimo vigesimo Septimo die 21 Martii instituti —.

Congregato hoc nostro Definitoriali congressu, ad celebrandum Definitorium post Capitulare Provinciale, in Residentia nostra Szumbarensi ad varia discutienda Provinciae negotia, pauci equidem numero, nam nimirum ex tribus Personis uti N. P. Praeside Definitorii Victore scilicet a S. Ignatio Centelewicz Ministro Provinciali ac S. Thliae Doctore, P. Casimiro a S. Catharina Sielecki Definitore Provinciae primo, et P. Wilhelmo a S. Antonio Kruczynski Definitore Provinciae secundo collecti, invocato praeprimis auxilio Divino ac implorato lumine intelligentiae a Patre luminum ad negotia Provinciae rite ac cum fructu tractanda, praemissoque per unumquemque de fidelitate et secreto servandis juramento, legibus nostris praescripto, Sessionem hanc primam instituimus die 21 Mensis Martii 1827 anno hora 9 Matutina. —

Sessio prima —

Anno die et mense ut supra hora 9 matutina, factis praevie omnibus necessariis praeambulis, accessit Ven: Definitorium, ad eligendum Definitorii Secretarium, in quod officii munus omnium voce electus est P. Casimirus a S. Catharina Sielecki Definitor primus Provinciae, factoque per eum juramento Secreti servandi, mox lectus est computus trienalis Collegii Lucoriensis, ad ante Capitulare equidem Definitorium missus, sed nonnisi sub finem Capituli Provincialis 1826 anno ab eodem Definitorio receptus, ac ad hocce Definitorium dispositione ante Capitularis Definitorii remissus, quem legens ac perpendens Vener: Definitorium modernum invenit fideliter, clare, et specificate in omnibus punctis conscriptum ac commonstratum esse — Tum insuper Computus triennalis Residentiae nostrae Vitebscensis, ad antecedaneum Definitorium tempestive non missus proindeque in eo non discussus, quem similiter Vener: Definitorium probavit fideliter ac accurate conscriptum esse — Tandem Computus triennalis Residentiae nostrae Camenecensis discussus est, in quo cum Definitorium adverterit clare, Superiorem ejusdem loci multum ad laborasse ac ad laborare usque nunc in recuperandis Summis sub lite existentibus, variasque reparationes tam in Claustro quam in officinis per eum factas esse, ac multa procurasse tum ad ad promovendum bonum ac utilitatem Residentiae, quum ad comoditatem Religiosorum, pro hoc ejus labore suam illi gratae mentis significationem futuro tempore ad promittit — et in hoc finita Sessio prima

Sessio secunda.

Sessio haec secunda hora tertia pomeridiana inchoata est eodem die anno et mense, in qua animadversionem suam convertit Vener: Definitorium, ad Inventaria rerum Claustralium ac Praedialium Constitutionibus nostris praescripta, ac ad praesens Ven: Definitorium post Capitulare transmitti solita — Haec Inventaria semper anterioribus temporibus conscripta fuere fideliter a Superioribus localibus, ac subscripta per Consiliarios, transmittebantur suo Definitorio, ac cognoscendum statum domesticum cujuscunque loci, iuxta quae Successores Superiorum cujuscunque loci, Regimen Claustri, Villarum, ac Praediorum a suis Antecessoribus recipiebant, paceate et sine ulla querella — Ast haec consvetudo laudabilissimo praecepta, ab aliquo decursu temporis in oblivionem venit — Successores moderni oblento regimine Claustri, vix non omnes conqueruntur de malo statu Domorum ibi per Antecessores in variis supellectibus domesticis ac Oeconomicis relicto; unde continuum

chaos

chabs, inter antecessores a Successores Superiorum Domorum Provinciae exoriuntur, quibus nulla medella a Provincialibus ac Definitorio apponi potest, cum status rerum ac utensilium domesticarum eidem Provincialib⁹ ac Definitoribus ignotus sit — Precavendo igitur Ven. Definitorium in post tales abusus in Provinciae Domib⁹ introductos praecipit, ac mandat Superioribus localibus, et sub responsione sua Definitorio praecipit, ut Inventaria rerum Domesticarum ac utensilium, uti sunt: omnia utensilia Cellarium, Curitorionum, Refectorionum, Rerum Sacrarum seu Sacristiae, Praediorum, hortorum, agricultura ac Aeconomiae inservientium, simul ac animalium labori ac utilitati inservientium, quolibet biennio circa finem sui Superioratus, quilibet Superior localis cum Consiliariis conficiat ac subscribat, ac post verificationem suo Successori tradat, in binis exemplarib⁹, qui haec subscripta propria nomine ubi per se recepta ac verificata, statim Definitorio post Capitulari proximo unum exemplar transmittat, ad asservanda haec in Archivo Provinciae — Si quis autem huic nostrae Ordinationi contravenire praesumpserit, sciat se severe ab eodem Definitorio puniendum.

Eadem Sessione. Perspectas sibi habens Ven: Definitorium varias indigentias Religiosorum praecipue in vestitu, et parca Superiorum illius, illis subministratione provenientes, unde plures vestibus debitis indueti, spectabiles se populo non sine illorum oculorum offensa praebent, alii iisdem totaliter spoliati, histrica continua anguntur, alii demum nonnullis destituti indumentis non conformi ordine publicis actibus adesse coguntur, aut illos omittere, volens igitur Ven: Definitorium ad primam vestitus uniformitatem, reducere nostros Religiosos, et ad similes Ecclesiasticae ac Religiosae harmoniae, praesenti suo Decreto mandat, Superioribus localib⁹ illorumque Conscientias in quantum potest obligat, ut quolibet biennii decursu de vestitu omnium Religiosorum sedulo ac tempestive invigilent, nequid alicui ex necessariis ad vestitum desit, et ne per hoc Religiosi amittant animum Religiositatis, neve frequentius saeculariq⁹ quam spiritualibus Sese dedant actib⁹, habendo prae oculis Decreta Summorum Pontificum, de vita communi, et Regulam nostram his verbis „Minister sicut sibi ita et aliis administret — Ut autem uniformitas omnimoda in vestitu Religiosorum introducatur, praeter illa quae quolibet anno unicuique pro ejus indigentia subministrari debent, praesenti statuto Ven: Definitorium huic praescribit Superioribus tradendo rum hiemalium indumentorum, ordinem servandum, — Scilicet: Imo Quilibet Superior unis Religiosis, circa finem sui biennii dare obligabitur. Habitum novum cot caracca aut ex panno coequante praetium caracca, pallium breviis, pro annis sex, Tho racem tam hyemalem quam aestivalem novos, et duo pilea nempe hyemale et aestivale, indusia nova de tenui lino bina, et bina femoralia, calceamenta seu calceos novos, necnon duo strophia colorata — Justa quem praescriptum per nos ordinem, easdem vestes tradens Superior cuicunque Religioso, in sua domo manenti, debet ab eodem accipere versale receptorum, per recipientem subscriptum, atque haec omnia Reversalia ad Definitorium ante Capitulare transmittere — Quod nostrum statutum ut omnimode et sine ulla excusatione aut tergiversatione ad effectum deducatur Ven: Definitorium cuilibet Superiori Conventus aut Residentiae sub poena inhabilitatis ad omnia officia praecipit ac mandat — Ubi vero anxia e cura animarum. Superiores horum locorum, sub eodem praecepto obligantur habere Communitatis Patrium ad minus unum et pelles vid inservientes ad comodum Sacerdotum praedictis inservientium, ne his destituti, itinera cum proprio incomodo et detrimento suo subire coguntur — His Ordinationibus factis Signo voluta.

Sessio

Sessio tertia.

Inchoata hac Sessione tertia hora nona matutina die 22. Mensis Martii anno ut supra expresso, accessit Ven: Definitorium ad Regulationem Novitiatûs Domorum, et ea quae ad bonam eorum conservationem spectant — Videns vero quod internum regimen Novitiatûs sit introductum ac conservatum, nihil circa illius emendationem ac correctionem statuendum censuit ac judicavit — sed tantum, circa ea quae Novitiorum concernunt vestitum — Quare attendens venerabile Definitorium ex una parte, Conventus Novitiorum non esse, nec esse posse in hoc Statu, ut pro quocunque Novitio coemant novos habitus, ac alia vestimenta religiosis necessaria, praecipue aucto aut numeroso Novitiorum numero, ex altera parte considerans, utilitatem communem Conventuum Provinciam componentium ex Novitiatu profluentem, in suum Legi charitatis Fraternae, justitiae, quae dictat ut qui sentit comoda debet sentire et onera, ac demum introductae olim in hac Provincia Consuetudini, tot Statutis Definitoriorum confirmatae ac roboratae, ferendo juvamen Domibus educationi Novitiorum designatis, Praesenti Decreto obligat conscientias omnium Superiorum localium, ac sub strictissimo ligamine praecipit, ut circa finem sui Superioratus, quilibet eorum, amotos a Religiosis veteres habitus, Palia, Thoraces, ac alia superflua colligat, ac Patri Provinciali pro tunc existenti reddat, ut his indumentis, succurat Domibus Novitiorum —.

— Eadem Sessione palpabiliter compertum sibi habens Ven: Definitorium, adinveniri in aliquibus Provinciae nostrae Domibus, non nullos degeneres Religiosos, qui abiecto omni non dico amore Dei et Proximi, sed postposito omni Epis timore, a via sua pessima non recedunt, sed in iniquitatum caeno, quotidie ut sues in volutabris luti supini, sine ulla vel minima spe emendationis volutantur, uti Pr. Raymundus a SS. Regibus Strulecki, et Pr Isidorus a S. P. N. Joanne Fiederowicz, qui monitiones vix non quotidianas, ac salutaria media sibi tum oretenus, tum scriptotenus data, contemptuose respuunt, qui pro expiscanda eorum emendationis vita, e Carcere educti ac liberati, loco emendationis demonstrandae in pejus ruunt, ac scandalosis suis actibus populum innocentem offendunt, illique omnem viam iniquitatis commonstrant, ac eam pravo suo exemplo edocent — Condolens igitur Ven. Definitorium his degeneris Religionis filiis, quantum ex illius officio est ac esse potest, monet hos ultima hac vice, ac per viscera Jesu Xti obtestatur, qui dedit semetipsum pro salute hominum; ut memores extremi judicii, ac terribilis illius in malos ferendae sententiae Judicis „Ite maledicti in ignem aeternum„ ut resipiscant a via ducente ad baratrum, et convertantur ad Deum, et ut scandala per ipsos data reparare, omni conatu, quousque vivunt adnitantur, memores doctrinae Xti „Ve mundo a scandalis„ ve Homini illi per quem scandalum venit, melius illi esset si natus non fuisset homo ille„ Si autem hoc facere post nostram hanc admonitionem detrectaverint, ac nostram charitativam ac officiosam, admonitionem respuerint; Venerabile Definitorium insimul congregatum, cui obligatio est, curare salutem animarum Religiosorum suae Provinciae, sub poena Suspensionis ab Officio, eo ipso incurrendae praecipit Superioribus localibus, horum Domorum ubi praedicti Religiosi suum habent domicilium, ut tales statim in eadem delicta relapsos, ac non emendatos post hanc ultimam nostram monitionem, occludant, in Caelis bene obseratis ac clausis; habitu Religioso illos spolient, ac circulum coronae Clericalis illis radere jubeant; tanquam deliris in Lege Dei, Ecclesiae Religionis, ac Religione Christiana, tum ut durante illorum occlusione, qualibet feria secunda, quarta, et sexta, duabus nonnisi portionibus prima videlicet et ultima contenti sint, denegatis illis aliis commodis uti supeditatione cremati et Carcerisiae juxta dispositionem Regulae nostrae dicentis „qui non laborant non manducent, reliquis autem feriatis et dominicis diebus, omnes portiones illis

sicuti et portio cremati et cœrevisiæ, suppeditari concedunt — Sublata et amota omni potestate Superioribus, illos e Carcere liberandi, nisi facta per illos omnimoda correctione ac emendatione, et cum consensu Definitorii, vel Patris Provincialis, qui de hac illorum liberatione, et subsecuta emendatione, certificare ac notificare debet Definitorium —
Quod autem attinet alios Religiosos, qui sui Status obliti, malam ac diabolicam viam digunt vitia perpetrando, nec ea emendare, sedulam adhibent diligentiam, tales ergo omnes Superiores locales iuxta nostram modernam Ordinationem, post binas monitiones factas, et per illos spretas, severe juxta Constitutiones puniant, sine ullo respectu ac dispensatione —
Insuper volumus ut hoc nostrum Decretum quolibet trimestri in Capitulo Conventuali Patribus Isidoro a S. P. N. Joanne et Raymundo a Sanctis Regibus legatur, ut bene memoriæ dent ea quæ hic statuta manent, et quid Religio ab illis expostulat — et in his Sessio finita

Sessio quarta.

Ad hanc Sessionem institutam die eadem ut supra hora tertia cum uno quadrante pomeridiana, omnes insimul congregati, cum maximo merore cordis consideravimus, statum modernæ Juventutis Religiosæ, ad quantam cæcitatem loco educationis devenit — Quidam enim illorum, egre ferientes admonitiones salutares, correctionem, suorum non iam dico defectuum, sed delictorum, uti inobedientiæ formalis, licentiosæ cum personis malis ac suspectis conversationis, voluntatis adquirendi necessariæ Clericis scientiæ, atque pro hisce meritam punitionem, spreta sua Regulari jurisdictione, recursum fecerunt, ad Græcodisunites Sacerdotes, illorum se committentes tutellæ ac protectioni; cum animo et intentione habita Apostatandi a Religione Jesu Christi, in qua nati ac educati, Sacrisque Sacramentis tot annorum decursu pasti fuerunt, uti factum in Collegio Orsensi a Fre Celestino Palczykowski — alii desertores Religionis usque nunc effecti. quemadmodum Fratres Clerici Honoratus, nimirum Nowicki et Hiacynthus Buialski; alii evitantes pœnam promeritam, misso N. P. Provinciali suoque Definitorio — ad quem et quod prima judicialis instantia spectat, tam de jure Canonico, quam Ordinis, et Statuta Imperialia, recursum fecerunt sub prætextu invalidandæ professionis, valide per ipsos factæ, absque ullis justis ac legitimis causis; uti Fr Michael Brzosniewski, ad Illustrissimum Coadiutorem Episcopum Camenecensem, a quo repulsam passus ac Luceoriam remissus; alii ex Collegio Berestecensi tres, volentes se liberare a potestate sui Lectoris ac Magistri, furtivo modo viam arripuerunt Luceoriam, ad Illustrissimum Luceoriensem Antistitem Coadiutorem, illumque cum dedecore suæ Religionis ac difamatione suorum Superiorum, precibus continuo inquietabant, ut remanere possent Luceoriæ, uti Fratres Ignatius Ziemborski Constantinus Malinowski et Lucyanus Gembicki — Reliqui vero ex Collegio Luceoriensi sine præsentatione suarum ementitarum causarum Jurisdictioni Religiosæ, ad invalidandam suam prophessionem, cum licentia tamen sui Superioris, perexerunt ad Ill. Loci Ordinarii Luceoriensis Coadjutorem illique hac in parte suum porrexerunt petitum, quod remissum extitit ad Generale Luceoriense Consistorium, sine ullo favente illis eventu, sed potius cum denigratione status Religiosi, quem amplexi sunt, et a quo respexerunt retro — Hæc licentiosa ac scandalosa illorum facta, iam in aliquibus punita manent, Decretis consistorialibus; aliquorum vero

data ac adhuc nimis a R.P. Provinciali eorum emendatione, quamvis data a Ven: Definitorio veniant, quam poenam cum R.P. illis attenta communi humiliatione condonaverit, sub conditione subsecutae emendationis, idcirco et Ven: Definitorium illis condonat, paterna condolens illorum infirmitati, ac minori hac in parte experientiae — Praecavendo tamen in post similes recursus ad superiorem instantiam, omissa seu praetermissa sua instantia Regulari, adquâ de jure spectat, praecipit Superioribus localibus, ac conscientiam eorum onerat, ut si aliqui id in post facere praesumpserint, jurisdictionemque superiorum, non adita jurisdictione Regulari seu praetermissa adire ac inquietare audi fuerint, continuo nulla admissa intercessione cujuscunque Personae sive Secularis sive Regularis, et quacunque polleate dignitate fulcepto ab eorum Confessorio vel Vicario generali, aut loci Ordinario ad invalidandam Professionem data ac emanata, tales indilate responsabiliter puniant, juxta Constitutiones ut fugitivos. Si vero haec poena ipsis non profecerit imponatur obligatio P. Provinciali, talem Patrem suo denunciare ad Collegium Romanum Catholicum, ut illos tanquam inobedientes Ecclesiae a Statutis Imperialibus, poenis civilibus contra tales statutis plectat — Religio enim multi denegat licentiam quam invalidandi professionem, sed tantum exigit, ut sciat canonicas causas, propter quas haec nonnisi obtineatur ac detur —.

Eadem Sessione innotuit Ven: Definitorio, quod Fr Leopoldus a S. Ignatio Warnicki, ejectus a nostra Religione duabus vicibus, e Collegio Berestecensi, et una vice e Conventu Brahilowiensi, non relicto habitu unae religionis, vid non per annum vario in locis comorando, etiam extra limites Imperii Rossiaci, cum maximo spectantium scandalo, ac denigratione Religiosae familiae, iam tertia vice redivit, divendito habitu ad Conventum nostrum Brahilowiensem, inibique contra voluntatem ac dispositionem sui Provincialis, spreta obligatione adquirendarum Berestecii scientiarum Theologicarum Moralium, sine quibus nullo modo ad Sacerdotium promoveri potest, tanquam irregularis ac defectae scientiae inibi moratur, nullo occupatus labore, "patiens peccatorum mandueat" inique — Ven: Definitorium etsi imponat hunc Providendum punitum iam ex a Patre Ministro, loci ista consuetudinem nostrarum Constitutionum, tamen ut infelicem unum elatum, ad quem devenit sua malitia agnoscat, injungit ipsi adhuc faciendas recollectiones decemdenarias, sub Patre Spirituali P. Minimum Vice-Magistro ac Professore Novitiorum Thoma Orjanowicz, a quo adigendus est, ad lectionem librorum spiritualium in materia exponente, obligationes illorum qui se Deo consecrarunt, et poenas quas marcantur, in qui illas malitiose spernunt ac non adimplent, in quarum fine, funem in collo appenso, accusabit se coram Communitate in Refectorio de sua pertinaci inobedientia suis Superioribus, illorumque mandatis, de ruina sua in aquirendis scientiis negligentia, de Apostasia ad hac causa tribus vicibus admissa, et de scandalis variis per illam variis personis etiam infidelibus datis, veniam a Communitate petendo, ac emendationem vitae adimmittendo, sincere et effective. Ad hoc tempore sciat se esse privatum loco, nulla habita ratione Professionis, et Sacri officii Diaconatus — Obligatum autem ad omnia officia chori et Ecclesiae, si quidem officium Diaconatus, a quo suspensus nostra ordinatione existit, labores manuales quos ipsi P. Minister loci designaverit, sive in horto, sive in claustro sine ulla transversatione, corona quidem Clericali retentâ, sed recepto habitu, quem tabiendo, factus est eo indignus — Quam poenam extendimus usque ad illius veram emendationem, ac applicationem ad studia Latinitatis ac Theologiae —

Sessio quinta.

Sessio hac matutina instituta die 23. Mensis Martii, 1827 Anno Jubilaeo

initium sumpsit a Bibliothecis librorum variorum Conventuum — Hoc in obiecto compertum habens V. Definitorium, in multorum Conventuum Bibliothecis, non tantum ordinem introductum bdaliter eversum esse, sed quod majoris cit momenti, ac Rayonis Symeno Regiminis, multos libros Inventario comprehensos deperisse, ac varios auctores defectuatos esse — Ven: Definitorium, hac in ipte legens Decretum V. Definitorii et Capituli Provincialis Luconie celebrati, quod sub pena excommunicationis majoris ipso facto incurrende, tam per Superiorem loci quam Bibliothecarium, prohibuit, facultatem extradendi Libros Externis personis, etiam dato reversali, tam to Ven: Definitorii Decreto, ac pena, eodem Decreto inflicta, hoc statutum ad effectum ipso facto deducere; Hinc Ven. moderatum Definitorium hanc penam contra tales extensam reassumit, ac promulgat presenti suo Decreto, nullique potestatem relinquit ab hac excommunicatione absolvendi; nisi Patri Provinciali — Ut vero V. Definitorium cum suo Provinciali et Preside, habeat certam notitiam, de libris deperditis ac defectualis, obligat sub eadem pena conscientias Superiorum locorum, ut hunc defectum librorum Bibliothecarium, ad futurum Definitorium transmittant et Statuta sui Definitorii non vilipendant, sed executioni omnimode demandent.

Eadem Sessione lectum fuit petitum R. P. Exprovincialis Marcellini a S. Martino Arendt, ad V. Presens Definitorium datum, in quo supradictus Exprovincialis, expo nit suam presentem voluntatem esse, ut libri varii, et aliqua supellectilia, pro P. Blasium Provincialis Ministrum Trinitopolitanum ab eodem supra expresso Expo vinciali accepti, incorporati existant Collegio Theophilopolitano, pro Anno 1825, quat diuturnam illius, quam Deus illi prolongat vitam, pro ad illius celebrandis — Presens Ven. Definitorium annuens piis illius votis, approbavit Patri hos omnes libros a P. Ministro Trinitopolitano, pro Nro. Provinciali recipiendos, ac reddendos fore, Collegio Theophilopolitano — Attendens vero quod enumerati ac specificati libri, nimiori multo invidemo tempore coemi potuit, calculandis calculatis P. Ido P. Exprovinciali pro hic omnibus, sacra non mitis centum adprobavit, preter res quae iam ipse non potuit — ac de hac acceptatione obligationis pro nos facta, certiorem redd. P. Ministrum Theophilopolitanum, pro Nro. Provinciale.

Sessio ultima.

Sessione hac instituta die anno et mense ut supra hora 3 pomeridiana, cum iam nihil superesset Ven. Definitorio ad agendum ac definiendum, expropter: pro more usitato, Surgens Secretarius Definitorii, omnia acta ejusdem legit a principio ad finem, quibus peractis, finem imposuimus huic Definitorio; canonica manuum subscriptione, die 23 Mensis Martii 1827 Anno in Residentia nostra Rumbarensi —

Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis. —

F. Wilhelmus a Pe Antonio Definitor Secundus.

F. Casimirus a S. Catharina Definitor Provincialis ac Ven. Definitorii Secretarius —

Decretum formatum per Patres Graviores in Collegio Theophilpoliensi in Ordine ad expulsionem ex Ordine Fratrem Coelestinum Palczykowski—

Volentes restaurare vias Domini rectas, omnemq pellere a Religione nostra iniquitatis viam, experti cum summo nostro dedecore, ac Sacrae nostrae Religionis detrimento, tot malefacta, crimina, ac iterata scandala quotidie succrescentia, nullamq relinquentia spem emendationis futurae, Fratris Coelestini Palczykowski Clerici in Ordine nostro professi anno 1819, juste timentes ne ovis illa morbida, inficiat oves sanas, ad denuntiationem N. P. Provincialis Nobis factam, insistentes nostris Constitutionibus Cap: 33. §: 2. Nro 1. his verbis: „ Ille Religiosus judicandus est incorrigibilis, qui audens „ committere et repetere graves culpas, admittere non vult paenitentiam legitime a Superiore pro illis impositam — Similiter ille, „ qui tribus diversis vicibus punitus pro culpis gravibus, ad meliorem „ vitae rationem non redit — Etiam ille cujus emendatio desperatur, „ propter ipsius obstinationem et pravos mores. — Tales ergo incorrigibiles, vel perpetuo ergastulo mancipandos, vel a Religione expellendos, eadem Constitutio Nro 2. et Decreta S. Congregationis S. D. N. Urbani VIII. de Apostatis et ejectis permittunt. — Obtenta insuper hac in parte agendi juridice contra Fratrem Coelestinum Palczykowski Clericum professum licentia, Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Coadjutoris Luceoriensis ac Zytomiriensis Episcopi Praesidis Collegii Romano-Catholici Departamenti 1i ac Equitis Michaëlis Piwnicki, Petropoli sub Nro 126. data, ac 25. Octobris 1827. edita — Nos infra scripti Minister Provincialis Judex, Definitores Provinciae ac Patres Graves Ministri locorum ad hunc actum in Capitulo Provinciali Anno 1826 ad praesens conjudices electi, insimul Congregati in Domo Nostra Theophilpolensi, invocato Divini Numinis auxilio accessimus ad formandum praeprimis contra Fratrem Coelestinum Palczykowski clericum professum juxta Canones, in ordine ad illius expulsionem juridicum processum — Quo formato, commonstratis, discussis, ac dijudicatis causis ac gravaminibus, palpabiliter comparuit

1o Fratrem Coelestinum Palczykowski ante suum ad Religionem Nostram ingressum fuisse lupum ovina pelle contectum — Nam ut ex illius petito ad Illustrissimum ac Reverendissimum Administratorem Diaecesis Vilnensis Vincentium Mikucki porrecto sub data 12. 8bris a. Cur. evidentissime patet, illum non tantum nostram iteratis vicibus, sed et PP. Ordinis Praedicatorum Religionem eo praecipue fine ingressum fuisse, ut adquisita in Religione scientia ad conservandam illius vitam necessaria, Religionem et habitum desereret apostataretq — Comparuit —

2o

2º Illum in hac intentione, in Collegio ad Vilnam Antecolensi ubi ad studia capessenda amandatus voluntate Superiorum extiterat, fuisse protervum, contumacem, nulli cedentem etiam innocenti, nulli Superiori suo obtemperantem, quinimo resistentem, officia Divina ac Religiosa parvipendentem, salutares correctiones, admonitiones ac punitiones spernentem, alios ad mala incitantem ac cohortantem, verbo effusum in omne scelus, cum scandalo suorum fratrum, ac extraneorum haec animadvertentium et audientium — Comparuit

3º Illum pro tollendo ac amovendo scandalo, ac finiendis studiis Theologicis missum Orsam, in sua vivendi ratione nulliter emendatum fuisse, quinimo pejora prioribus addidisse crimina — Nam punitus pro suis vitiis inibi factis praecipue inobedientiae et protervitatis, de Claustro affugiisse, ac recursum fecisse ad illos ad quos de jure non pertinebat, animo ac seria intentione deserendi religionem Catholicam — Pro quo facto a Consistorio Mohiloviensi Romano=Catholico judicatus, ac Decreto illius sub data 23. 7bris Anno 1826. Nro 1563. edito Trinitopolim ad Carcerem pro correctione, ac adquirendo amisso spiritu Religioso ac Atiano missus extitit — Comparuit

4º Illum inibi, durante paenitentiae tempore, nulla facta vitae emendatione, hunc etiam locum suis commaculasse criminibus ter affugiendo è Claustro habitu Religioso in itinere deposito, intentione discedendi extra limites Imperii Rossiaci — Comparuit

Ultimo ex scriptis ac sermone illius etiam coram personis authoritatis, illum esse in hac intentione ac resignatione suicidium committere si in carcerem ac custodiam detrudatur, quod pessime illius voluntatis ac incorrigibilitatis est signum — Ideo Nos his omnibus causis ac gravaminibus per ipsum factis ac usque nunc fieri ac perpetrari solitis moti, timoreque dein Dei perculsi, ne Deo pro tali morbida ac nociva vitae Religiosae ove ratione redditurí simus

In Nomine Domini Jesu Christi, vi legum Ordinis Cap: 33. §. 2. Nro 2. nec non Canonum et Decretorum Urbani VIII. potestate nobis competente, obtentaque hac in parte libera agendi licentia Illustrissimi ac Reverendissimi Praesidis Collegii Romano=Catholici Departamenti 1mi Hanc in Fratrem Caelestinum Palczykowski clericum pronuntiamus ac declaramus expulsionis sententiam — Quoniam Fr. Caelestinus Palczykowski post tot correctiones ac punitivas in Religione Nostra gravissimas probationes etiam carceris, amisso omni timore Dei ac aeternae poenae metu, usque nunc non emendatus existit, quinimo spernens omnia in pejus quotidie labitur, nullamque jam futurae emendationis spem Religioni relinquit — Hac de causa ne pecus hoc morbidum reliquas sanas

sanas oves in post inficiat, illasque secum ad baratrum trahat, Ego Fr. Victor a Sto Ignatio Centelewicz S.T.D. Minister Provincialis ac Judex, simul cum Conjudicibus infra scriptis consilio ac unanimi assensu, declaro praeprimis Fr. Celestinum Palczykowski esse penitus incorrigibilem, illum in paenam incorrigibilitatis, habitu Religioso spolio, ac spoliandum per Superiorem loci declaro, induendumque veste saeculari praecipio - simulque illum liberum facio, a Religione nostra tanquam ficte ac nulliter professum, nisi vere resipuerit, emendationem omnimodam fecerit ac professionem de novo emiserit, peracto prius probationis anno - Insuper volo ut hoc Decretum, antequam dimittatur illi in Capitulo Conventuali promulgetur; ac testimonium de illius emissione illi a Superiore loci suppeditetur, hocque testimonium libro Decretorum Communitatis inseratur - Quod Decretum Nostrum ad praesens formatum, ob majus robur propriis manibus subscripsimus. - Datt. Theophilopoli 1827. die 10. Octobris -

Fr. Victor a Sto Ignatio Centelewicz Provincialis Judex.
Fr Casimirus a Sta Catharina Sielecki Definitor Provinciae I. Conjudex
Fr Wilhelmus a Sto Antonio Kuczyński Definitor Provinciae II. Conjudex
Fr Marcellinus a Sto Martino Exprovincialis Conjudex
Fr Franciscus a Sto Jos: Calassantio Kiczyński Mnr Collegii Luceoriensis Conjudex
Fr. Romanus a Sto Matheo Kaczanowski Mnter Collegii Theophilop: Conjudex
Assumptus Secretarius ac Conjudex Fr. Georgius ab Assumpt: B.V.Ma Bielecki -
Hoc Decretum concordare cum Decreto Originali misso Theophilopolim attestor.
Fr Casimirus a S. Catharina Sielecki Definitor I. Provinciae ac Secretarius Provincialis.

Benedicta sit Sanctissima Trinitas.

Acta Venerabilis Nostri Definitorii Provincialis, sub Praesidentia N.R.P. Victoris a S. Ignatio Centelewicz S.T.D. Provincialis, in Collegio nostro ad Vilnam Antecolensi, celebrati diebus primis Julii Anno 1828.

Convocatis Patribus Definitoribus, per N.P. Provincialem ad Nostrum Collegium ad Vilnam Antecolense, pro die 3. Julii a.c., cum iidem Patres Definitores in eodem Collegio Antecolensi, die 2. ejusdem Mensis et Anni, una cum suo Praeside nimirum N.P. Ministro Provinciali comparuissent, nominatim vero N.P. Victor a S. Ignatio Centelewicz Minister Provincialis Praeses Definitorii., P. Casimirus a S. Catharina Silecki Definitor Provinciae primus, ac Secretarius Provincialis., P. Vincentius a SS. Apostolis Lipinski Definitor Provinciae tertius., et P. Lucius a S. Joanne Baptt. Cybulski, Definitor

Definitor Provinciæ quartus. Eadem die hocce Definitorium incho
atum est hora tertia pomeridiana, qua congregatum insimul
Definitorium pulsu campanæ consueto, ad Aulam Definitorii;
præprimis bini postremi Definitores, utpote prima vice assi-
dentes Definitorio, Juramentum Constitutionibus prescriptum e-
miserunt; tum electus est Unanimi voce in Secretarium Definito
rii, P. Lucius a S. Joanne Baptt. Definitor Provinciæ IV. ac inchoata

Sessio Prima.

Animadvertendo V. D. quod in nonnullis Domibus nostris
magna absurda patrantur ab istis Religiosis, qui nullis labo
ribus sunt occupati, sed semper otiosi, in consvetudine ebrieta-
tis continuo existunt. Hinc V. D. statuit, ut Superiores locales
aliquos labores illis assignent, et in Capitulis, quæ singulis Do-
minicis diebus facere tenentur, defectus eorum, corrigant, puni-
ant ac mulctent, subtractione etiam Cibi et potus, aliis præstare so-
litis juxta Regulam nostram.
Eadem Sessione. Cum multorum Conventuum Superiores, prout
Domini, non ut Dispensatores bonorum Religionis, peculium pro
suo arbitrio dispendant, debita a variis personis passiva contra
hant, sine ullo scitu et consilio suorum Consiliariorum, ac in ma-
joribus etiam sine scitu Provinciæ, quod omnimode et substrictissimis pæ-
nis, non modo Decreta summorum Pontificum, Leges Ordinis, sed
etiam Suprema Mandata Imperialia, iis observanda præcipiant,
et hoc sub personali cujuscunque responsione. — V. Definitorium
palpabiliter hæc omnia in variis Conventibus videns, præcipit
PP. Superioribus locorum. — 1º Ut calculationes mensuales insimul
cum Consiliariis quolibet mense, sine ulla tergiversatione faciant,
ne Registra tunc temporis scribantur et subscribantur, cum visita
tio Provincialis instat. — 2º Ut debita minora nulla contrahan-
tur sine Consilio et Decreto Communitatis, majora vero sine li-
centia in Scriptis N. P. Provincialis aut Definitorii. — 3º Ut de-
bita per Superiores contracta, fideliter ad Ante Capitulare Definitorium
cum subscriptione Consiliariorum ad Definitorium porrigantur simul
cum solutione debita et restante servis claustralibus ne successores, re-
pertis occultatis debitis, necessariis commodis careant, aut Domos
suas debitis gravare cogantur, qui autem in Definitorio Ante Capi-
tulari aliquod debitum contractum celaverit, et de hoc denuntiatus fu-
erit, pœna per Collegium Romano-Catholicum promulgata mulctabi-
tur, et in post ab Omni regimine amovebitur. His statutis solu-
ta est Sessio prima pomeridiana.

Sessio Secunda Matutina.

Ad hanc Sessionem matutinam hora 9. institutam die 3. Julii A.C. pulsu consueto convenerunt cum suo Praeside PP. Definitores. In hac Sessione legens V. Definitorium Constitutionum Cap. 151. N. 5 De inobedientia Superiorum adinverit in eodem numero poenas gravissimas institutas pro hac inflictas, quam tamen V. Definitorium usque modo violatam per superiores locorum cernit, praecipue in puncto V. Definitorii celebrati in Residentia Szumbarensi Anno 1827 die 21 Martii Sessione secunda Nro 2. quo praecipitur Superioribus localibus, ut quolibet triennii decursu de vestitu suorum Religiosorum Sedulo ac tempestive invigilent. etc etc. quod tamen V. Definitorii Decretum non modo per nonnullos superiores spretum et usque nunc non adimpletum cernitur, sed neque Communitati promulgatum in nonnullis locis fuerit. — Decretum utique hoc formatum est in favorem Religiosorum non in eorum detrimentum, et ad evitandas Religiosorum querelas, quod desolati omnimode vivant. — Cur igitur tam negligentes sunt Superiores ut hanc voluntatem Definitorii spernant ac omnimode negligunt, cum hoc et propriam eorum famam comendat, et charitatem fraternam compleat. — Praemonendo igitur V. Definitorium Omnes superiores locorum de tali suo praecedaneo statuto, obligat eorum conscientias. — 1mo. Ut Decretum V. Definitorii sub Nro. 2do. data Martii 21. recepto hoc nostro statuto denuo Communitati in Capitulo Conventuali promulgent, ad ejus notitiam. 2do. Ut sine ulla excusatione moderno Anno. necessaria in hoc Decreto expressa, ad Ante Capitulare Definitorium, Omnibus suppeditent ac reversalia cujuscunque Religiosi de receptis necessariis eidem Definitorio sine detatione transmittant, tali enim modo pax et concordia inter Religiosos conservabitur, alias sciant se judicandos ac puniendos ab eodem Definitorio juxta supra citatam Constitutionem.

Eadem Sessione Ab eodem Definitorio praeceptum fuit Superioribus locorum; ut Inventaria rerum Domesticarum, tempestive ad Definitorium ante Capitulare transmittant, ut sciat V. Capitulum quidnam in qualibet Domo reperiatur, et quid recipere debeat Successor cujuscunque Domus, quare praesenti statuto haec omnimode praecipit ad implendum, Omnibus Superioribus. —

Eadem Sessione Animadvertens V.D. Decretum praecedentis V. Definitorii de augmento vel decremento Bibliothecarum per aliquos nonnisi Bibliothecarios ad praesens Definitorium porrectum esse, quibus suum commonstrat gratum animum, religiosos vero monet ut si immunes a poena esse velint, Idem incrementum et decrementum Bibliothecarum, ad futurum Definitorium necessario transmittant.

Eadem Sessione porrectum fuit praetitum a P. Zephirino Onaszkiewicz Lectore et Magistro S. T. ad N. P. Provincialem, de concedenda Ipsi facultate obtinendi gradum Doctoris S. Theologiae in Universitate Caesarea Vilnensi. — V. Definitorium correspondendo illius voti ac Mandatis Imperialibus Eidem P. hanc facultatem benigne tribuit

sub

sub hac clausula, ut recuperata prius Sanitate, et obtenta in Scrip
tis Testimonio de Vita et moribus a P. Ministro loci ~~ad~~ hunc
gradum exposcat ab eadem Facultate, et pro eodem se preparet
non aliter tamen, nisi recuperata Omnimode Sanitate.

Eadem Sessione innotuit V. Definitorio quod quidam Religio
sus Sacerdos Nostri Ordinis, timore Dei et extremi Judicii deposito,
ausus fuerit variis in locis Stipendia pro Sacris furtim accipe
re, et hoc in magna quantitate, non absolvendo pro iis stipendiis
Sacrificia, quae hucusque in ejus conscientia manet; hoc ipsum
et N. P. Provincialis in nonnullis Claustris observavit, practicatum esse.
Praecavendo igitur V. Definitorium tam maximo ac pessimo omni
ex parte Sacrilegio, obligat Conscientias PP. Superiorum localium,
ut Sacristiae ac proventibus Ecclesiae Sedulo invigilent, ac additum
ad illam prohibeant absque necessitate, ne tam horrendi casus
in post practicentur. Et in hoc finita Sessio.

Sessio 3tia pomeridiana.

In hac Sessione pomeridiana instituta hora 3tia. accessit V. Defi
nitorium ad Novitiatum Trinitopolensem in quo per sex annos con
tinuos usque nunc, nullum videt Novitium Professum, etsi per tot
Annos semper Novitii in eodem Novitiatu inveniebantur, causam
hujus defectus Professorum Clericorum, Definitorium praesens pro
trahit ad personalem explicationem P. Ministri loci. — Ad praesens
vero statuit, ut Aspirantes ad habitum Nostrum non pro libi
tu P. Ministri, sed Communitatis, qui digni et apti fuerint inventi juxta
Leges, recipiantur. Tum ut ab iis qui non sunt in statu e
mendi habitus, iidem illis Conventus suppeditet, dein ut iuxta
Legem nostram, Approbationes Novitiorum, statutis temporibus
fiant, et ut finito anno probationis ii in quibus nullum adin
ventum est impedimentum legale, servatis servandis, quae de Jure
sant, tam Ordinis quam Regiminis, ad Professionem admittan
tur, et ut de Professis statim notitia detur N. P. Provinciali.
Praecavet attamen V. Definitorium ne recipiantur ad Habitum illi
qui iam fuerunt in quacunq Religione, iuxta Constitutiones Nostras
de Novitiis.

Eadem Sessione V. Definitorium cognoscens, quod nonnulli Supe
riores locales per Sexenium vix notabile, vel nullam reparationem fe
cerint Sartactectorum, quod adversatur bonae Economiae, quocum
magis aliquid destruitur, eo majore sumptu exigit. — Praecipit
igitur V. Definitorium, ut quolibet Anno, si non reparationes ne
cessariae fiant, saltem pecuniae pro iis expendendae colligantur
ut suo tempore reparatio fieri possit. His scriptis finita Sessio
tertia pomeridiana. —

Sessio 4ta pomeridiana

Hac sessione quinta V. Definitorium accessit ad designandum locum tum V. Definitorii ante Capitularis, tum Capituli ac designandam diem celebrationis illius, nec non quo ad concernens pro Domo Capitulari. — Perpendens V. Definitorium Status modernos Conventuum, locum comodiorem pro Capitulo celebrando, non adinvenit alium quam Collegium Luceoriense. — Tempus vero secundum Regulam nostram assignavit Sabbatum ante Dominicam IV. post Pascha, scilicet feriam 5tam, seu Diem nonam Maji, pro inchoando Capitulo. — Ad sustentationem vero Capitularium pro Domo Capitulari, ex variis Provinciae Domibus, designavit Rublonos argenteos Centum viginti, octo Nro 128. tali modo nimirum ut:

Collegium	Antecollense solvat Rublonos. —	12.
	Luceoriense. — — — —	12.
	Theophilpoliense — — —	10
	Berestecense. — — — —	10
Conventus	Brahiloviensis — — —	12.
	Trinitopolensis. — — —	6
	Molodecensis. — — — —	14.
	Orsensis. — — — —	8.
Residentia	Ryszczoviensis — — —	8
	Camenecensis. — — — —	8
	Szumbarensis — — — —	8
	Brestensis. — — — —	4.
	Crivicensis. — — — —	8
	Vitebscensis. — — —	8.
	In Summa Rublonos argenteos	128.

Quam summam quilibet Conventus et Collegium reddere obligabitur tempestive, ad manus R. P. Provincialis, Et in hoc finita Sessio.

Sessio 5ta Matutina.

Sessione praedicta denuntiatum sibi habens V. Definitorium quod P. Hilarius a S. Anna Trapp, praelitum suum porrexerit ad Delegatum Visitatorem R. P. Bobrowski, concernens contra Conventum Trinitopolensem, quod non solvatur illi debita Provisio, omissa sua Regulari Jurisdictione. — Talis recursus iam Decreto V. Definitorii post Capitularis prohibitus extitit, sub poenis expressis in Constitutionibus, de fugitivis, quibus et nunc puniendus veniret P. Hilarius, nisi Definitorium attenderet, modernas rei circumstantias. Monet ergo V. Definitorium P. Hilarium, ut si hoc altera vice facere attentaverit, indispensabiliter praedictis poenis a P. Ministro puniatur.

Eadem Sessione porrectum fuit petitum ac lectum, a P. Hero-
ne a S. Stephano ac V. Definitorium contra P. Antonium
a S. Francisco Miziewicz Praesidem Camenecensem, de non re
gulari Registrorum inscriptione, tum perceptas, tum expensa-
rum, et hoc ex motivo tali, quod Registra, non fuerunt sub
scripta per Consiliarios, quamvis tempore Visitationis pre-
meritus fuit P. Praesidens, ut Registra quolibet mense a
Consiliariis calculentur ac subscribantur. — V. Definitorium
tollens in post tales querelas ac accusationes non necessarias,
praecipit suo Statuto Superioribus localibus, cujus Decreti ex-
cerptum hic adjungitur, cum hac clausula: ut ad effectum
Omnimode deducatur, et ut Calculationes insimul cum Consilia
riis, quolibet mense fiant ac Registra subscribantur. Patri ve-
re Lenoni V. Definitorium hanc dat Resolutionem: quod nul-
lam videat hic et nunc necessitatem faciendi Commissionem,
cum et hoc jam praeceptum sit Superioribus, et PP. Prases
Definitorii, hanc in se accipit [illegible] investigandi veritatem in loco
loci de factis denuntiationibus, quia cognita, media si necessa
ria fuerint, apponet. Et finitus est Sessio.

Sessio 6ta et ultima Matutina.

Sessione hac hora nona Matutina, cum jam nihil su-
peresset Ven. Definitorio ad agendum et Definiendum ea
propter, pro more solito, surgens Secretarius Definitorii
Omnia acta ejusdem legit a principio ad finem, quibus
perlectis finem imposuimus huic Definitorio, cum mea ma
nuum subscriptione Die 5 Julii 1828 Anno in Collegio nos-
tro Anticollensi ad Vilnam.

Fr. Victor a S. Ignatio Minister Provincialis.
Fr. Casimirus a S. Catharina Definitor Provinciae primus.

P. Lucius a S. Joanne Bapt. Definitor IV.
Provinciae ac Definitorii Secretarius.

Benedicta sit SSS.ma Trinitas.

Acta Venerabilis Deffinitorii Provincialis sub Praesidentia Rmi N. P. Victoris à S.to Ignatio Centelenio Ministri Provincialis ac S. T. D. Celebrati in Collegio Nostro Lucceriensi die 13. et Sequentibus Mensis Decembris Anno 1828. —

Sessio 1.ma

Sessioni huic et ipsomet Deffinitorio praebuit occasionem pius obitus Pris Lucii à S.to Joanne Baptista Definitoris IV. Provinciae, in Conventu Nostro Trinitopoliensi die 21. 7bris currentis Anni 1828. qui ne Provinciam Nostram privaret necessario vocali, permovit N. P. Provincialem ad convocandos tres Provinciae Definitores die 18. 9bris anni currentis Litteris suis Brestae datis ad Collegium Lucceriense pro Celebratione Definitorii Electivi die 9. Xbris, quo die, etsi duo Definitores comparuerint in hocce Collegio, tertius tamen desiderabatur nimirum Pr Vilhelmus à S.to Antonio Definitor Provinciae II. sine quo Electio Canonica fieri non potuit. Quare et VV. Definitorium postpositum fuit ad diem 13. Xbris, qua die eo comparente facto solito Campanae pulsu convocati Patres Definitores cum suo Praeside ad locum Definitorii comparuere in Personis quatuor, nimirum: N. P. Victoris à S.to Ignatio Ministri Provincialis, ac Praesidis Definitorii, Pris Casimiri à S.ta Catharina Definitoris I. Pris Vilhelmi à S.to Antonio Definitoris II. et Pris Vincentii à SS. Aplis Definitoris III. Statimq invocato lumine Spiritus S.i, Electo Secretario Definitorii nimirum, Prem Vincentium Ab Aplis Definitorem III. — Factis ac servatis omnibus quae Constitutiones Nostrae in Electionibus praescribunt, cujusq illor. perfectus est Elenchus Personarum Eligibilium, excerptus ex Libro VV. Definitorii ante-Capitularis in Anno 1826. compositus, formatus ordine sequenti pro Officio Definitoris eligendi; scilicet: Pr Florentius à S.to Petro, Pr Franciscus à S.to Josepho Calasanctio, Pr Antonius à S.to Francisco, Pr Gaspar à S.to Joanne Cantio, Pr Josephus à S.to Joanne Nepomuceno, et Pr Romanus à S.to Mathaeo. Ex quor. numero ex remoto Eligibilibus plura vota habentes comparuerunt, pro Officio Definitoris IV. duo nimir.

Pr Fran

Pr Franciscus à Sto Josepho Calasantio, et Pr Florentius à Sto Petro.—

Etsi vero hic ulterior electio necessaria non esset, si Pr Innocentius à Sto Severino S. T. D. Socius ex 2dis 1. constans ac firmus in sua vocatione persisteret, Officiaq Religionis suae obiret; sed cum is sine obtenta licentia tum Superiorum suae Religionis, tum Superioris Regiminis Ecclesiastici, acceptaverit Parochiam seu jus Parochiale ac Beneficium Ecclesiae Sielecensis, contra sua essentialia vota, ac eo ipso commonstraverit, se velle omnino a Religione Professa liberari, uti ipsemet expressit in Epistola sua data in Beresa Carthusiana die 21. 8bris sub # 25. Anni currentis ad N. P. Provincialem: ideo VV. Definitorium perpensis gravibus causis praecipue concernens subsequens Electivum Capitulum, quo ad effectum Socii necessarii, et haerens incertum de illius comparitione in eodem Capitulo, illum ab Officio Socii 1. ex Secundis pro hac vice liberavit: ac in illius locum Candidatos ad hoc officium Eligendos porrexit, scilicet: Pm Romanum à Sto Mathaeo, Pr Josephum à Sto Joanne Olypomuceno, P. Antonium à Sto Francisco, et Pr Antonium à Purificatione BVM. ex quibus facto scrutinio, inventi sunt plura vota habentes remote eligibiles, nimirum Pr Romanus à Sto Mathaeo, et Pr Antonius à Sto Francisco— Et in his finita Sessio—

Sessio 2a

Hora tertia pomeridiana VV. Definitorium convocatum ad Sessionem Electivam tum Definitoris Provinciae, quum Socii ex Secundis 1. fecit scrutinium Eligibilitatis in Ordine ad eligendum Definitorem Provinciae IV. ex duobus in praecedenti Sessione electis Candidatis, ex quod: numero schedulae calculatione facta more solito ac usitato in Nostra Religione, inventus est Electus in Definitorem IV. Provinciae Pr Franciscus à Sto Josepho Calassantio, Minister Actualis Collegii Luceoriensis, votis omnium Electorum, quem mox

N. P. Prov

N. Pr Provincialis ac Praeses Definitorii, in Definiterem IV. promulgavit.—

Eadem Sessione pariter ex duobus Candidatis expressis in Sessione Matutina omnium Eligibilium votis, renunciatus est in Socium ex Secundis 1. Pr Romanus à Sto Mathaeo Minister Collegii Theophilpoliensis, et ut Socius in locum Pris Innocentii à Sto Severino suffectus, per N. P. Praesidem pronunciatus — Quibus peractis finita Sessio —

Sessio 3a Pomeridiana

Instituta hac Sessione die 14 Xbris hora tertia pomeridiana, VV. Definitorium accessit ad Confirmationem Electorum in hesterna pomeridiana Sessione Definitorii Provinciae IV. et Socii ex Secundis 1. Quia porro juxta sonantiam Legum Nostrarum, intra 24. horas nullum circa hanc electionem patuit impedimentum, ideo Pr Franciscus à Sto Josepho Calasantio Minister Collegii Luceoriensis Definitor Provinciae IV. votis Quatuor, et Pr Romanus à Sto Mathaeo Minister Collegii Theophilpoliensis Socius ex Secundis 1. votis quatuor, ad immediate subsequens Capitulum Provinciale confirmati extiterunt. Et cum ex Lege et Consuetudine huic Definitorio nihil superessit ad faciendum ideo VV. Definitorium has omnes Sessiones Electivas confirmando, propriis manibus subscripsit —

Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis. —
Fr Casimirus à S. Catharina Definitor Provinciae 1.

Haec Omnia concordare cum Actis VV. Definitorii Testor Fr Vincentius à SS. Apostoli Deffinitor 3us ac Ejusdem Deffinitorii Secretarius

Benedicta sit Sma Trinitas.

Acta Venerabilis Nostri Anteccapitularis Deffinitorii Provincialis, sub Praesidentia N. R. Pris Victoris a Sto Ignatio Centelewicz S. T. D. Ministri Provincialis, in Collegio Nostro Luceoriensi Anno Domini 1829. diebus Maii Celebrati —

Congregatum legitime hocce Definitorium Litteris Convocatoriis N. P. Provincialis Victoris à Sto Ignatio ad Collegium Nostrum Luceoriense pro die 2. Mensis Maii Anni currentis, Deo dante, ac Benedicente, convenit ad hocce Collegium eadem die, Mense et Anno. — Die vero subsequente nimirum Tertia Maii convocati ad locum Definitorii pulsu campanae consueto pro inchoando Definitorio, comparuerunt Omnes quatuor Definitores, cum suo Praeside videlicet N. P. Victore à Sto Ignatio Ministro Provinciali, a quo brevi allocutione salutatoria recepti, accesserunt ad instituendam Sessionem 1am

Sessio 1a

Hanc Sessionem Venerabile Definitorium instituit Hora nona matutina a receptione juramenti Pris Francisci à Sto Josepho Calasanctio Definitoris IV. servandi Secreti ac fidelitatis in executione sui Officii, utpote qui post suam in Definitorem electionem in Definitorio praecedaneo idem juramentum non praestitit. — Voluit Venerabile Definitorium hic accedere ad Electionem Secretarii Definitorii, sed cum Pr Franciscus à Sto Josepho Calasanctio Definitor Quartus Provinciae, occupatus sit negotiis domus variis, et in sanitate perfecta non existat, ideo Venerabile Definitorium, prius electum Secretarium Definitorii, nonnisi confirmavit omnium votis ac Calculis, nimirum P. Vincentium à SS. Apostolis Definitorem Tertium qui in praecedaneo Definitorio juramentum de servando secreto emisit. —

Eadem Sessione Lectus fuit Computus triennalis Residentiae Brestensis, in quo comparuit praeter Summam Perceptam ac Debita Activa, debitum passivum excedens Summam Quadringentorum florenor: quae per Successorem ex Provisionibus exsolvi debet. — Quod debitum contractum est pro variis Reparationibus inevitabilibus Ecclesiae, ac Claustri, nimirum:

Dealbatione Ecclesiæ, Tegumento Acustra, ac Segimento novo dato ligneo — Et in hac finita Sessio —

Sessio 2ª

Eadem die horæ tertia pomeridiana, post sonitum Campanæ Sessio hæc instituta est a Lectione triennali Computus Collegii Philippopolitani simul cum Inventario ejusdem Collegii, in quo computu triennali comparuit receptam esse Summam cum dimidia Supremi Riginiris flor: Polt: pro Fabrica Ecclesiæ inscriptam, ac apud Illum M.D. Kolyenko locatam, simul cum Provisione debita ab Eadem sexmillium centum octoginta, tum Summam pro fabrica ejusdem Ecclesiæ collectam tempore Jubilæi flor. pell. Mille, quo ambæ summæ conservantur in Archivium clarium: Reliqua vero Summa collecta per F. Stanislaum pro fabrica Ecclesiæ ac in exemptione Carræ flavæ expensa, modo a Carofficina recipi debet, ac Summio pro fabrica Ecclesiæ in Archivo reponitis ingrossari; unde totalis Summa pro fabrica Ecclesiæ in Archivo reposita ad præsens debet esse Septem Millium quingentorum flor. pell. — Pro reliquis vero tum fabricis, tum Reparationibus in Collegio factis, tum relictis necessariis ad sustentationem Religiosi: Venerabile definitorium Pri Minu gratum animum commonstrat. —

Eadem Sessione Lectus est Computus triennalis cum Inventario Residentiæ Sacrobarensis, in quo comparuit Summa Remanens in Archivo flor: pell: Centum undecim, as: Septem decim: Debitum vero passivum nullum — In reliquo Venerabile Definitorium advertit sedulam Pris de officiis ac Præsidis curam, pro qua grates suas refert: et Sessio finita —

Sessio 3ª

Præsens Sessio matutina instituta est die quarta Maji currentis anni, a Lectione Scriptura Pris Lectoris Collegii Bercatecensis, nimirum Pris Alexandri a S.ta Thoma Bartowski ad S. D. Ministrum Provincialem Victorem a S.to Ignatio missæ, ac die Ultima Mensis Novembris Anni 1828. recepta, in qua describuntur mores et pessima facta Fratrum Studentium Philosophiæ in Collegio Bercatecensi manentium, videlicet: Fris Constantini Malinowski, Augustini Wotellan, et Fris Ignatii Ziemberski. Venerabile Definitorium perpendens maturo judicio hos omnes Fratres fungeran incorrigibiles propter ea delicta publica, et propter eorum pertinaciam in malo, in-

digna

indignos esse Habitu Nostræ Sæ Religionis; attamen ut sententia hæc, cum omni formalitate formari a mox Celebrando Capitulo Provinciali possit, Præcipit Pri Vicario Collegii Berestecensis, ut assumpto pro Secretario Pri Apolinari à Sto Liborio Concionatore Collegii, mox ante Capitulum iminens formet Processum formalem, de vita et moribus pessimis horum trium Fratrum, illudq sine ulla dilatione ad Capitulum Provinciale Celebrandum Luceoriæ transmittat, ad quod formandum Patentales Litteræ à Sto P. Provinciali ipsi mituntur. Eadem Sessione Lectus est Computus triennalis simul cum Inventario Conventus Trinitopoliensis, in quo comparuit Remanens in parato pæculio flor. poll. Quingentor: sexdecim, as: trium: Etsi autem compareat debitum contra Conventum in Summa flor: 3,785. as. 28. hoc tamen ex debito favorabili quatuor partibus superante exsolvi potest. — Comparando præsentem Summam Rationum cum Antecedentibus, meretur Pr Minister suæ Religionis congruam satisfactionem. Et sessio finita —

Sessio 4a

Hora tertia pomeridiana, Sessio hæc inchoata est a lectione Computus triennalis et Inventarii Residentiæ Camenecensis, in quo reperit Venerabile Definitorium Summam in Remanente flor: poll: 3430. as: 5. sine ullo in contra Residentiam debito passivo. — Insuper legit desiderium V. Deffinitorii Pris Præsidis Camenecensis ut Summa Remanens nimirum 3430. flor. as. 5. convertatur in Reparationem ac Decorem Ecclesiæ, simulq apromittit etiam pro hac Reparatione unum mille superadere ex aliis fontibus. — Venerabile Definitorium et Sto P. Provincialis semper optabant ut Reparatio Ecclesiæ Camenecensis, jam pridem fieret, quemadmodum et nunc optant et recomendant non prohibendo usum pro hoc negotio hujus Summæ, dummodo Religiosi habeant commoditatem in omnibus suis necessitatibus. — Quod vero attinet Regimen Claustri, ac curam ejusdem, cum Venerab: Definitorium in hoc sedulitatem Pris Præsidis adverterit

præ-

praecipue in augmento Proventus Annuales, ac Reparationibus factis, hac de causa omnimodam suam satisfactionem declarat. Et in his solutis sessio.

Sessio 5ª matutina.

Quoniam die Quintus Maji currentis Anni, ut pote Dominica fuerat praecedita, tum Devotione Ecclesiae, quam variis negotiis per R. P. Provincialem exequendis, hac de causa ultraq. Sessio matutina scilicet ac vespertina, ad diem subsequentem Veneris scilicet secundam dilata fuit. — Unde mox citata sessio die sexta Maji Anni 1829. consueto pulsu Campanae inchoata fuit hora nona matutina, in qua praesimi — Lectus fuit Computus triennalis Residentiae Babinovicensis cum Inventario, tum Residentiae Vitebscensis cum Inventario, nec non Collegii Orscensis cum Inventario. — Remanens nullus superiorius in Residentia Babinovicensi, nisi debitum Basilium Rublorum Cyrac. Octuaginta octo. — In Residentia Vitebscensi Remanens comparuit Rublorum Cyrac. Nongentos. octo, Copiorum nonem. — In Collegio vero Orscensi superiorius Remanens Rublorum Cyrac. Septingentos undecim, Copiorum Octuaginta quinq. cum dimidio: praeter debita, Quinq. Millium Rublorum Cyrac. pridem contracta in Expensa litis. — Comparando praesentem Summam Rationum in Alba Russia cum antecedentibus, existam auxiliante Dei gratia sat in bono statu. Et Sessio finita.

Sessio 6ª Pomeridiana

Sessio hac facta hora tertia pomeridiana die sexta Maji anni currentis, initium sumpsit à lectione Petiti processus ad Venerabile Definitorium Ante-Capitulare à Musicis Germanicensibus Ecclesiae Patronum Franciscanorum, in quo exprimunt non esse se satisfactos à Collegio Berestecensi quo ad suam solutionem annuam, ac quod Petitum Venerabile Definitorium hanc in lingua vulgari dedit resolutionem. —

Prośba wyżey wyszczególniona podana do Przenajświętszego Definitorium dnia 29. Kwietnia r. b. na dniu 6. Maja czytana była, z którey obaczyli, jakoby Klasztor Berestecki Trzyletniego w nie zostawał pozostawał winien Ks. Klasztorowi Jeleńskiemu Rubli srebr. 16. Janowi Banchowskiemu

r. d. 16. Stanisławowi Sułkowskiemu r. d. 11. Aloyzemu
Oleszewskiemu r. d. 5. Jo Antoniemu Grotowi r. d. 3.
Lecz że w tey Prozbie żadney zmianki niema, czyli na
to należności wyż wyrażone wydane za Reverza Prezto-
żonego Klasztoru Bereźteckiego? również powinności żadney
niema, lubo dwo lata służby pełniąyli, i czy za nie
dza i zezwoleniem Prezłożonego i Bracyi Swiadectwem
do Kapituły do Krzemieńca? Nad to czyli Oni wyż wy-
rażeni nieżetali co winni Klasztorowi, co do Papie-
rów, Chorągwi, i Instrumentów Kościelnych? gdy ich
te wszystkie na miejscu z weryfikuie się zmienienie
ich z Przełożonym Klasztoru, jakie ich dalsze należności
wyż wymienionym Maszyom dawniey Bereźteckim,
aterak Krzemienieckim z Regestru tegoż Klasztoru
wyciągnione, takowe należności Konsulta Prowin-
cyalna Jgnacka zaleci wypła-
cić.-

Eadem Sessione, proposita fuit Venerabili Definitorio per M.
P. Provincialem ad resolvendum quæstio, Quid faciendum
in hoc casu, cum Convocati omnes Capitulares in numero
decem, suas Convocatorias subscriptas per quemlibet Vocalem,
præter P. Leonardum à Conceptt. B. V. M. Socium ex primis
primum, qui sat has Litteras remiserit, tamen hic non sunt
receptæ ut patet ex ipsius posteriori scriptura, missa ad
M. P. Provincialem, et Capitulum Provinciale inchoat, Se-
cius vero ex Secundis Secundus nimirum P. Salesius ad
Jacobo atpote non vocatus, et longe dictans Luccoviæ pro
Feria quinta nimirum nona Maji comparere nequiit,
et sic nunc vacetur. Venerabile Definitorium hanc quæstio-
nem resolvendam distulit ad Sessionem subsequentem.
Et in hoc finita Sessio-

Sessio 3ma Matutina

In hac Sessione instituta nempe die Septima Maji Anni cur-
rentis ad quæstionem suspensam propositam Venerabile Defi-
nitorium perpendens varias graves causas, præcipue vero et
vel maxime quod defectu unius Vocalis, Convocati reliqui Vo-
cales pro Electo in Capitulo Socio ex Secundis Secundo dimi-
dentur

portare deberent, non sine magnis Collegii Lucernensis expensis, ac Vocalium congregatorum, qui extra Domum Capitularem justa Leges Ordinis Nostri, manere deberent incommodo, ac expectare Socium in Capitulo electum, hanc sententiam suam ad praesens dedit ac pronuntiavit, ut aliquis ex proximioribus hic manentibus substituatur in Socium ex Secundis Secundum pro hac vice, qui neq. Electoris titulum sibi usurpare debet, neq. gloriari se fuisse Vocalem Electum, cum in gravissima non nisi causa substitutus fuerit a Venerab. Definito in locum deficientis necessarii Electoris. — Unde juxta hanc Definitorii resolutionem, porrecti sunt Candidati in substitutum Socium sequentes, nimirum: Pr Antonius à Purificatione B.V.M. Pr Ambrosius à S.to Nicolao, et Pr Felix ab Angelis. — Cum vero Venerabile Definitorium attenderit ad Constitutionis Cap.: 20. S IV. num.: 15. nullum posse eligi in Socium ex Secundis Secundum, nisi aliquando fuerit Minister, et cum talis nonnisi comparet Pr Antonius à Purificatione B.V.M. ideo omisso formali Electione, illum designavit Ven.: Definitor.: in substitutum Socii ex Secundis Secundi, qui comparente vero Socio, nullum locum habebit in Capitulo. —

Eadem Sessione formatus est a Venerabili Definitorio Catalogus Personarum remote Eligibilium, Venerabili Vestro Capitulo Provinciali porrigendus sequens —

Pr Valentinus a Nativitate B.V.M.
Pr Felicianus à S.to Francisco —
Pr Antonius à S.to Laurentio —
Pr Camillus à S.S.M. Felice in Ministrum
Pr Emilianus à S.to Michaele in Definitorem et Virum
Pr Florentius à S.to Petro de Alcantara in Virum
Pr Gasper à Jesu Maria in Provin. Definitt. et Virum
Pr Damascenus ab OO. SS. in Ministrum —
Pr Herbertus à S.to Leone —
Pr Leo à S.to Nicolao, in Provin. Definitt. et Virum
Pr Leonardus à Concept.ne B.V.M. in Provin. et Definitt. —
Pr Aquilinus à S.to Victore
Pr Casimirus à S.ta Catharina in Provin. et Virum
Pr Villadrosius à S.to Antonio in Provin. et Virum —
Pr Hilarius à S.ta Anna
Pr Ambrosius à S.to Nicolao, in Ministrum
Pr Clemens à S.to Vincentio in Ministrum

Pr Antonius à Sto Francisco in Provlem, Deffinitt, et Mrum.
Pr Franciscus à Sto Josepho Calasanz in Provlem, et Deffinitt.
Pr David à Sto Victore in Ministrum
Pr Vincentius à SS. Aplis in Provlem et Mrum
Pr Joachimus à Sto Casimiro in Mrum
Pr Gaspar à Sto Joanne Cantio, in Provlem, et Deffinitt.
Pr Salesius à Sto Jacobo in Ministrum
Pr Victor à Sto Ignatio in Provlem, Deffinitt, et Mrum
Pr Stanislaus à Sto Xaverio
Pr Josephus à Sto Joanne Nepomuc in Deffinitt et Mrum
Pr Benedictus à Sto Josepho
Pr Cantius à Sto Thoma
Pr Valentinus à Regibus
Pr Stanislaus à Sto Dionysio
Pr Valerianus à Sto Antonio in Ministrum
Pr Romanus à Sto Mathaeo in Provlem, Deffinitt, et Mrum
Pr Melchior à Sto Mathia in Ministrum
Pr Gabriel à Sto Jacobo
Pr Blasius à Sto Joanne Baptista in Deffinitt, et Mrum
Pr Raphael à Sto Antonio
Pr Onuphrius à Sto Erasmo in Provlem, et Deffinitt.
Pr Marcus à Sto Joanne de Deo
Pr Felix à SS. Nomine Jesu in Ministrum
Pr Felix ab Angelis in Ministrum
Pr Antonius à Purificatione B.V.M. in Ministrum
Pr Josaphat à Sto Andrea in Ministrum
Pr Innocentius à Sto Severino in Ministrum
Pr Adamus à Sto Vincentio in Ministrum
Pr Mathaeus à Sto Basilio
Pr Onuphrius à Concepto B.V.M. in Ministrum
Pr Zeno à Sto Stephano in Ministrum
Pr Urbanus à Sto Joanne Nepomuceno
Pr Eduardus à Sto Benedicto
Pr Bruno à Sto Dominico
Pr Augustinus à Sto Vincentio in Ministrum
Pr Basilius à Sto Petro in Ministrum
Pr Petrus à Sto Thoma de Vilanova in Ministrum
Pr Julianus à Sto Elia in Ministrum
Et in hoc soluta Sessio

Sessio 8va pomeridiana.

Sessio haec instituta est hora tertia pomeridiana in qua etsi nonnullae Collocutiones circa necessitates Provinciae institutae fuerant, nihil tamen decisum, ex ratione quod multa Statuta Definitorios. et Capitulos. ad effectum non deducantur, quare supervacaneum foret, novo aliqua stabilire. Sessionem hanc finivit lectio transmissi Inventarii Collegii Antecollensis —

Sessio Nona et Ultima

In praesenti Sessione Ultimario instituta die Octava Mensis Maji 1829. Anni, cum maxima patientia ac desiderio summo expectavit Venerabile Definitorium reliquas Chartaquantas non transmissas in numero septem, utpote ad hocce Definitorium omnimode et legaliter spectantes, non ad Definitorium post Capitulare, tum juxta Leges Ordinis, et Imperatoria mandata: his tamen nescio qua de causa, et ex quibus motivis non transmissis Venerabile Definitorium diu expectare non valens, hoc committit Venerabili subsequenti Capitulo, simulq. rogat, ut sua majori Authoritate huic introducto disordini remedium aliquod inveniat, ac apponat. In reliquo nihil habens jam ad faciendum et statuendum, Acta praesentis Definitorii, de Verbo ad Verbum, a principio usq. ad finem, per Secretarium Venerabilis Definitorii perlecta, Subscripsimus die Octava Maji 1829. Anno —

Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis. —
Fr Casimirus a S. Catharina Definitor Provinciae 1.
Fr Vincentius à SS. Aplis Definitor 3o ac Ejusdem Definitorii Secretarius —

Decretum formatum pro Patres Graviores in Collegio nostro Lucconiensi Ordinis Sanctissimae Trinitatis, in ordine ad expulsionem ex Ordine nostro Fratres Clericos videlicet: Constantinum Malinowski, Ignatium Ziemborski et Augustinum Wolclan

Devenientes ad aures huius Definitorii, denuntiatio facta Patri Provinciali Nostrae Provinciae S. Joachimi, per litteras ordinatas p. Reparat. Patres Philosophiae ac Matheseos, videlicet Alexandri Pawlowski, in hoc: quod tres Fratres Clerici Professi Alumni Philosophiae in Collegio Berestecensi, dissolutis suis moribus destituant reliquos fratres, imbi manentes, populoque Christiano scandalum ac offendiculum praebeant — Quorum primus videlicet Fr Constantinus Malinowski Complicibus ac lapsis offensionis, sua pertinaci inobedientia legibus Ordinis, ac suis Superioribus, crapula ac ebrietate nolivâ ac scandalosâ, venditione rerum ac supellectilium sibi ad usum concessarum, tum furto realiac pecuniario apud varios Religiosos facto, reseratione etiam sine clave sera portae Collegii occasione privandi exemplum, tum propter se, tum etiam alios, vitae suae imitatores, extorsione liberi exitus ad domos etiam suspectas, ac eo fine reformationis et mutationis cellarum, ut prospectum ad publicum habeant blasphemia contra Ordinem nostrum, Sanctos, Religionem Christi, ac ipsum Deum — fuga iterata extra limites Imperii Rossiaci p. admissio primus furto rei depositae in Archivo Confraternitatis cum maximo scandalo populi Gallicensis, ac ejusdem Praeminentis, a quo captus, vinctus, ac ferris ligatus, et Brody remissus Radzivilloviam, et Radzivilovia, sub custodia Polizei Berestecen. incorrecta et in nullo emendata pro formalem carcerem in pane et aqua medii anni probationem, ac trinam praecedentem Patris Provincialis monitionem et punitionem juxta moderationem Innocentii XII., sua vita ac voluntate, quinimo aucta malitia, consuevit ad hanc dementiam devenit, ut ausus fuerit in faciem Patris Provincialis respon dere, se nullo modo velle esse Religiosum, imo et appromittere, si prae illa probatione vellet sibi vitam, spiritu abbreviandum — Haec omnia ejus delicta comprobat etiam processus formalis contra illum factus per Patrem Felicem Porębski Vicarium Collegii Berestecensis, et Patrem Apollinarem Potrasewicz Concionatorem ejusdem Collegii — Alter non absimilis sectator primi in vita mala ac cli solvita, Fr videlicet Ignatius Ziemborski, qui non longo tempore post factam suam professionem in Conventu Brahiloviensi Anno 1825, deditus ebrietati cum Fratre Constantino Malinowski, divenditioni rerum Claustralium, furtis pecuniariis, scandalis offensivis alios Fratres, malo exemplo, exitui furtivo extra portam Collegii, ac ejusdem reseratione, inconstantiae in votis ac suâ vocatione, protervitati, inobedientiae, non applicationi se ad studia Clericis necessaria, blasphemiis ac derisioni legum, et Fundatorum Ordinis, nec non et Angelorum, quos Vespertiliones vel malitiose vel derisorie ausus est nuncupare, tandem in profundum scelerum ve niens, ac poenas pro suis sceleribus patiens, triplici e carcere fuga sibi consuluit, iam apostatando per varia loca Imperii, iam extra ejus limites, non sine magno scandalo populi Christiani, etsi sine habitu Religioso, quem semper apostatando divendebat et procurabat sibi vestes saeculares, ut Apostata ab Ordine agnitus, detentus in custodia, a potestate civili captus, ac ligatus, nec Claustro ac Superiorum localis puniendus binis vicibus traditus fuit, nulla tamen sufficiente in eo gratia nec admonitionis, nec correctionis, nec punitionis incorrigibilis omnimode factus est, quod ex iisdem ut supra litteris notum est — Et qui non emendatus

ac

ac incorrectus, usque ad praesens apostatatur — Tandem ex iisdem Litteris ut supra ac processu formali in Ordine ad expulsionem horum Fratrum facto, convictus Fr. scilicet Augustinus Wottelan strenuus defensor pessimae vitae et corruptionis omnimodae suorum supra expressorum Fratrum, ac Diabolicae doctrinae Magistrorum eo major ipsis, quo posterior in malo caepto, magis obcecatus ac protervior extitit — Ex hujus namque vitae Religiosae serie, ostendit, eum post factam professionem per annos duos talem quidem non fuisse, sed cum secutus fuerit supra expressorum Fratrum exemplum, paulatim desciscere a sua vocatione, ac amore sui status, eundem contemnere, protervus ac inobediens existere suis Superioribus, eorumque mandatis, deridere Regulam ac statuta Religionis, usui cremati ac ebrietati indulgere, aperire portas sine clave, divendere supellectilia sibi ad usum et commodum concessa pro comparando cremato, studia negligere, impios mores praedictorum Fratrum defendere, etiam praesentibus Superioribus, alios ad malum incitare, ac in eodem confirmare, poenas ac punitiones etiam carceris spernere, ac tandem fuga sibi consulere extra limites Imperii usque ad Brody, ubi captus ac detrusus in carcerem, ex eodem afugit Camenecum, ad Illustrissimum Loci Ordinarium, causa Saecularizationis, qui extemplo illum remisit ad Claustrum nostrum ac Patri Praesidi praecepit, ut illum habitu Ordinis indueret, et remitteret Berestecum — Sed non ita factum est sicut voluit prudens ac pius Pontifex: Cognoscens siquidem ejus dispositionem Frater Augustinus Wottellan Clericus, adsumpto sibi suae peregrinationis ac fugae commite subdito Zienkovicensis Ecclesiae organario, retro abivit cum eo in vias pravas, et usque Leopolim pervenit, ubi rursus per Germanos Gallicienses agnitus, detrusus primum ab iis in carcerem, post ligatis manibus ac pedibus cum suo Socio remissus Radzivilovian, ac tandem Berestecum ad Claustrum, ubi pro suo scelere occlusus remansit — Sed cum lupus semper ad sylvam tendat, ideo et Fr. Augustinus, ut lupus ad hanc e carcere properavit, ac in ea inventus rursus in carcerem detrusus est, in quo nulla hucusque commonstrat suae emendationis signa, quinimo ut Leopardus peior ac pertinatior sit in sua voluntate, quo magis ad bonum trahitur — .. Haec notificata sibi habens Definitorium ante Capitulare anno 1829 diebus primis mensis Maii, perpendens Canones ac Statuta Summorum Pontificum uti Cap. Juris, Cum Monasterium de statu Monachorum, et Decreta Urbani VIII de Apostatis incip. Ad haec et ceterum S.a Congregatio etc. tum defectum sex necessariorum Patrum Graviorum juxta Decretum Urbani VIII, volens in tam gravi causa omnem ordinationem juris servare, Sessione sua III. hanc causam ad completum numerum Patrum graviorum ad Capitulum mox immines Provinciale comparitorum, illos suo judicio pronuntians indignos habitu N.ae S.ae Religionis, remisit, ac Patri Provinciali iniunxit, ut alterum processum juridicum formari contra illos faciat, praeterea que illos tres fratres altera ac ultima vice de emendanda vita, et resipiscentia a malo moneat, ne tam gravem poenam expulsionis e Religione incurrant. — .. — .. Ex altero vero processu formato

formato, et ad graves Patres in Capitulo congregatos transmisso, iureiuran
do ex Testibus adinventa sunt in praedictis supra Fratribus Clericis, ni
mirum Ignatio Ziemborski, Constantino Malinowski, et Augustino Wot
tellan sequentia crimina: scilicet primo Fratrem Ignatium Ziem=
borski in Festo B. Joannis a Conceptione Reformatoris, hunc Ordinis Re
formatorem apelasse Stultum, eo quod Ordinem reformaverit — Romae san
ctificari et beatificari homines prios, pro accepta pecunia — Angelos
esse Vespertiliones — Sanctos Fundatores esse capros — Statuta Ecclesiae fide
vel non fide digna — Constitutiones Ordinis temere excogitatas — Huic
puncto Sanctos Fundatores respicienti adhaesit Fr. Augustinus Wot=
tellan nominans hos scilicet Sanctos Fundatores, hircos — Huic testi
monio etsi Fr. Augustinus contradicat, fatetur tamen potuisse haec
et his similia proferre in crapula, et vel maxime in hoc quod in mente non semel id
habuit, quod igitur habuit in mente sui praesens, potuit hoc propalare ore ebrius,
juxta generale adagium — Secundo Fratres Constantinum et Ignatium, mox post
professionem religiosam, deditos fuisse ebrietati nocivae, Fratrem vero Augusti=
num Wottellan nonnisi ab Anno 1827., pro qua ebrietate saepe saepius facienda
congregabat pecunias, tum ex furtis pecuniariis apud varios Religiosos factis,
tum ex venditione rerum sibi ad usum a Religione concessarum, tum denique
ex aliis furtis realibus — Aliquando vero ipsis hic potus nocivus subministra
batur gratuito, a personis Saecularibus, nocivis illorum amicis, quod punctum
tanquam verum non denegat etiam ipse reus nimirum Fr. Augustinus Wottellan,
etsi alter de hoc sileat in suis responsis — Tertio Omnes hos Fratres, scilicet
Constantinum Ignatium et Augustinum ab ipsa juventute iam fuisse pro
tervos ac inobedientes praeceptoribus ita, ut nonnulli illorum saepe saepius pro hac
sua inobedientia et protervitate a suis Magistris, adhuc in Scholis saecularibus
flagris cedebantur, qua retenta consvetudine, tales et in religione remanserunt,
ac eousque devenerunt dementiae, ut ausi fuerint aliqui sine licentia exire pro re
creatione, proterve respondere suis Superioribus, illosque spernere, imo etiam ali=
qui, uti ipse solus Fr. Constantinus fatetur, iactare ligna et calceos malitiose et
ebriose post suum Professorem, volens ipsum impetere — Quarto Fratrem Con
stantinum Malinowski, ex eo quod pro sua inobedientia suo Professori, ut se
transferret ad aliam cellam nolentem obtemperare, Pr. Professor voluit occlu
dere praedictum Fratrem, illi in faciem respondisse, se potius sibi mortem alla
turum, quam sui occlusionem permissurum — Quod et non denegat ipse reus, sed
tantum hoc addit, quia hoc fecit ex impetu, eo, quod pro tam parvo crimine, ut=
pote pro conducta una lagena cremati, voluit ipsum occludere in carcere — Sed
haec explicatio inanis, nam quaelibet inobedientia Superiori cum pertinacia, gra
viter punienda praecipitur Constit. Ord.s Cap. 1. §. 1 n. 5 — Conductio vero cremati, etsi
ex se parva sit res, si tamen ex illa sequatur ebrietas formalis ac scandalosa,
asvetudo se inebriandi, in eaque permanendi, ex genere suo mala, gravis ac da
mnata, nam „ebriosi regnum Dei non possidebunt„ — Quinto demum hos
omnes Fratres apostatasse a sua Religione, alios binis vicibus uti Frem Constan
tinum, alios ternis, uti Frem Augustinum Wottellan, alios quaternis uti Frem
Ignatium Ziemborski, qui usque nunc non comparet, non sine maximo
scandalo populi, dedecore Ordinis nostri, ac Religionis Christi detrimento —

Fru

frustra ergo detorquet Fr. Constantinus Malinowski, primam suam fugam factam fuisse ex mandato sui Provincialis ad Illustrissimum Excell. Dominum Leo Ordinarium Cicciszowski, nam si hanc licentiam impetitam sibi haberet a Provinciali, iuxta stylum Ordinis haberet illam in scriptis, hanc autem neque verbalem neque scriptam, nec pro Testes nec scripturam commonstrat. Mittimus alias illorum explicationes, nam hae cum sint versipeles contemni potius, quam reputari merentur. —— —— —— —— ——

Legens igitur processum Provinciale Capitulum Luconiae anno 1829 die 11 Maii celebratum Tribunal delinquentium iudicium processum ac eorum responsiones, tum ad quaesita sibi per Commissarios Regulares proposita, tum ultimariam resolutionem ad monitorium ultimum sui Provincialis datum Luconiae ac Berestecum transmissum, conscientioso examine cum Patribus Gravionibus invito, deliberavimus praedictorum trium Fratrum Clericorum, nimirum Fris Constantino Malinowski, Ignatii Ziemborski, et Augustini Wottellan, illos omnes iuxta Constit. Cap 3352 n. 1. his verbis „ Ille religiosus iudicandus est incorrigibilis, qui audens „ committere et repetere gravia culpas, admittere non vult poenitentiam, legi „ time a Superiore pro illis positam — Similiter ille, qui tribus diversis vicibus „ punitus pro culpis gravibus, ad meliorem vitae rationem non redit — Etiam „ ille, cujus emendatio desperatur propter ipsius obstinationem et pravae vo „ res „ Ipsemet nimis hos omnes hos Fratres Unios scilicet Constantinum Malinowski, Augustinum Wottellan et Ignatium Ziemborski pronunciavit esse incorrigibiles — Insuper perpensis singulis circumstantiis vitae moralis horum Fratrum delinquentium, cujus vestigia minime adpiscant, imo contraria aperte convincunt, illorum ad statum spiritualem vocationem, ac eo magis solemnem professionem, si non irritam saltem dubiam fuisse — Tum initum eidem Constitutioni Ord. N. 2 et Juri Can. Cap. „ Ea quae „ Ovem morbidam eiiciant ab Ovili, ne inficiat sanas oves „ et Can. 16, Cau sa „ 24 q 3 „ Resecandae sunt pudenda carnes, et scabiosa ovis a caulis repellenda, ne „ tota domus massa, corpus et pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intere ant „ — Imprimis certum existens, omnia quae de jure communi requiruntur adimplenda esse, ea propter insimul pronunciavit Fratres Constantinum Malinowski Augustinum Wottellan, et Ignatium Ziemborski eiiciendos esse —— ——

Quare hac sententia accepta, Pr Provincialis cum gravibus Patribus conveniens in unum locum, invito nunc cum iisdem suo consilio, ac invocato auxilio Divino Numinis de consensu Gravionum Patrum, sequens Decretum pro se justa Canones formavit, formatumque eis intimavit. —— —— ——

In nomine Domini Nostri Jesu Christi. ——

Vi Legum Ordinis nostri cap. XXXIII §2 n. 2. uti Canonum et Decretorum Urbani VIII, Potestate Nobis competente: spectatis tamen circumstantiis moderni temporis, relate quoad Regimen nostrum Spirituale Supremum, si id ei videbitur: Hanc in Fratres Constantinum Malinowski, Augustinum Wottellan et Ignatium Ziemborski pronuntiamus ac declaramus sententiam — Quoniam praedicti Constantinus Malinowski, Augustinus Wottellan, et Ignatius Ziemborski, etsi ex parte Ordis Nostri, omnia salutaria ac secundum pertinacem eorum malitiam, canonica etiam pro praemissa remedia adhibita fuere, animo timore Dei, ita nunc in malo perseverant, ac spem futura emendationis in Ordine nostro nullam relinquunt, imo perversis ac sceleratis moribus, fraudulenter a se professionem in Religione factam convincunt, et usque nunc, uti indigni, multis

Bus

Ordinibus Sacris Majoribus sunt initiati — Ne igitur, pecudum instar infectorum, oves reliquas inficiant. Ego Frater Onuphrius a S. Erasmo Białecki S. T. Doctor Minister Provincialis ac Judex, una cum Conjudicibus infra scriptis, inito consilio, perpensis stricte causis, unanimi consensu agnoscimus praeprimis Fratres Constantinum Malinowski, Augustinum Wotellan, et Ignatium Ziemborski, penitus incorrigibiles esse: ac ut tales declaramus, illosque in poenam incorrigibilitatis, habitu Religioso spoliamus, et spoliandos per Superiorem Loci, volumus, induendosque veste saeculari Eidem Superiori praecipimus, simulque illos a Religione nostra dimittimus, liberosque facimus, tanquam ficte professos, nisi vere resipuerint, emendationem sinceram fecerint, ac sic dispositi professionem Religiosam de novo fecerint, peracto omnino prius probationis anno — Insuper volumus, ut hoc Decretum antequam dimittantur Constantino Malinowski, Augustino Wottellan, et Ignatio Ziemborski, in Capitulo conventuali promulgetur, ac testimonium de illorum expulsione illis a Superiore loci extradatur, inserto prius dicto Testimonio Libro Decretorum Communitatis — Quod Decretum Nostrum ad praesens formatum, majoris roboris ac fidelitatis causa, propriis manibus subscripsimus Datum in Conventu Nostro Luceoriensi die 31 Octobris 1829 Anno. —

Fr Onuphrius a S. Erasmo Białecki S. T. Doctor Provincialis ac Judex.

Fr. Victor a S. Ignatio Centelewicz S. T. Doctor, Definitor primus Provinciae Conjudex.

Fr Franciscus a S. Calasantio S. T. Mgter Definitor Provinciae secundus Conjudex

Fr Gaspar a S. Joe Cantio Definitor tertius Conjudex

Fr Casimirus a S. Catharina Sielecki S. T. Mgter Procurator Provinciae I. Conjudex

F. Leonardus a Concept. B. V. M. Kiełbiewicz Ex Minister Conjudex

Fr Vilhelmus a S. Antonio Kuczyński Mnter Coll. Luceoriensis Conjudex

Concordare hoc Decretum cum suo Originali attestor Fr Casimirus Sielecki S. T. M. ac Procurator Provinciae I.

NB. Tamen Decretum hoc, Illmus Excellentissimus ac Rndissmus Archi-praesul Metropolitanus et varior.m Ordinum Eques Cieciszowski, noluit acceptare. — Adeoque fuit absque effectu: et hi Religiosi, impuniti, remansêre. — Attestor: Onuphrius a S.to Erasmo Białecki, Mnr Provincialis. —

Benedicta sit Sanctissima Trinitas! —

Acta Venerabilis nostri Definitorii postcapitularis sub praesidentia R^mi P^is Onuphrii ad S^m Erasmo Bialecki, S^ae Theologiae Doctoris, Ministri Provincialis, in Collegio Nostro Theophilopolensi Anno 1830. die 10. Februarii instituti. ——

Congregatis Patribus ad celebrandum Definitorium provinciale postcapitulare, in Collegio Nostro Theophilopolensi ad varia discutienda provinciae negotia, numero quatuor, minimum: R^mi P^is Praesidis Definitorii Onuphrii ad S^m Erasmo Bialecki, Ministro Provinciali, ac S^ae Theologiae Doctore, patre Victore ad S^m Ignatio Centeleviz Definitore primo, ac S^ae Theologiae Doctore, P^re Francisco ad S^m Josepho Calas: Kicaynisni Definitore secundo, ac S^ae Theologiae Magistro, P^re Gaspare ad S^m Joanne Cantio Kunicki Definitore tertio; invocato praeprimis auxilio Divino ad negotia provinciae rite ac aum fructu tractanda, praemissoque per unumquemque de fidelitate et secreto servandis juramento, legibus nostris praescripto, Sessio haec prima instituta est die 10. Februarii 1830. anno hora nona matutina. ——

Sessio prima. —

Anno, die et mense, ut supra, hora 9. matutina, factis praevie omnibus necessariis praeambulis; accessit V. Definitorium ad eligendum Definitorii secretarium, in quo officii munus omnium voce electus est Pr Franciscus ad S^m Josepho Calas: Definitor secundus, factoque per eum juramento secreti servandi, mox lectus est computus triennalis Collegii Anteriorensis, accurate et ad mentem Nostrarum Constitutionum descriptus, qui factus est quidem Anteroli die 30. Aprilis 1829 anni, sed non pervenit nisi ad initium Capituli die 9. Maji, jam post Definitorium Antecapitulare, cujus discussio pro sequenti Definitorio postcapitulari remansit. — Tum lectus est computus triennalis Collegii Luriensis postcapitularis, cum Inventario ejusdem Collegii et praediorum, in quo omnia exacte atque conformiter nostris Constitutionibus sunt expressa; sed justis impedientibus causis non additus, nisi Definitorio postcapitulari. — Tandem calculatis triennalis Conventus Moldoviensis facta, parata atque tranomissa suo tempore, non pervenit tamen ad Definitorium antecapitulare ratione postae, accepque in hoc Definitorio postcapitulari lecta; quam deinvenimus nec accurate quae rem, nec grammatice quoad linguam Latinam descriptam. Quare legit insuper idem Definitorium de reatum huic triennali calculationi reverendi Patris Moldoviensis Conventus quo ad Lucy Datum subscriptumve a Duobus Sacerdotibus amictum receptum a Patre Ministro Loci, in quo deprehendit subministrata fuisse iisdem Patribus indusia expressa lingua vernacula per Kalowe: quorum usus fratrum indusiorum dissonat Regulae Nostrae et Constitutionibus; hac ea causa idem Pater Minister judicatur dignus reprehensione, et in posterum prohibet V. Definitorium talium indusiorum subministrationem. — Et in hoc finita est Sessio prima. —

Sessio Secunda. —

Sessio haec secunda inchoata est hora nona matutina Die 11. Februarii anni currentis a lectione Computus triennalis Residentiae Orivicensis, qui in ipso titulo erronee scriptus deprehensus est. Debuit enim ad Capitulum Provinciale; qui tamen juxta praescriptum Nostrarum Constitutionum ad Definitorium Antecapitulare non Berestecii ut expressum manet in titulo hujus Computus, sed Luceoriae, ubi idem Definitorium et Capitulum

illo

illo tempore erat celebratum, transmitti Debuerat, quod cuilibet Superiori Locali fuit notum. — Tum in eodem Computu observatum, quod exactum-
ma 18,100 florenorum recepta a Mod. Josepho Koziell Mareschalco Districtus, va-
riis Creditoribus de provisionem annuam tradita, etiam apud Mod.
Evam Pruszyńska 2,000, flor. sunt locata, quae tamen summa 2,000.
in margine non est apposita. — Praeterea inter Debita hujus Resi-
dentiae activa, numeratur in eodem triennali computu nondum exac-
luta provisio 1,050, flor. per Jhd. Adalbertum Pustorzski pro anno
1828, finiendo Die 24 Junii 1829, anno: quum hicce Computus festus
est a die ultima mensis Maji 1826, anni ad diem 20. mensis Apri-
lis 1829. anno, hinc eidem Calculationi haud subjacet, neque inter
activa Debita ponendum erat, quia nondum erat finitus terminus
solutionis. Inadvertentiam illam ac errores, animadvertit V. Definitori-
um reprehensione Dignos: Ideoque ne futuro tempore eadem contin-
gant, reprehendit praesentibus P.r Fr. Josaphat ac.s Andrea, ac ejus
tunc temporis Consiliarium P.r Fr. Gabrielem ac.s Jacobo. —
Eadem Sessione Discussa est Summa Rationum Residentiae Brzyszo-
viensis, in qua omnia exprimenda, sunt expressa. — Pro solicita cura
circa finitam aedificationem Ecclesiae novae cum Decoratione ejusdem,
introductionem Devotionis in eamdem, melioratione et bonam ordina-
tionem Residentiae, praedii et aliorum Aedificiorum, V. Definitorium
P.ri Josepho ac.s Joanne Kopmuano Praesidenti, gratum animum
et meritum in provincia testificatur. —
Eadem Sessione. — Visis ac revisis Chartis Quanti, exploratum habet prae-
sens Definitorium, quod saepe saepius tum Statuta Capitulorum, tum
Ordinationes Definitoriorum urgebant, ut Computus triennales suo tempore
a quibuslibet Superioribus accurate conscripti mitterentur; nihilominus hu-
jusque practicatur, quod tam gravi obligationi non ab omnibus satisfit:
Ideoque praesens Definitorium strictissime obligat omnes inferiori trien-
nii Superiores Locales, ut praedictas calculationes, sub poena contra-
ventionis describant accurate, fideliter, sine erroribus Grammaticis et
Orthographicis, nullantque suo tempore et non alias: si vero aliquis e
Superioribus hujus Nostrae Ordinationi refragaverit, et formalitatem in
conscribendis Rationibus triennalibus non observaverit, atque praescripto
tempore ad Definitorium Anteapitulare non transmiserit, ipso facto
sciat se incurrisse poenam privationis vocis activae et passivae.
Eadem Sessione. — De Chartis Quanti non transmissis de hocce
etiam Postcapitulare Definitorium Conventus Brahilovienses et Be-
resteczensis ratio instituta est. —
Etsi P.r Leonardus a Concept. B.V.M. Minister Conventus Brahilovien-
sis, de non transmissa Summa Rationum triennali cum Inventario
Domus ac tempus Constitutionibus praefixum etiam hucusque, morere-
tur animadversione; perpensis tamen V. Definitorium circumstan-
tiis ejus tunc temporis in eodem Conventu mansionis atque regiminis,
fabricae Ecclesiae et Conventus, qua fuerat occupatus; infirmitatis qua
laborabat, onerosi atque ardui Judiciarii processus, ab inquietis et litito-
sis fratribus stimulati, quo premebatur: non obstantibus tamen hisce
et ei generis aliis impedimentis; cum ex officiosa Visitatione eodem anno
1836, mense Januario per Patrem Provincialem instituta patuit, quod
praedictus P.r Leonardus, uti solus sibi relictus absque ullo adjutore, for-
malitatibus lege praescriptis, quae convenit Registrorum Calculationem
satisfacere haud potuit, bona tamen Conventus et Ecclesiae non dissipavit
nec dissipavit, imo auxit, cumulavit et amplificavit, Ecclesiam et Claustr
jam

jam ruinas minitantem extreme cum magnis impensis reparavit restauravitque, et officinam ab aliquot annis neglectam et parum frequentatam ordinavit et curavit, atque notabilem summam ea illa percepta redigit: proinde hisce ex causis a patribus pro non transmissa Charta Quanti de hoc tempus, prodictum P.r Leonardum a Concept.e B.V. M.ae Veneror. Definitorium benigne judicat. Jubet eorum Summam Rationum faciendi et mittendi ante futurum Capitulum, obligatur modernus Minister P.r Vincentius ab Apostolis, ut Chartam Quanti incipiat a Die 1.a Januarii 1830 anno, et calculationem officinae a Die 1.a Februarii ejusdem 1830. anni. —— Practerito autem Ministro P.re Leonardo a Concept. B.V. M.ae pro solicita cura De augmento boni Conventus et Celebriae, V. Definitorium gratam animi testificationem offert. ——

Item e Conventu Berestecensi Summa Rationum triennio per P.m Felicem ad S.s Nomine Jesu Ministrum protractum ejusdem Conventus V.e Definitorio Anteacapitulari Leopoliae celebrato non fuit transmissa, nec hucusque per novum Superiorem Rev.i P.r Augustinum ab Vincentio Ferr. potuit confici, et transmitti moderno Definitorio, idcc quia supra memoratus P.r Felix ad S.s Nomine Jesu nullam praeparationem de istius modi conscribendam fecit: et insuper Diebus ultimis Januarii anni praesentis e vita cessit. — Hisce de causis V. Definitorium praecipit P.ri Augustino ab Vincentio Jam Ministro Conventus Berestecensis, ut futurae Chartae Quanti Calculationem incipiat a Die 1.a Decembris anni 1829; utpote a termino Visitationis per P.m Provincialem factae, queatque omnino futuro Definitorio anteacapitulari Summam Rationum seu Chartam Quanti descriptam transmittere. —— Et in hoc finita est Sessio 2.da

Sessio Tertia. -

Eadem die mensis anni, ab hora tertia expleta. — In hac Sessione Sessio hacc tertia horis inchoatus, Statuta formata sequentia:

Jam dudum per Supremos Provinciae Nostrae Moderatores praeteritos, uti et modernum tempore illius ex officio Visitationis mensc Januario An: curr. Conventus Nostri Brahilovicnsis factae, in P.re Fr.e Camillo ab P.ae M.ae Felice, nunc Procuratore Provinciae M.ae, fuit patienter (ob spem sequuturae correctionis) assvetudo se inebriandi, tolerata; quum saepe saepius, praemissis admonitionibus, inurgata et objurgata, cum variis humanitatis gratia modis exstiterit: quum remedia spes, fraterniam in Christo charitatem spectantia, nihil quidquam profuerint; quum per saepe, assvetudo haec execrabilis, per P.m Fr.m Camillum ab P.ae M.ae Felice renovata haec, ut tribus, quatuorve, aut ultra, continuo septimanis, usque ad aegritudinem et exinanitionem virium sanitatis, ebrietas prolongata fuerit, cum non ad impletione officiorum, Sacerdotis non solum, et Religiosae personae, ac etiam et Amittanc hominis; hacque libido in abusu eremati, varios qualibet vice per caminosos ad duens effectus; non tantum Fratribus Conventum inhabitantibus, verum etiam et saecularibus, scandalum et lapis offensionis exstitit; et quae, proh dolor! tanto magis deplorandum, quae praetcrea rit; et quae, proh dolor! tanto magis deplorandum, quae praetcrea a sene, uno jam pede (ut dicitur) sepulchrum attingente, nihilominus se ingurgitante, in profundoque malorum voluntarie versante, sit hu mane loquamur? nulla spes correctionis affulgeat. Ideo praesens Venerabile Definitorium nostrum, conscientiae debitum, tali exitio ac pestiferae contagioni obviare, serpere ulterius haud permittere, ultimumque remedium praescribere, serio proposuit, sequentiaque supra dicto P.ri Camillo ac P.ri M.ae Felice, ad exequendum stricte, et sine dilatione statuit: nem pe. 1.o Obligat P.m Ministrum hoc praesens Definitorium, et sub poena contraventionis obstringit, ut P.r Camillus ab P.ae M.ae Felice quindecim dierum recollectiones, sub cura et inspectione P.ris Leonardi a Concept B.M.ae Ex Ministri ac Provinciae Magistri statim post promulgationem hujus Decreti Eidem, de vote peragat. ——

II. Sub eadem poena Pr. Superiorem loci obligat V. Definitorium, ut finitis revisionibus, eundem Pr. Camillum ad C. S. Felice ad Claustrum nostrum Lucerinense, pro habitatione ibidem, de ulteriorem Pis Provincialis dispositionem indilate transferat.

III. Ubicunque habitans Pr. Camillus ad C. S. Felice, si advenerit de praedictum excerandum vitium se se inquirendi, reversus fuerit ab Officio Procuratoris 2di Provinciae.

Tandem IV. Quod si (quod Deus avertat) cuicunque ex hic designatis punctis inobediens fuerit Pr. Camillus ad C. S. Felice, et praescripta a nobis ei ad remedium Animae ejus allata, haud observaverit, eo ipso, voce activa et passiva, jam privatus sit; imo (i. ab ipso Pis Provincialis majoribus poenis infligendis) punietur Deus. — Quod Decretum nostrum Pr. Fr. Camillo ad C. S. Felice Procuratori Provinciae 2di Pr. Minister in praesentia Pis Comissarii Leonardi a Conceptione B. V. M. promulgabit: et de omnibus Pr. Provincialem certiorem faciet, praesentibus stricte jubemus.

Eadem Sessione — Rationem habens V. Definitorium de sobrietatem servandam, cujus limites aliquos Religiosos praetergredi non ignorat, et volens draconiter serpenti malo, atque remedium huic contagioni apponere, Statuit; ut cum intemperantibus et ebriosis, nullo habito respectu personarum, meriti, dignitatis et aetatis, observetur ac damus sim Constitutio Cap. XVIII, tenoris sequentis: "A Religiosis, praesertim Discalceatis, valde aliena est intemperantia, et ebrietas: propterea quilibet in hac materia defectus magnopere reprehendi, et puniri debet. Quare, si quis, (i. quod Deus avertat) ebrius aliquando deprehensus fuerit, si autem si ne scandalo, poena culpae gravis puniatur per sex Dies; si cum scandalo, sit incarceratus per tres menses, et privatus loco, et voce per annum. Quod si fuerit laicus, habitu fusci coloris induatur; si cum scandalo, per annum unum; si absque illo per quatuor menses."

Eadem Sessione. Notum cuilibet esse debet, quod Supremum Regimen muneranda privilegio Spirituales personas respectu postarum mittendi litteras ad suam Jurisdictionem absque solutione, dat protestatem et jus Praelatis et Officialibus solum ponens quos est Ephemeris (Taxa) et Sigillum Imperiale; tales sunt in ordine nostro Superiores Conventuum, et eorum vices gerentes, Definitores et Procuratores Provinciae; ea propter Religiosis Officialibus, sive non officialibus scribendi vilego Rapportoli, Decisionis Dei cum signis numerorum, hoc Statuto penitus prohibetur. — Hoc namque adversatur huic exemptioni Caesareae, et est abusus ejus beneficentiae. In necessitatibus occurrentibus Dirigendae sunt litterae ad quam Jurisdictionem in forma petitionis, vel privatae Epistolae, observatae juxta praescriptum nostrarum Constitutionum.

Eadem Sessione — Quum modernotempore non exigua occurrit difficultas secundum Mandata Regiminis in suscipiendo praetendentes ad nostram Religionem; proinde Superiores Locales in Domibus Novitiatuum non debent Definitore Novitios qui nostro Habitu sunt induti ante Imperiale Mandatum emanatum in mense Majo 1829 anno, sine satu Pis Provincialis, sub poena eo ipso suspensionis ab Officio. — Similiter sub eadem poena obstringuntur Superiores, ut eum aspirantibus ad nostrum Ordinem procedant paterne, observando praescripta in supra dicto Mandato expressa, auscultando eis in omnibus quae concernunt eorum receptionem, reverendo omnibus formalitatibus juris, ad quos pertinet. — Finitus est Sessio

Sessio 4ta

Sessio Quarta.

Haec Sessio habita est hora 9. matutina Die 12. Febr. an. curr.: Ad propositionem factam in praeterita Sessione pomeridiana resolutio data, ut sequitur: —

Animadverti V. Definitorium, in Extractis de libro Novitiatus Professorum, officiose transumptis, quos Professos, seu Vota Solemnia facientes, seu emittentes, personam Patris Provincialis in forma Professionis omittebant. imo, aliunde praeterea notum est huic Definitorio, quod tempore Renovationis Votorum, aliqui Religiosi e Professis repetentes, juxta praescriptum Ordinis Professionem, similiter faciebant; alii vero solum, loco personae representantis Caput Nostrae Provinciae, dicebant Nonnullis Superioribus meis: hinc, ut dissonantia talis in posterorum evitetur, atque tam graves actus ordinate fiant: omnes et singulos Religiosos, tam Professuros, quam Professionem repetituros, V. Definitorium strictè obligat, ut ab hinc, Patrem Provincialem, actualiter Provinciae nostrae moderantem, personaliter exprimant, deinde addant, aliis Superioribus meis. Exceptis Patribus Definitoribus Provinciae actualibus, qui tantum Patrem Provincialem personaliter expriment. — Tali enim facto, (i. loco, quia cum V. Ad. pro Generali prohibita est communicatio) Repraesentatio saltem Moderatoris Provinciae, qui in hoc Imperio, post Canonicam sui electionem et confirmationem, de huc per Supremam Reginis potestatem, ut Superior Provinciae confirmatus, observabitur: et quisque Religiosorum, vota emittens, aut repetens, in personali expressione capitis Provinciae, debitum absque variatione, ordinem servabit. —

Eadem Sessione. Delatum est V. Definitorio, quod non omnes Fratres laici barbas crescere sibi permittant, radentque eas, prorsus contra Regulae Nostrae Caput IX. ubi expresse praecipitur: Laici barbas non radant, sed eas crescere modeste permittant. Itaque Definitorium praesens, obviando abusui, sive ex Superiorum negligentia, sive e Statuum Fratrum laicorum paenae digna curiositate ac novitate proveniente, praecipitive mandat Superioribus localibus, sub poenis ab arbitrio suo imponendis, ut invigilent praedictae observantiae etiam quo ad exteriorem formam: ut ab hinc Statibus Fratribus Laicis promulgent hoc Nostrum Decretum, qui sub poena contraventionis tenebuntur barbas crescere sibi modeste permittere: Si enim Clericos Nostros corona rasa non juvat: cur barba Laicos juvaret? Inobedientes vero huic non juvat: cur barba Laicos juvaret? Inobedientes vero huic non juvat: cur barba Laicos juvaret? Inobedientes vero huic Regulae Statuto, si non sint professi, ejiciantur. — Alia prima sessio

Sessio Quinta.

Haec Sessio hora 9. matutina Die 13. Febr. an. curr. initium sumpsit. —

Etsi quovis tempore, eo magis modernis, quo est, ut Religiosi Juventutis, praeter Scientiae acquisitionem suo statui correspondentem, incumbat Linguis, speciatim Russiacae, Gallicae et Germanicae. Loco praedictarum Linguarum, morigeris, Patri Provinciali committit, ut Patribus harum linguarum, morigeris, Patri Provinciali committit, ut Patribus Collegae, Studiis Theologicis operam in Collegio Leuvoriensi navantes, discant omnino praedictas linguas. — Quia porro (i. hoc calamitosis temporibus) Collegium Leuvoriense non est, in correspondente quoad pecuniam statu: ut possit tam libros de his linguis tractantes comere seu conducere, quam docentibus praedictas linguas, solvere: hac de causa, Definitorium hoc habens ob oculos communis boni utilitatem, statuit, ex aliis Domibus, subsidium

ad hunc

ad hunc effectum comparare. — Propterea stricte praecipit Patribus Superioribus Domorum Nostrorum, nimirum:

1° Conventus Brahilovienseis, solvat ad manus P^ris Provincialis tempore Visitationis ad hunc effectum Rubbones argenteos triginta — " — . — . — . —

2° Luccorense vero Collegio, suppeditet per biennium Conventus Brahilovienseis, pro Sacris absolvendis 200, Rubl: argent: Triginta — . — . — . —

quae pecuniae praefato negotio adjudicatur. —

3° Conventus Moldaviensis, easolvet ad manus Patris Provincialis, ad hunc effectum, Rubl. argent: Decem. —

4° Domus Vitebscensis, similiter Rubl. argent: Decem —

5° Domus Rayszenoviensis, similiter Rubl: argent: Decem —

6° Domus Camenecensis, similiter Rubl. argent: Decem —

Hocce porro subsidium solummodo bicennio durabit, et solvendi ea= praesulum cuilibet ea designatis Domibus vel Conventibus conveniens, numerat Definitorium seu designat tempus: pro anno nimirum 1830, et 1831° —

Porro ut id exacte adimpleatur, neve aliquas hinc Pr Provincialis a designatis Superioribus excusationes et moram experiatur; Venerabile Definitorium tempestive illos praecavet: et in hac necessitate adeo urgente s: si obtrectaverint, ad primam delationem P^ris Provincialis, minitatur Iis poenas. —

Eadem Sessione — Inveniam penes Conventum nostrum Moldaviensem, Ecclesia olim de ligno aedificata, ab aliquot annis conflagrata est, locusque idem ipse, etsi fundamenta ex muro habens, tamen absque magnis impensis, haud circumstantiis modernis correspondens: Ideo V^e hoc Definitorium prospiciendo commoditati fidelis populi, tum parochiali muneri conveniendo, unanimi voto assignat et consecrat — Obligat nihilominus P^m Antonium ad= Franciscum Ministrum Loci: cui multum in Domino confidit V: Definitorium; ut huic operi sollicite invigilet, fabricamque hoc anno, vernali tempore inchoet, et quantocyus finire curet. — Formam architecturae, tam quoad intra, quam extra, Ecclesiae construendam speciantem, Eidem P^ri Ministro recommendat, qui utique innominato Architecto, ejus haud aggredietur. Sequitur Supplicatio data Fr. Augustino ad Monica Motiva ad ejus petitionem

Eadem Sessione — Venerabile Definitorium, missam ad se petitionem Vestrae Fraternitatis e Conventu Berestaensi, sub Data Die 30= mensis Januarii 1830, Anni legit. — Perpensis Vestrae Fraternitatis in hac petitione motivis, quum s: fine s: qui tot non manendi in Nostra Religione, sub etiam obtentu vocationem, in decum Illustrissimo ac Laudabili Metropolitano aperte ejus votis et petitioni resistente, et sua resolutione in scripto die 24. Decembris 1829 Anno Vestrae Fraternitati data id ipsum confirmante: miratur Venerabile Definitorium, Vestram Fraternitatem velle habitare Lucoriae, ut valeas Illustrissimum ac Excellentissimum Archipraesulem Metropolitanum Ciciozzi iterum adire, et exposcere effectum? — Itaque imprudentem petitionem Vestram, rejicit V: Definitorium, et potius Canonibus destinatum locum, volentibus invadere professionem, designat Tibi: nempe, Conventum Nostrum Brahilovienseem, ubi probationis annum expleveras, et vota Solemnia nuncupaveras. —

Sessio 6ta

Sessio Sexta.—

Sessio haec pomeridianis horis instituta est die 13. Febr. anni currentis. Eadem Sessione propositum fuit per Pm Provincialem, Pris Fris Florentii a Sto Petro Mazurkiewicz Sae Thlae Doctoris Praesidentis Residentiae Nostrae Vitebscensis cum desiderio petitum, ut Ei Definitorium permitteret ex peculio licitis defontibus acquisito, et ad usum cum licentia suorum Superiorum retento, aliquod supplementum, pro semper Nostrae Residentiae supra dictae facere: ad hoc enim offert praedictus Pr Florentius ac Petro, Rublones argenteos trecentos, ut modo specificatum quantum hypotecam habeat in Bonis alicujus certi Domini non dissiti a praefata Residentia, cui Residentiae annua provisio, sex a centum quotannis solveretur.— Interim tamen, quousque viveret Pr Florentius, quovis anno, singulis quatuor anni temporibus Missa applicaretur una pro animabus ejus Parentum: post mortem vero illius, haec suffragia, jam non pro animabus ejus Parentum, sed pro anima illius perpetuo, applicarentur.— Praesens itaque Definitorium Nostrum, perpensis causis, fundamento, anteriorum Definitoriorum in similibus licentiam dantium et ad effectum deducentium, innixum; Pris Florentii ac Petro Mazurkiewicz Praesidentis Vitebscensis, petitioni annuit: obligationem praedictam suscipit: et dum pecunia ex provisione annua in rem Residentiae nostrae Vitebscensis, quolibet anno exsolvetur, etiam obligatio applicandarum quatuor Missarum per communitatem dictae Residentiae, ut quolibet anno in IV. anni Temporibus adimpleatur, statuit: Idque Decretum, libro perpetuarum obligationum Residentiae Nostrae Vitebscensis, ut inseratur, mandat.—

Eadem Sessione.— Reassumuntur Decreta et Ordinationes tum in praeteritis Capitulis, quum in Definitoriis variis emanata, de observantia Religiosa quoad Chorum, meditationes quotidianas, recollectiones annuas, quum disciplinam Regularem Religiosorum qui subsunt, et eorum qui illis praesunt, ut memores sint suarum obligationum, statui Religioso adnexarum, ut adamussim in his supra expressis, quae Regula et Constitutiones Ordinis Nostri jubent, a quolibet observentur. Si enim Spirituales personae et Religiosi nominamur, non solum nomine, sed et re ipsa ex hoc gloriemur.— Etenim vera cujuslibet hominis gloria in hoc consistit, si mandata Dei, et proprii status officia adimplet.— Religiosa porro Juventus, studiis impigre operam navet, ut non solum virtute, quae fundamentum est, sed et scientia quae necessario additur, mereatur evadere in viros Religioni Nostrae, suae Saluti, et Gregi Christiano utiles ac proficuos.— Itaque moderno hoc nostro Decreto omnes et singulos stricte obligamus, ut haec omnia supra allata ad effectum deducere satagant.— Imo oneramus conscientiam Pris Provincialis, ut in Visitationibus suis ex Officio faciendis, omnino inquirat, utrum quae statuta circa haec fuerunt, et nunc solum in memoriam revocantur, adamussim adimplentur.—

Sessio Septima et ultima—

In hac Sessione instituta horis matutinis die 14 Febr. anni currentis 1830 lecta sunt de verbo ad verbum decreta in omnibus sessionibus tata, quibus perlectis, finem imposuimus huic Definitorio, canonica manuum nostrarum subscriptione, ea omnia unanimiter confirmando, die decima quarta Februarii Millesimo octingentesimo trigesimo anno in Conventu nostro Theophilpolensi.—

Onuphrius a Sto Erasmo Białecki, Mnr Provincialis, Definitorii Praeses.

Fr. Victor a S. Ignatio Centelewicz Definitor 1mus.

Fr Franciscus ac Sto Josepho Calas: Kiczyński Definitor 2dus, et ejusdem Definitorii Secretarius.—

Benedicta sit SS. Trinitas!

Acta Venerabilis Nostri Definitorii Provincialis sub praesidentia Rpis Onuphrii ad Erasmo Białecki Philosophiae Candidati et Sae Theologiae Doctoris, Provinciae Sti Joachim Ministri Provincialis in Conventu Nostro Berestecensi Anno 1830, die 22. Mensis Martii inchoati et sequentibus expediti.

Convocati per Litteras ad praesens Definitorium a Rpe Ministro Provinciali pro expediendis magni momenti Provinciae negotiis, nimirum Pr Franciscus ad Josepho Calas, Definitor Secundus, et Pr Gaspar ad Joanne Cantio Definitor tertius (f), ad Conventum Nostrum Berestecensem, utpote ad locum pro celebrando Definitorio destinatum, die 22. Mensis Martii 1830, Anno, atque ibidem in loco ad id praefixo ad pulsum campanae hora nona matutina convenimus, et inchoata fuit — (f) Duo vero reliqui Definitores convocari non poterant, ob magnam distantiam loci, et viae tempore Verni destructae.

Sessio prima —

In hac Sessione horis matutinis habita, congregatis mox expressis patribus, invocato a Patre luminum auxilio et benedictione, Pr Minister Provincialis qua Definitorii Praeses, reddidit rationem ob quam praesens Definitorium convocavit; ut ex sequentibus Sessionibus patebit. Mox electus est unanimi voce in Secretarium hujus Definitorii Pr Gaspar ad Joanne Cantio Definitor tertius, qui et solitum fidelitatis et secreti servandi juramentum emisit.

Hac Sessione proposita fuit per Pm Provincialem Venerabili Definitorio voluntas Supremae Potestatis promulgata Eidem Scripto a Collegio sub data diei 22ae mensis Januarii 1830, Anni No 144, quod Claustrum Nostrum cum Templo Brestae incorporetur Fisco Imperiali in rem Civitatis Brestensis, reliqua vero mobilia hujus Claustri ac Templi cum Summis fundationalibus, terris, areis, domibus, etc etc transferantur oportet, ac demandentur, vel ad Collegium Nostrum Vilnense Antecollense, vel ad Conventum Trinitopoliensem; — hinc in hac Sessione decisum et statutum est: ut Summae Capitales dicti Claustri et Ecclesiae Brestensis, terrae, areae, in ipsa Civitate, tum domus in Myszczyce cum hominibus, terris, pratisque etc etc. una cum mobilibus hujus Claustri et Bibliotheca, exceptis Sacristiae mobilibus, adjudicentur Collegio Nostro Antecollensi; sicut de facto, vi praesentis decreti omnia adjudicamus, una cum onere adimplendi semper obligationes, vi fundationis et dotationis, praescriptas ab eodem Collegio. — Quod etiam obligatur vi praesentis decreti, omnia onera praedictae dotationis et fundationis subire, debita, si quae sunt, solvere, et specialem curam circa commissum sibi bonum habere, usumque fructum in rem sui ex dictis summis, areis etc etc., participare. —

2do Eadem Sessione propositum fuit Vi Definitorio, quod, dum Conventus Noster Trinitopoliensis Anno 1812, per incursionem bellicam utensilibus rebus Ecclesiae et Sacristiae inservientibus totaliter spoliatus fuerat, adeo, ut ab eodem tempore, usque nunc mutuatis Calicibus Sacris, et aliis rebus Divinum Cultum spectantibus sustinetur: Porro cum Templum Nostrum Brestense per Supremam Potestatem a nobis avulsum, mobilibus tamen ejusdem Ecclesiae nobis relictis, ut ea vel ad Collegium Antecollense, vel ad Conventum Trinitopoliensem transferantur; ideo decisum est a Vi Definitorio, ut omnia suppellectilia argentea, tum vota, Vasa Stannea, cuprea, ad Cultum Divinum in Ecclesia pertinentia, Ornatus seu Casulae, Cappae, Dal-

matrae, et ceteri vestitus sacerdotales, cum omnibus aliis ad spectantibus Missalia, Candelabra, thuribulania aum navicalis, Crues, portatilia, Mappae etc etc ac Sacristiam Conventus Nostri Trinitopoliensis, una cum Inventario scripto et subscripto a Pre Praesidente Praesentiae Residentiae specificationem horum continente, transportentur, usuique Ecclesiae Nostrae Trinitopoliensis amaneantur. Sicut defacto praesenti decreto amanemus, et dictae Ecclesiae incorporamus.— Praecavemus tamen, ut Pr Superior Conventus Trinitopoliensis, sumpta ejusdem Conventus res praedictas et mobilia conservare satagat.—

Ejo Eadem Sessione Decisum est, causa translationis omnium rerum mobilium e Domo et Ecclesia Nostra Brestensi per Supremam potestatem injunctae, ut Statua D. N. Jesu Christi Nazareni in majori Altari Ecclesiae Nostrae Brestensis existens, hac neque Ecclesia Nostra Antecollensi, nec Ecclesia Nostra Trinitopoliensi indigentibus, transferatur ad Ecclesiam Nostram Alyszezovicensem. Idcoque praesenti decreto praecipimus Pri Ambrosio Praesidenti Residentiae Brestensis, ut dictam Statuam, in loco tuto et competente collocet eoque, quousque Pr Praesidens Residentiae Nostrae Alyszezovicensis medium suppeditaverit eam ad Ecclesiam Alyszezovicensem transportandi, una cum vestibus hanc Statuam concernentibus.— Quinimo vi praesentis decreti obligamus Pm Superiorem Residentiae Nostrae Alyszezovicensis, ut facta communicatione cum Pre Ambrosio, sumptu Residentiae Alyszezovicensis hanc Statuam cum debitis vestibus diligenter deferat. — Et his expeditis finita est Sessio —

Sessio Secunda —

Horis pomeridianis eadem die 22. Martii instituta. — In hac Sessione V. Definitorium spectando circumstantias in transvectione mobilium ac Residentia Nostra Brestensi aliquorum inutilium, aliquorum vero non necessariorum, aliorum autem in praedicto Myszezyce remanendorum; tum etiam difficultatem in aliquibus transportandis; statuit, ut illa vel in loco divendantur, vel pro aliis utensilibus transmutentur.— Nihilominus vult, ut Pr Provincialis de his aunam habeat, divendere jubeat, vel prohibeat: pecuniam inde collatam, spectatis spectandis circumstantiis, ejusdem speciali dispositioni committit. ——

Eadem Sessione. — Residentia Nostra Brestensis provisionem Patri Provinciali debitam pro Anno 1828, a Rdo Kozierowski exsolutam suum in usum expendit. Nam octodecim Rublonum Argenteorum totalem dictam provisionem constituentium reddidit suo Advocato seu Patrono Dno Halbe, ratione pensionis annuae eidem debitae. — Itaque praecipit V. Definitorium, ut istius modi octodecim rubliones, utpote ad rem et usum Patris Provincialis pertinentes, Superior loci Collegii Antecollensis absque ulla excusatione, uti usum

sequens: „ Dekret na JXo Kamillego Prokuratora Prowincyi odczytałem
„ mu przy obecności JXa Leonarda, gdzie biedny stawszy mocno płakał:
„ poprzysiągł, że nigdy więcey do tego trunku nie powróci: Rozkolerzeye się
„ znacznie z wielką skruchą do prawia.— Pisałem do Ors. i wnosiłem o pro-
„ śbę, aby go zostawić na miejscu: ponawiam teraz i proszę, nieco ze względu
„ nas zostanie.“— Similiter, cum et Pr Leonardus a Concept: Bl. Mo Examinator
ejusdem Conventus ac Magister Novitiorum ad Pm Provincialem petitorium in scriptis Die 28. Febr. Ami curr. e Conventu Brahilowiensi per-
rexisset, cujus sonantiam de verbo ad verbum hic transumpsimus:— „ Upry-
jemnym, Wielebnym Ociecze Prowincyale! Ja niegodny Kapłan, Brat Wasz
„ Leonard, w Najświętszym Imieniu Jezusa Chrystusa, Matki Jego Najświętszey
„ Panny Maryi, Ojca Naszego Seraficznego Franciszka, Wielebnych Ojców
„ Definitorów, całego Zakonu, Prowincyi, Konwentu, Braci, Nowicyuszów,
„ Postulantów, Sług, Dobrodziejów, Przyjaciół, Krewnych, Powinowatych,
„ Znajomych, Nieznajomych, Żywych i Umarłych, Pokornie Błagam, Upra-
„ szam, Błagam, Upraszam, Błagam, Upraszam, Błagam, Upraszam, Błagam,
„ Upraszam, Błagam, Upraszam, Błagam, Upraszam, Błagam, Upraszam,
„ Błagam, Upraszam, Błagam, Upraszam, Błagam, Upraszam,

a Vicesseu ad Collegium diuersiones petentes, rubore suffundantur, scandalorumque eum causa efficiantur, et Pr Camillus ad Pr S. Felice quasi speculum, et sequuturorum relapsu fendendi habeat. — Si secundum, miretur V. Definitorium majorem licentiam Deum offendendi loci, dignamque reprehensione animadvertit; "Nemo enim Prophetes acceptus est in patria sua" dicente Scriptura Luc: IV, 24. — Si tertium, tum V. Definitorium praesens permittit Pri Camillo ad Pr S. Felice Procuratori Provinciae IIe habita se in Conventu Nostro Brahiloviensi, aut exemplariter, cum paenitentia contenua pro praeteritis excessibus ab illo perpetratis, quam ejusdem conscientiae recommendando, stricte ab eodem subeundam praecipit Ei: tum illi saepe dicto Patri V. praesens Definitorium in memoriam serio revocat arnerandam canitiem, jamjam Sepulchrum conspicientem, generaliter ex natura sua Rapietam continentiam exposcentem. — item nimiltiam Christi honorandissimam, ut homini Christiano, Religioso et Sacerdoti, ne pios honores tam crebros, iterato abominabili relapsu in gurgitando se ornato, de quo relapsu Scripturae cum abominandori comparatione loquitur II. Petri II, 22. "Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti" commaculet, et peccatum ad peccatum adjiciat! Sciat Pr Camillus ad Pr S. Felice, de praeterito peccato, etiamsi propriticato, non debere esse sine metu: — Sciat cum timore et tremore salutem suam debere operari: — Sciat, quod qui admonitiones Suorum Superiorum, vices Dei in terris gerentium, non audit, vel audit absque fructu, de Dei verba non audire): Deo meminerit Pr praedictus, quid de talibus Christus locutus fuerit: "Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Joann: VIII, 47. et quae sequitur, ecce illud terribile: Vos ex patre diabolo estis. Joann: VIII. — De paenitentibus non resipiscentibus legat Pr Camillus homiliam 18am S. Gregorii Papae in Evangelium S. Joannis, inter quae haec habentur: "Qui ex Deo est" etc. etc. "Nam sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus compungantur; sed post lamentorum tempus ad iniquitatem redeunt. — Illi profecto verba Dei non audiunt, qui haec e- scercere in opere contemnunt." — Vult ergo ex toto corde praesens V. Definitorium has salutares admonitiones memoriae Pris Fis Camilli ad Pr S. Felice imprimere: impressas corde ejus efficaciter inhaerere, ne postea illum inefficaciter paeniteat, cum posteriora sint deteriora prioribus. II. Petri 2, 20. Ah! proh! pudor, quum Dolor, anima illius post mortem, cujus tempus ignorat, infeliciter, ac sine ulla indulgentia vae aeternum premeretur! — Et quamvis praesenti Decreto V. Definitorium habitare in Conventu Brahiloviensi Patri saepius dicto permittit: tamen, si iterum in pristina mala relabetur, ipso facto, statuit eum paenis designatis in Definitorio praeterito postrapitulari latis, subjacere: imo pro benevolentia ejdem nunc praestita, et ab eo per relapsum in fieri, abusa, ipso facto ab omni voce activa et passiva adjudicatum vult esse, aliisque paenis a Pre Provinciali juxta ejus arbitrium infligendis, subjacere. — Quod Decretum Pr Minister Loci, in praesentia Pris Leonardi a Concept. B. Vill. Canistri, Pri Fri Camillo ad Pr S. Felice Procuratori Provinciae IIe promulgabit: ab eoque, qui hunc Decretum sibi lectum ac promulgatum habuerat, in scriptis testimonium recipiet. Patrique Provinciali illud in originali (cui semper testimonium dictum.) transmittet. —

Sessio IV

Sessio Quarta.

Eodem Anno die 24. Martii ab hora 8. matutina inchoata et 3ª cap. vita

Quoniam Frater Constantinus a Sᵗᵒ Joanne Cantio Malinowski, et Fr. Augustinus a Sᵃ Monica Mottellan Ordinis Nostri Choristae professi, fuerunt per decretum praeterito anno factum judicati pro indignis existendi nostra in Religione varia obstacinora in eodem decreto expressa: Sed quia potestas Ordinaria Spiritualis, ejusdem et Illustrissimus Metropolitanus ejectionem hanc noluit acceptare; Praetorea Fr. Constantinus a Sᵗᵒ Joanne Malinowski, adhuc in Novembri ultimis decursis anni praeteriti Pⁿᵐ Provincialem, protunc Berestecensem Conventum ex Officio visitantem, humillime deprecatus fuit, emendationemque vitae serio promisit: Fr. vero Augustinus a Sᵃ Monica Mottellan ultimis Februarii anni currentis, similiter Pⁿᵐ Provincialem protunc in Conventu Berestecensi commorantem deprecatus fuerat, cum firmoque proposito vitae suae emendationem proposuerat, et id in scriptis in suo petito ad Pⁿᵐ Provincialem porrecto ratificavit, ambosque praedicti Fratres cum lachrymis et fletu, ut pro suis mitterentur, humiliter supplicarunt: itaque Pⁿˢ Provincialis deprecationes horum, ac petitiones paterno affectu prosequendo, amandavit eos ad Collegium Nostrum Leopolense pro suis Theologicis capessendis. — Nihilominus ea omnia Idem Pⁿˢ Provincialis proposuit ad resolvendum et approbandum moderno nostro Vᵉ Definitorio. Itaque praesens Nostrum Definitorium hanc acceptationem Pⁿˢ Provincialis, ac dispositionem respectu praedictorum Fratrum factam, praesenti Decreto approbat. — Et ut idem Decretum ad Collegium Leopolense Patri Ministro mittatur, commendat. ——

Eadem Sessione propositum fuit Vᵉ Definitorio, nonnullos Superiores Domorum curam infirmorum corde minime habere, Constitutionumque Caput 22ᵐᵘᵐ haud observare. Praesens itaque Definitorium animadvertendo hanc non observantiam contra praeceptum charitatis proximi, in re gravis momenti, arguit talium Superiorum negligentiam, dignamque paenam, absque ulla excusatione judicat. Et praecalis punitum Pⁿᵒ Constitutionum Cap. XXII. Superioribus ponit: "Superior Conventus praesto sit infirmis, provideatque de omnibus necessariis pro ipsorum medela et curatione, quin paupertate Conventus excusetur. Qui autem paupertate Conventus excusari velit, quamvis vera sit paupertas, renunciare debeat Officium: alioquin facto a Provinciali processu privatus sit a Definitorio." Ideo obligat Pⁿᵐ Provincialem, ut tales Superiores charitatem proximi non habentes, caramque in re hac gravi suorum fratrum negligentes, ab Officio suspendat, et facto processu juridico ad futurum Definitorium in ordine privandi tales Superiores Officio, deferat. — Nihilominus et infirmantes fratres praesens Vᵉ Definitorium verbis ipsius nostrae Regulae salvare, ac evitandas varias disconvenientias, alloquitur: Regulae primitivae punctum 22ᵐ Moneantur tamen infirmi, ut lauta, sive nimium sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius et salubri moderatione contenti sint. ——

Sessio quinta et ultima

Instituta hora pomeridiana die 24. Martii anni curr. Hac in Sessione nihil quidquam ad proponendum et resolvendum habentes, perlectis omnibus quae fuerunt Statuta, in fidem horum ac robur propriis manibus subscripsimus. Die vigesima quarta mensis Martii, Millesimo octingentesimo trigesimo Anno in Conventu Nostro Berestecensi. ——

Onuphrius a Sᵘᵉ Erasmo Bialecki Minister Provincialis, ac Ejusdem Definitorii Praeses.

Fr. Franciscus a Sᵗᵒ Joseph Calas. Kiczynski Definitor Provinciae Secundus. ——

Fr. Gaspar a Sᵗᵒ Joanne Cantio Kuniczki Definitor Provinciae Tertius ac Ejusdem Definitorii Secretarius

Benedicta sit SSa Trinitas!

Acta Venerabilis Nostri Definitorii Provincialis, sub praesidentia N. P. Onuphrii a Sto Erasmo Białecki, Philosophiae Candidati, Sacrae Theologiae Doctoris, Provinciae Si Joachimi Ministri Provincialis, in Collegio nostro Luceoriensi, anno 1832. die 25. Mensis Maji, inchoati, et sequentibus expediti.—

Sessio Matutina, prima.

Anno Domini 1832. die 25. mensis Maji, in Collegio nostro Luceoriensi, servatis servandis, ex praescripto Legum nostrarum, inchoatum fuit Definitorium Electivum mane, hora octava, facta prius invocatione Spiritus Si, ac in hac 1ma Sessione propositi fuere Candidati in Ordine electionis Definitoris 4ti utpote in locum mortui Definitoris P. Fr. Francisci a Sto Josepho Calasantio die 18. Maji 1831. anno Beresteci. Porro conformiter ad Constitutiones Ordinis nostri, ex Candidatis Nro 8to remote eligibilibus, electi sunt proxime eligibiles Candidati duo in Definitorem 4m provinciae, videlicet P. Fr. Josephus a Sto Joanne Nepomuceno votis quatuor, et P. Fr. Innocentius a Sto Severino votis tribus, et in hoc soluta est electiva Sessio.—

Eodem die, Sessio secunda, Pomeridiana.

Anno Domini 1832. die 25. mensis Maji hora tertia pomeridiana ex duobus proxime eligibilibus Patribus, nempe P. Josepho a Sto Joanne Nepomuceno, et P. Innocentio a Sto Severino, cecidit sors super Pm Josephum a Sto Joanne Nepomuceno, qui electus est votis quatuor in Definitorem quartum Provinciae.

Eadem Sessione promulgatum fuit de electione Sociorum ex primis 1mi et ex secundis 1mi Quia vero ex primis 1mus nempe Pr Vilhelmus a Sto Antonio Minister Collegii Luceoriensis die sexta Decembris 1831mi anni vita functus est.— Pr vero Antonius a Sto Francisco Minister Conventus Molodecensis socius ex secundis 1us a Supremo Regimine poena afflictus est ad spatium trium mensium; ex quibus vero causis? ignotum Venerabili Nro Definitorio: nam ut ejus officium supplens P. Augustinus a Sto P. N. Joanne de Matha Kardaszewski, sub data diei 25. Aprilis 1832. anni, ex Molodeczna sub Nro 19. ad N. P. Onuphrium a Sto Erasmo Białecki Ministrum Provincialem rescripsit, prout sequitur in forma vulgo Raport:— „Do Prowincyała Trynitarskiego „Zakonu WJXdza Onufrego Białeckiego, Filozofii Kandydata, Teologii „S. Doktora.— Od Zastępcy Przełożonego Mołodeczańskiego Klasztoru Xa „Augustyna Kardaszewskiego,— Raport.— Dnia 11. Kwietnia r: t: za Nro 14. „doniosłem Oycu Naszemu o przyyściu Rezolucyi od Główno-Komenderującego pierwszą Armią, dla JXa Ministra Mołodeczańskiego, i jaki wyrok „z niey wyniknie dla X. Ministra, przyrzekłem o tém O: N: donieść, a ten „jest dosyć smutny: bo, prócz cierpienia rocznego, skazanym jeszcze zo„stał JX. Minister, na trzy miesiące do Twierdzy Deneburga, dokąd, prze„mieszkawszy w mołodecznie dni dwa, udał się dnia 25. Kwietnia bez „prysmotru. Data 25. Kwiet. 1832. Ru Mołodeczna Nro 19.— Uniżony „sługa Oyca Naszego X. Augustyn Kardaszewski."— Ex scripto patet, quod

P.

P. Antonius a S. Francisco Minsciewicz Minister Conventus Mohoviensis, haud potest adesse futuro nostro Capitulo, ut socius ex secundis A.mis adeoque hisce de causis permoti, prædictorum in locum promovemus in socios ad Capitulum nostrum futurum P. Romanum a S.to Matthæo Ministrum Conventus Theophilpolensis in socium ex primis A.mum P.em vero Leonardum a Conceptione B.V.M.e in socium ex primis 2.dum A.mum Porro quia opus est nobis ad futurum Capitulum socii ex secundis A.mum sicuti socio ex secundis 2.e ideoque ad electionem eorum accessimus. Et porreti sunt candidati remote eligibiles pro socio ex secundis A.mis quatuor, nimirum P. Gaspar a Jesu Maria, P. Salesius a S.to Jacobo P. Innocentius a S.to Severino, et P. Josaphat a S.to Andrea.- Regulatis schedulis inventi sunt habentes vota ad proxime eligibiles P. Innocentius a S.to Severino quatuor, et P. Gaspar a Jesu Maria, tria.- Deinde accessimus ad electionem socii remote eligibilis ex secundis 2.is Porrectique sunt quatuor candidati, nempe P. Aemilianus a B.e Michaële, P. Blasius a S.to Joanne Bapt.a P. Melchior a S.to Mathia, et P. Augustinus a S.to Vincentio Ferr.- Ex quibus pluralitate votorum evaserunt in socium ex secundis 2.us P. Aemilianus a B. Michaële quatuor, et P. Augustinus a S.to Vincentio, etiam quatuor.- et in hoc finita est sessio.-

Sessio tertia, Matutina.

Die 26. mensis Maji 1832. anni, hora 8.va matutina, incepta est sessio tertia, in qua conformiter ad tenorem Constitutionum nostrarum, propositum fuit PP.bus Electoribus, utrum in Definitore IV.to nevelecto P.e Josepho a S.to Joanne Nepamuceno, non est inventum aliquod impedimentum in ordine adprobationis ad officium Definitoris quarti.? Patuit, nullum dari impedimentum. Quo facto, accessimus ad canonicam adprobationem: omniumque calculo suprædictus P. adprobatus est.- Eadem Sessione ex proxime eligibilibus pro socio ex secundis A.mis nempe PP. Innocentio a S.to Severino et Gaspare a Jesu Maria, canonice electus est omnium votis in socium ex secundis A.mum P. Innocentius a S.to Severino.-

Item, eadem Sessione, ex proxime eligibilibus pro socio ex secundis 2.do nempe PP. Aemiliano a B. Michaele, et Augustino a S.to Vincentio Ferr. canonice electus est omnium votis P. Aemilianus a B. Michaële. Nihilominus, visum est Venerabili Definitorio, quod, quamvis jam est electus P. Aemilianus pro socio ex secundis 2.do ne tamen Capitulum futurum, patiatur in casu necessitatis inopportunitatem, N. P. Provincialis vocabit P. Augustinum a S.to Vincentio Ferr. Ministrum Conventus Berestecensis aequalia vota ad remote eligibiles habentem, qui suplebit vices in Capitulo mox futuro, prædicti ex secundis 2.do socii. Et in hoc finita est sessio matutina.-

Sessio pomeridiana, quarta

Anno Domini 1832. Die 26. Maji, hora 3.a pomeridiana, in hac Sessione propositum fuit Venerabili Definitorio, ut designaret domum pro Definitorio antecapitulari, et pro ipso Capitulo futuro celebrando.

Animadvertens

Animadvertens porro praesens Definitorium circumstantias rerum, designavit tum pro Definitorio antecapitulari, quum ipso Capitulo celebrando, Collegium nostrum Luceoriense. - Tempus vero pro inchoatione Definitorii Antecapitularis, statuit Diem 1ma Julii anni currentis: quod vero attinet tempus celebrandi Capituli mox post Definitorium futuri, designavit Diem 7ma Julii Anni 1832. - Et in hoc finita est sessio. —

Sessio matutina, quinta.

Anno Domini 1832. die 27. mensis Maji, hora 8va matutina: - in hac sessione conformiter ad tenorem Constitutionum nostrarum, propositum fuit P. Electoribus, utrum in socio ex secundis primo nominato, nempe P. Innocentio a S. Severino, non est inventum aliquod impedimentum, in ordine approbationis ad officium socii ex secundis primi? Patuit, nullum dari impedimentum. Quo facto, accessimus ad canonicam approbationem. Omnium que calculo suprascriptus P. approbatus est. - Item eadem sessione, omnibus servatis, quae leges praescribunt, approbatus est P. Aemilianus a B. Michaële, omnium calculo, ad officium socii ex secundis secundi. - Et in hoc finita est sessio. -

Sessio sexta, pomeridiana.

Anno Domini 1832. die 27. Maji, hora tertia pomeridiana, propositum fuit Venerabili Definitorio, ut concernens ad sustentandos Vocales Capitulares, in ordine exsolvendi peculii parati pro Domo Capitulari, Luceoriensis collegii, ad manus N. P. Provincialis tempestive transmittatur: Porro ad hoc concernens exsolvendum, tenentur? — prout sequitur?

	Rublonum argenteorum
1. Residentia Przyszazoviensis, debet exsolvere	30.
2. Conventus Trinitopolensis	30.
3. Conventus Molodeciensis.	30.
4. Residentia Crivicensis	10.
5. Conventus Brahiloviensis	30.
6. Conventus Theophilpolensis, jam exsolvit	30.
7. Residentia Szumbarensis, debet exsolvere	20.
8. Residentia Camenecensis	30.
9. Residentia Vitebscensis, Rublonum papyraceorum	60.

Eadem sessione, statutum est, juxta tenorem Nostrarum Constitutionum, ut Superiores locales, summam rationum triennalium, concreditorum sibi Conventuum ac Domorum, una cum Inventariis, pro die 1ma Julii cr. ad Collegium nostrum Luceoriense, ad manus N. P. Provincialis, omnino trasmittant. - Excipitur tamen tempus conscribendae calculationis designatae earum summarum, Conventus Brahilovienvis et Berestecensis, quod attinet, respectu Conventus Brahiloviensis ad tenorem Definitorii nostri post Capitularis in Domo Theophilpolensi a. 1830. mense Februario celebrati, ubi sessione 2a. Statutum est, ut chartam quanti, inipiat a die 1a. Januarii 1830. anni, et calculationem Cerofiinae a die 1a. Februarii ejusdem 1830. anni. - Porro, quod Conventum Berestecensem attinet, per idem Definitorium, in eadem sessione statutum est, ut summa triennalis rationis, initium habeat a die 1a. Decembris 1829i anni. -

Eadem sessione, propositum fuit a P. Leone a S. Nicolao Definitore

3ta

3tiæ Provinciæ, quod Fr. Basilius Zajączkowski Laicus ab anno 1824. habitu nostro pro statu laicali indutus, hucusque permanens in vocatione ad nostram Religionem, petiit ut ei permittatur probatio novitii in ordine persolvendi vota solemnia pro statu laicali. Venerabile nostrum Definitorium perpendens justam causam praedicti Basilii, annuit ejusdem petito, statuitque, praesentibus ut praedictus Fr. Basilius Zajączkowski laicus, tot annorum spatio in Religione nostra probatus, a Dno Ministro Antecollensis Collegii transferatur ad Conventum nostrum Trinitopolensem, et ibi incipiat novitiatum in ordine, juxta praescripta Ecclesiastica, tum nostri Ordinis, quum Civilium mandatorum, ad emittendam Professionem Religiosam pro statu laicali in Ordine nostro. Et in hoc finita est sessio.—

Sessio Septima et Ultima.

Anno Domini 1832. die 28. mensis Maji hora 8va matutina, instituta fuit sessio in ordine imponendi finem moderno Definitorio; quapropter juxta praescripta Legis, omnibus Actis istiusmodi Definitorii in pleno gremio perlectis, in robur ac documentum horum, anno, mense ac die, ut supra, propriis manibus subscripsimus.—

Onuphrius a S.o Erasmo, Białecki, Min.r Provincialis, atque Ejusdem Definitorii Prases.

Fr. Victor à S.o Ignatio Definitor primus.

Fr. Leo a S.o Nicolao Definitor Provinciæ tertius ac Secretarius ejusdem Definitorii.

Benedicta sit SSS.ª Trinitas!

Acta Venerabilis N. Definitorii Antecapitularis Provincialis, sub praesidentia N. P. Onuphrii a S. Erasmo Biatecki Candidati Philosophiae, S. Theologiae Doctoris, Ministri Provincialis, in Collegio Nostro Luceoriensi, Anno Domini 1832.º die 1.ª Julii inchoati et sequentibus diebus celebrati.–

Conformiter ad mentem Constitutionum Nostrarum, praesens Definitorium Antecapitulare, pro die 1.ª Julii A.ⁱ currentis convocatum, excepto 1.º Definitore Provinciae scilicet P. F. Victore a S.ⁿ Ignatio, post octavam matutinam horam comparuit personaliter, et invocato Spiritus S.ⁱ juvamine, praedicto tempore, in nomine Domini, inchoatum est.–

Sessio 1.ª Matutina

Hac sessione ob causam noviter electi Definitoris 4.ⁱ P. F. Josephi a S.ⁿ Joanne Nepomuceno in locum demortui P. Fr. Francisci a S.ⁿ Josepho Calas, Venerabile Definitorium censuit necessarium ad mentem Legum Ordinis Juramentum excipere a praedicto Definitore noviter electo.– Quo per acto, in Secretarium ejusdem Definitorii P. F. Josephum a S.ⁿ Joanne Nepomuceno Definitorem 4. Provinciae elegit, juramentumque fidelitatis ac secreti debiti servandi ab eodem P. Definitore excepit.– Quibus completis, ad legendas et examinandas triennales rationes Domorum nostrae Provinciae a Superioribus missas, accessit.–

Itaque eadem sessione ad examen venit triennalis ratio Conventus Brahiloviensis, una cum inventario ejusdem Conventus, quibus visis et revisis, patuit triennalem rationem praedicti Domus in percepta et expensa errores aliquos dari, tum quo ad debita activa ejusdem Conventus non fuisse tempus expressum, a quonam scilicet anno die et mense non soluta erant quanta pecuniae debita.– Praeterea, calculus ceroficinae non secundum datam sibi formam a P. Provinciali tempore Visitationis praescriptam, factus est.– Inventarium porro ejusdem Conventus Brahiloviensis multis cum erroribus quo ad orthographiam scriptum.– Et in hoc finita est sessio matutina.–

Sessio secunda pomeridiana.

Anno Domini 1832. die 1. Julii hora 3.ª vespertina, instituta est sessio, in qua visa et revisa fuerat Summa rationum triennalium Residentiae Crivicensis, simul cum Inventario ejusdem loci a Superiore transmisso. Tamen licet perceptam et expensam invenimus accurate descriptam, nihilominus remanens praeteritae Chartae quanti, seu summae rationis triennalis, quantum non fuerat expressum.– Insuper nec vestitu, nec reliquis necessariis, Religiosis ibi manentibus, provisum est. Item ejusdem Residentiae Inventarium lectum erat, in quo nulla mentio facta fuerat de Sacristia. Ad paret nullam in scribendo factam fuisse attentionem. Quibus finitis, sessioni huic pomeridianae, finem imposuimus.–

Sessio tertia Matutina.

Anno Domini 1832. die 2. Julii hora 8a matutina instita est sessio, in qua visa et revisa fuerat summa rationum triennalium Conventus Molodecensis. Inter alia adparuit in remanente realis peculii flor: polonical: 3155. gr: 9. Item receptae pecuniae ex fisco Imperiali Vilnensi die 17. Januarii 1831. Anni per Pm Blasium Ministrum Antecollensem flor: polonical: 1680. – Locum tenens Ministri Conventus Molodecensis P. Fr. Augustinus a Sto Pe Nro Joanne de Matha in sua triennali ratione ad Definitorium Antecapitulare missa exaravit, quae sequuntur, nempe: „Provisio vero „a summa flor: polonical: 56000. ex thesauro publico Imperiali recepta 17. Januarii 1831. anni per Pm Blasium Ministrum Antecollensem, sed usque adhuc ex consensu Po Ministri Molodecensis manet antecolli fl: 1680." Cum porro Venerabi Definitorio patuit praedicti quanti retentionem absque scitu NP. Provincialis factam fuisse, et hucusque P. Fr. Blasium Ministrum Antecollensem de causa retentionis siluisse; ideoque praecipiendo praecipit Pi Ministro Antecollensi Blasio, ut absque mora NP. Provinciali certam et claram notitiam de hoc negotio, in scriptis transmittat.

